E. LEWIS STURTEVANT.

PHYTANTHROPA-
ICONOGRAPHIA,
Sive
Conspectus

Aliquot millium,
Tam Indigenarum quam Exoticarum, ex quatuor mundi
partibus longâ annorum serie indefinenterque ludis,
A
JOANNE GUILELMO WEINMANNO,
Dicatoris Ratisbonensis Alsellore & Pharmacopola Seniore
collectarum
Plantarum, Arborum, Fruticum, Florum,
Frumentum, Fungorum, &c.
Quæ
Notabiliore non modo & simul diu delitescunt ac recens inventa arte, vivis colori-
bus & formis quasi æmula, excisa & repræsentare
Pro
BARTHOLOMÆI ELIM SEUTTERUM, JOANNEM ELIAM
RIDINGERUM ET JOANNEM JACOBUM HAIDIUM
Pingere & Chalcographos Augustanos,
Operum
Denominationes, Characteres, Genera, Species & Descriptiones
ex optimis, tam prisci quam recentis Ævi Authoribus, ordine ac fide Alphabe-
tica, cum probationibus Rei Medicæ, Pharmaceuticæ, Chirurgicæ ac Oeco-
nomicæ, Latino & Germanico Idiomate
Brevi explicatæ
A
D. AMBROSIO CAROLO BIELERO,
Reipublicæ Ratisbonensis Physico Ord.
Vol. III. CHLORINO.

Apud prænominatos Viri Celeberrimi Autoris sumptibus, quorum
omnium hic monitum
RATISBONÆ
per Hieronymum Lentnerum, MDCCXLII.

PHYTANTHOZA-ICONOGRAPHIA,

Sive

Conſpectus

Aliquot millium,
Tam Indigenarum quam Exoticarum, ex quatuor mundi partibus, longâ annorum ſerie indefeſſoque ſtudio,
à
JOANNE GUILIELMO WEINMANNO,
Dicaſterii Ratisbonenſis Aſſeſſore & Pharmacopola Seniore
collectarum
Plantarum, Arborum, Fruticum, Florum,
Fructuum, Fungorum. &c.

Quæ
Nitidiſſime æri inciſæ & ſimul diu deſiderata ac recens inventa arte, vivis coloribus & iconibus, naturæ æmulis, excuſæ & repræſentatæ
Per
BARTHOLOMÆUM SEUTERUM, JOANNEM ELIAM RIDINGERUM ET JOANNEM JACOBUM HAIDIUM
Pictores & Chalcographos Auguſtanos,
Quorum
Denominationes, Characteres, Genera, Species & Deſcriptiones
ex optimis, tam priſcis quam neotericis Auctoribus, ordine ac ſerie Alphabetica, cum probatiſſimo Uſu Medico, Pharmaceutico, Chirurgico ac Oeconomico, Latino & Germanico Idiomate
ſincere explicantur
à
D. AMBROSIO CAROLO BIELERO,
Reipublicæ Ratisbonenſis Phyſico Ord.

Vol. III. G.H.I.K.L.M.N.O.

Apud prænominatos Pict. & Chalcogr. Auguſtæ venum proſtat, quorum ſumtibus imprimebatur
RATISBONÆ
per Hieronymum Lenzium, MDCCXLII.

PHYTANTHOZA-ICONOGRAPHIA,

Oder

Eigentliche Vorstellung

Etlicher Tausend,
So wohl Einheimisch- als Ausländischer / aus allen vier Welt-Theilen/
in Verlauf vieler Jahre, mit unermüdeten Fleiß
Von

Johann Wilhelm Weinmann/

E. Ehrlöbl. Stadt-Gerichts-Assessore und ältesten Apotheckern
in Regenspurg gesammleter

Pflantzen/ Bäume/ Stauden/ Kräuter/ Blumen/ Früchten und Schwämme ꝛc.

Welche
Auf das netteste in Kupffer gestochen, und zugleich durch eine längst-verlangte, und neu erfundene Art, nach der Natur mit lebendigen Farben, in anmuthigsten Abbildungen herausgegeben und verlegt
Von

Bartholomä Seuter/ Johann Elia Ridinger/ und Joh. Jacob Haid/

Mahlern und Kupfferstechern
In

Augspurg/

Deren
Benennung/ Arten/ Kennzeichen / Beschreibungen und Gebrauch aus den besten, so alt- als neuen Autoribus, nach Alphabetischer Ordnung, nebst angezeigten bewährtesten Nutzen, in der Artzney- und Apothecker-Kunst, auch in der Chirurgie und Haushaltung, in lateinisch- und deutscher Sprache richtig und deutlich beschrieben worden
Von

D. Ambrosio Carolo Bieler /

Reipublicæ Ratisbonensis Physico Ord.

Dritter Band G.H.J.K.L.M.N.O.

Mo. Bot. Garden. 1893

Auf obbemeldter Verlegere Kosten gedruckt
In Regenspurg bey Hieronymo Lentz 1742.

PHANTHOZA-

ICONOGRAPHIA

COMMENTARIUS
Uber
den Dritten Band
Des
Botanischen Wercks,
Mit Lit. G.

GALANGA.

GALANGA veteribus Græcis incognita, nec ab illis descripta est, à recentioribus vero appellatur Cyperus Babylonica, *item* γάλαγα. Galange. *Gall.* Galanga. *Lat. & Ital.* Galagaen. *Belg.* Galangal. *Angl.* Galgan Planii. *Bohem.* Galgant, Galgant-Wurtzel. *Germ.*

Galanga kommt von dem Arabischen Wort Geilingia, es heißet sonst Cassuradar, *it.* Calvegiam. Die Mauritaner schreiben es, wiewohl corrupt, Culungem, oder Galangen, *it.* Galingian, Banchabe *Indice.* Avic, *it.* Chacurudar, *item* Mosichiche. *Japan.* Lancuaz. *it.* Lanruaz. *Malab.* Cua. Siehe die 526. Kupffer-Platte lit. a.

Costa p. 275. Raj. tom. 2. p. 1337. &c. *Chabræus* p. 245. Rumph. Herb. Amboin. l. 8. c. 9. & 10. *Lemery* voc. Galgant. *Matthiolus* Acost. in edit. Venet. p. 45. *Dale* Pharm. p. 330. Labor. Ceyl. Grimm. p. 122. *Casp. Bauhin.* Pin. p. 34. *Tabernæmont.* L. II. p. 589. Greg. à Turre Index II. *Joh. Schröder.* p. 995. Heß 99. *Lonicerus* p. 538. *Clusius* p. 211. 257. Lugdun. 1894.

Galanga est radix, quæ tosta & in frustula dissecta ex India Orientali, Syria, & Alexandria ad nos adfertur: quam quidem alii temere cum Acoro confundunt, quæ vero Zingiberi similis, ad Iridem proxime accedit, & rectius ad Cyperi genera refertur. Bauhin. Pin. l. c. Tabernæm. à Costa.

Galgant ist eine exotische Wurtzel, die aufgeet rocknet, und in kleine Stücke zerschnitten aus Ost-Indien, Syrien, und Alexandrien zu uns gebracht wird. Man vermengete sie vordem mit dem Acoro, sie siehet dem Imber und der Iris sehr gleich, und kan als eine Art des Cyperi angesehen werden.

Duæ saltem Galangæ species major atque minor Phitosophis plerisque innotuerunt, quibus tamen Galangam majorem caulescentem, Galangam Lampœjang dictam, & Galangæ speciem, seu Gladiolum odoratum adnumeramus & Tab. 526. & 27. depictas sistimus.

Man weiß gemeiniglich nur von dem grossen und kleinen Galgant, es finden sich aber Tab. 526. 527. noch drey andere Gattungen.

GALANGA MAJOR. Mahucaluvva Zeyl. Burmanni Thes. Zeyl. *Gall.* de la grande Galange. *Angl.* Galanpal the greater. *Batav.* grooter Galiungia. *Germ.* grosser Galgant. A regione etiam Javanensis appellatur. Siehe die 526. Kupffer-Platte. l. a.

GALANGA MAJOR INDICA, est radix tuberosa, bulbosa, pollicem plerumque crassa, nodosa, arundinis modo, superficie inæqualis, colore fusca, circulis quasi geniculatis notata, Zingiberi aut Iridi similis. Intus est pallescens, saporis acris, & amaricantis, aromatici & fragrantis quodammodo odoris. Binorum cubitorum altitudinem assequens. Foliis longis,

gis, latis, mucronalibus in modum cuspidis, superne saturatius, inferne dilutius virentibus. Caule ex foliorum involucris constante. Flore candido & inodoro. Semine minuto & neglecto. Vid. Kupffer-Platten. 526. l. b.

Der grosse Galgant ist eine knorplichte, eines Daums ohngefehr dicke, knotigte, knospigte, ungleiche Wurtzel, auswendig mit einer röthlich-braunen Schale überzogen, mit kleinen Ringeln umfasset, und siehet fast aus, wie Imber oder die Iriß. Inwendig ist sie weis, von einem scharffen, beissenden, etwas bitteren aromatischen Geschmack, und zimlich guten Geruch. Sie schießet zwey Ellen auf. Die Blätter sind breit, lang, und als an einer Iris spitzig, oben dunckeler unten hellerer grünen Farbe. Der Stengel bestehet aus zusammen gerollten Blättern. Die Blüthe ist weis, aber ohne Geruch, der Saame ist klein, daraus man nicht viel machet.

GALANGA MAJOR CAULESCENS, Kudakaluvva Zeylonensibus Lanquas. *Indice.* Grand Galange *Gall.* Grosser Galgant *Germ.* Siehe die 526. Kupffer Platte. l. b.

GALANGA MAJOR CAULESCENS septem vel octo pedes in altitudinem succrescens caulibus ornata est longis & rigentibus, qui ex ipsa aromatica radice progerminant. Hujus & minor datur species, quæ præter altitudinem cum majori omni ex parte convenit.

Lanquas wächset sieben bis acht Schuh hoch, mit langen und steiffen Stengeln, die aus der gewürtzhafften Wurtzel aufwachsen. Es ist auch eine kleine Art davon, die sonst in allem der grossen gleichet, nur daß sie kleiner wächset.

GALANGA MINOR ex India exportata, à Chinensibus *Lavendou* dicta: Galanga minor, Chinensis, Cyperus Babylonica, Officinalis. *Lat.* Petit Galange. *Gall.* The lesser. Galanpal. *Angl.* Die Kleyne Galiengia. *Belg.* Kleiner Galgant, die rechte kleine Galgant-Wurtzel. *Germ.* Siehe die 526. Kupffer-Platte. l. c.

GALANGA MINOR est radix tenuis, tuberosa, nodosa. densa, nonnihil inæqualis, minimi digiti crassitie, circulis geniculatis notata, & internodiis quibusdam reflexa, foris ruffa & subfusca, intus ex flavo rufescens. Sapore admodum acri, ut Piper & Zingiber linguam & fauces exurens, forma, odoreque Cypero similis, fragrantiori, suaviori, & magis aromatico quam major Galanga. Altitudine duorum palmorum foliis myrti fruticat.

Kleiner Galgant ist eine dünne, krumme, knorrigte, feste, etwas ungleiche, und eines kleinen Fingers dicke Wurtzel, auswendig dunckel-gelb, inwendig gelbröthlich, mit kleinen Ringeln umfasset, und hin und wieder knotig. Sie hat einen sehr scharffen Geschmack wie Pfeffer und Imber, ist an Gestalt und Geruch dem Cypero gleich, hat aber einen weit stärckeren, lieblicheren, und gewürtzhafftigeren Geruch als der grosse Galgant. Sie wächset zwey Hand hoch, und hat Myrtengleiche Blätter. Wenn das Gewächse, welches sie hervorbringet, noch in der Erde ist, so hat sie die Gestalt eines kleinen Strauches, der Blätter trägt.

GALANGA LAMPOEIANG dicta, fructu squamoso, seu ad instar conorum, ad Lanquam minorem quam proxime accedit, quamvis & gustu & virtute magnopere ab illa differat. Hujus etiam major atque minor datur species. Siehe die 527. Kupffer-Platte. l. a.

Lampoejang kommt der Lanquas, und sonderlich der kleinen gar gleich, wiewohl sie im Geschmack und Krafft sehr unterschieden sind. Es giebt eine grosse und kleine Art davon.

GALANGA SPECIES, SEU GLADIOLUS ODORATUS. Siehe die 527. Kupffer-Platte. l. b.

Cultura.

Majoris Galangæ natale solum India est Javan, Syria &c. Minoris vero China, unde ad Indos exportatur. Et minorem & majorem sponte nasci, contendunt *Chabr.* p. 243. *Clus. Dale* l. c. Seri autem illam atque plantari, Lemery, à Costa, Schrœderus affirmant. Quæ radice seritur, mirum in modum se propagat. Sed tamen & ex semine sata provenit in hortis, exigua vero quantitate, quanta scilicet acetariis, & hujus generis usui medico sufficit. In fœcundiori solo & altior & amplior crescit. *à Costa. Clusius.*

Der grosse Galgant wächst in Indien, Syrien ꝛc. Einige geben an, daß er ungebauet von selbst wachse, andere aber behaupten, daß er mit grossem Fleiß gebauet werde. Man verpflantzet die Wurtzeln, und so breitet er sich sehr aus. Jedoch kan er auch im Garten von Saamen gezogen werden, der aber kaum erklecklich ist. In einem fetten Erdreich wuchert er mehr und wird höher.

Usus Medicus.

Communi omnium consensu majori Galangæ, utpote ignaviori, & viribus longe inferiori præferenda est Galanga minor,

minor, quo factum est, ut in officinis sola hæc existat, & ad varios usus medicos adhibeatur. Tertio ordine & gradu calida & sicca est. Aromaticum continet oleum, una cum Sale essentiali & volatili. Inde vis calefaciendi, quare omnibus totius corporis affectibus a frigiditate & flatulentia oriundis succurrit. Resolvit enim, dispellit, incidit, diluit, aperit, roborat.

Der kleine Galgant übertrifft den grossen an Krafft, und heilsamer Würckung weit, daher nur jener usual ist und zu vielerley Nutzen verwendet wird. Er ist warm und trocken im dritten Grad, führet ein aromatisches Oel, und ein Sal essentiale und volatile bey sich. Daher kommt desselben erwärmende Würckung, weswegen sie bey allen Zufällen des Leibes, die von Verkältung oder von Winden herühren, wohl zugebrauchen. Denn sie löset auf, zertheilet, verzehret, machet dünne, öffnet und stärcket.

Speciatim Galanga est aroma insigne stomachicum, carminativum, cardiacum, ventriculum debilitate & frigiditate laborantem roborat, concoctionem promovet, cruditates ejus resolvit pituitosas. Alvi doloribus colicis, singultui, uteri affectibus, urinæ difficultatibus, cordis palpitationibus medetur; Cœliacos sanat, prodest singulariter flatuosis, renes refrigeratos calefacit, sanguinem diluit & purgat, menses facilitat & dolores post partum sedat, venerem stimulat. Cephalicum etiam est, prodest in vertigine; est etiam hepaticum & antifebrile medicamentum, thoraci & pectori frigido succurrit, putredini & malignitati humorum resistit. In officinis prostant species diagalangæ.

Besonders ist Galgant gut für einen schwachen und erkälteten aufgeblähten Magen, denn er stärcket, und befördert die Dauung, lindert und löset die Cruditæten in demselben auf. Diese Wurtzel ist gut in Bauch- und Darm-Schmertzen, in Schluchsen, Mutter-Zuständen, schwehren Harn, Hertzklopffen, ist in Durchfällen von übler Verdauung und denen, die an Winden leiden, ein kräfftiges Hülffs-Mittel. Sie erwärmet die erkälteten Nieren, reiniget das Geblüt, befordert die monathliche Zeit, lindert die Nachwehen der Geburth, und reitzet zur Liebes-Begierde. Sie ist auch für das Haupt zu gebrauchen, hemmet den Schwindel, sie ist der Leber dienlich, und hilfft den Fiebern ab, erwärmet die kalte und verschleimte Brust, widerstehet der Fäulung. Es sind noch davon in den Apothecken die Species Diagalangæ vorhanden.

Usus Mechanicus & Empiricus.

A perquam multis Indorum populis & in hominum & jumentorum morbis utiliter hæc radix adhibetur, quam ordinarie etiam cum piscibus, oriza vel acetariis concedunt. Malabarienses in farinam radicem hanc molunt, ex qua panem pinsunt, placentasque coquunt, quas ventriculi debilitate & frigiditate laborantibus præbent. Acetarii ad acetum radicem adhibent, quæ nec Oenopolis incognita. Vinum ex illa adustum stomacho admodum utile. Sunt, qui cyperi radices contorquentes aceto & pipere macerant, & pro Galanga venditant, fraus vero facile patet, quippe abraso exteriori cortice nulla in radicis substantia acredinis nota, nullusque Galangæ sapor percipitur. *Matthiolus.*

Die Indianer brauchen Galgant zur Artzeney sowohl in Menschen als Vieh Kranckheiten. Sie essen ihn ordentlich mit ihren Fischen, Reiß, Salat ꝛc. Die Malabaren machen Mehl davon, backen Brod und Kuchen daraus, und geben es denen, die schwache und verkältete Magen haben. Die Eßig-Händler brauchen ihn zum Eßig, auch wissen ihn die Wein-Händler zu nutzen. Man brennt einen guten Magen Brandtwein davon. Die Wurtzel-Träger beugen offt die Cyperus Wurtzeln zusammen, weichen sie mit Eßig und Pfeffer ein, und verkauffen sie also für Galgant. Man darf aber nur die äussere Rinde abschählen, so wird in der Wurtzel selbst keine Schärffe, Säure, oder Galgant Geschmack zu finden seyn.

GALEGA.

GALEGA, Ruta capraria, Caprago apud veteres Græcos & alios nomen non invenit, Herba Nese, Lavanese, Lavamane, Galega. *Ital.* Gallegua & Yerva Callegua *Hisp.* Goats, Italian Firche. *Angl.* Gheiste Ruyt. *Belg.* Buckevicker. *Dan.* Rutewka. *Pol.* Geiß-Raute, Ziegen-Raute, Geiß-Kraut, Flecken-Raute, Petechien-Kraut, Pestilenz Kraut. *Germ.*

CHARACTER. Galega est legumen non scandens, & planta simul alata sive πτερόκαυλος. Est autem Galega Plantæ genus flore papilionaceo, vexillo nempe, alis & carina constante: Ex calice autem surgit

git pistillum, quod deinde abit in siliquam teretem & quasi Cylindriacam, seminibus fœtam ut plurimum oblongis, & veluti reniformibus. *Tournef.* 398. Radix Galegæ digitali ferè crassitudine, lignosa, fibris multis donata, alba, tres plerumque perdurans annos; Caules inde exeunt sesqui bicubitales & altiores, rotundi, duri, ramis complurimis brachiati, ab ipso jam exortu foliis ornati; Folia glabra atque glauca, bina semper sunt conjugata, costæ affixa, cui summæ impar folium innascitur, viciæ æmula, sed & longiora & majora, pinnata, dena, undena, & plura. Flores simplices, irregulares, perfecti, tetrapetali, propendentes, denso stipatu in spicas longas erectas congesti, dilute cœrulei aut candidi. Flore delapso siliqua succedit longiuscula, gracilis, inæqualis, & quasi articulata, erecta, bivalvis, semina continens plura, oblonga. Floret Junio & Julio, inque hortis haud infrequens seritur, sponte autem provenit in Italia, Hispania, Gallia & Pannonia, locis opacis & uliginosis ad agrorum scrobes: semen maturat autumno. Tota vero planta saporis odorisque expers est. C. B. p. 352. *Boerh.* II. 45. *Volck. Amman.* 154. *Dale.* 288. *Rupp.* 214. *Chæbr.* 154. *Tabernæm.* 391. *Lugd.* 975.

Galega oder Geiß-Raute ist eine heilsame Frucht, die sich nicht empor hebt, und gehöret zu den Gewächsen, deren Blätter an beyden Seiten als Flügel stehen. Es ist aber nach Tourneforts Beschreibung Geiß-Raute eine Art Pflantzen, mit einer Schmetterlings Blume, oder die oben eine Fahne an beyden Seiten Flügel, und unten ein Schiff oder runde Hohlung haben. Aus dem Kelch tritt der Stempffel hervor, von welchem hernach eine runde, und gleichsahm Waltzen-förmige Schote wird, welche mit vielen, meistens runden und Nieren-förmigen Saamen angefüllet ist. Die Wurtzel der Geiß-Raute ist fast Fingers dick, holtzigt, mit vielen Fasern besetzet, weis, und pfleget mehrentheils drey Jahre zu bleiben. Aus derselben treiben viele Stengel, anderthalb, zwey und mehrere Ellen hoch, diese sind rund, hart, in viele Neben-Aeste vertheilet, und gleich von unten auf mit Blättern besetzet. Diese glatte und graulichte Blätter stehen gar genau an dem Stengel, allemahl zwey und zwey gegen einander über, und an der Spitze findet sich ein ungleiches Blat. Diese Blätter sind wie an den Linsen und Vogelwicken jedoch weit länger und gröser, oben ziemlich spitzig, und mehrentheils zehn biß eilf an einem Stengel. Die Blumen sind einfach, irregulair, vollkommen, vierblätterigt, hangen vor sich herunter und sind gantz dick und dicht aneinander ährenweiß gereyhet, von Farbe blau und weis. Nach abgefallener Blume folget die länglichte, geschlancke, ungleiche, und fast gliederweis getheilte, aufrecht stehende Schote, welche in zwey Flügel sich vertheilet, und mit vielen länglichten Saamen angefüllet ist. Es blühet diese Geiß-Raute in Junio und Julio, man sätet sie bey uns in den Gärten, in Welschland aber, Franckreich, Ungarn wächst sie an feuchten Oertern, an den Aecker-Rheinen von selbst. Der Saame wird im Herbst reiff; die gantze Pflantze hat weder Geschmack noch Geruch.

NOTA; Galega ex earum plantarum est numero, quarum usus posterioribus tantum seculis percrebuit. Cur ab Herbariis Gallega appelletur, nullibi reperire licet. Ruta autem capraria appellatur, non quidem quod Ruta esset, haud enim est tetralobos, nec odore Rutam refert, sed ab effectibus & viribus. Operose disquiritur, an Dioscoridi hæc fuerit cognita planta? sunt qui Polemonium ejus esse contendunt: definitio Dioscoridis non quadrat, & gravibus argumentis huic sese opposuit opinioni *Matthiolus* & *Tabernæmontanus*. Magis fœnum Græcum sylvestre Galegam propter siliquas esse adjecit *Volckamerus*, a quo tamen & reliquis leguminosis sollicite discriminandam esse, dictitat *Rivinus*. Vicia differt à galega claviculis seu furculis, quibus circumstantes plantas scandit. Planta itaque esse videtur sui omnino generis, cujus quinque recensetur species *Tournefortius*, a quibus nonnisi siliquis pendulis differt Galega Ægyptiaca, quippe quæ propendentibus longissimis & angustissimis nec non articulatis est siliquis. *Volck.* Galegæ affinis Sophera dicta. C. B. P. p. 352. n. III. præter quas *I. Burmannus in Thesauro Zeylanico* p. 103. tres Galegas Indicas adduxit.

Geiß-Raute oder Galega ist von den jenigen Pflantzen, deren Gebrauch allererst in den neueren Zeiten bekannt geworden. Warumb und woher diese Pflantze Galega genennet werde, hat kein Autor bemercket. Sie wird aber Raute genennet, nicht zwar daß es eine Art von der Raute wäre, denn sie hat keine vier lobos, und riechet auch gar nicht als eine Raute, sondern weil sie gleiche Kräffte und Würckungen hat. Man fraget, ob diese Pflantze dem Dioscoridi etwan

unter

unter einem andern Nahmen bekannt gewesen? Es meinen einige, daß es desselben Polemonium sey, allein die Beschreibung passet hier nicht, und Matthiolus und Tabernæmontanus haben auch aus zureichenden Gründen das Gegentheil erwiesen. Herr D. Volckamer setzet hinzu, daß es vielmehr wegen der Schoten Griechisch-Heu wäre, jedoch meinet Rivinus, daß die Geiß-Raute eben durch ihre Schoten, von allen andern Hülsen-Früchten sich leicht unterscheide. Die Wicke ist durch ihre kleine Gabeln, wodurch sie sich umb alle nahe stehende Dinge anklammert, von der Geiß-Raute unterschieden. Folglich ist die Galega ein eigenes Geschlecht, welches viele Species unter sich begreiffet, davon Tournefortius fünff anführet, von welchen die Egyptische Galega bloß durch die herabhangende Schoten sich unterscheidet; denn an der Egyptischen sind sehr lange, enge, oder schmahle, und in Glieder getheilte herabhangende Schoten. Eine der Galegæ nahe kommende, Sophera genennet, führet Bauhinus an, und I. Burmannus hat in dem Thesauro Zeylanico ausser der Egyptischen noch drey Indianische Arten von der Geiß-Raute.

GALEGA FLORE COERULEO, L' AVANESE, Geiß-Raute. Siehe die 528. Kupffer-Platte. l. a.

GALEGA FLORE ALBO SEU RUTA CAPRARIA, Geiß-Raute mit weissen Blumen. Siehe die 528. Kupffer-Platte. l. b.

Floribus saltem inter se differunt, qui sunt vel cærulei, vel ex cæruleo purpurei, vel penitus candicantes.

Der Unterscheid dieser beyden Gattungen bestehet bloß in der Farbe der Blumen, denn man findet sie blau, bläulicht roth, und gantz weiß.

Cultura.

Galega hortis illata commune, arenosum, & bene stercoratum amat solum, apertum & liberum locum (quamvis etiam in quolibet angulo hortorum facile efflorescat) irrigationem frequentem. Radix perennat, quod tamen supra annum tertium vivax non permaneat, plerique contendunt; Frigoris multi patiens est, qualibet æstate novos caules & elegantes agit flores, & maturum semen. Propagatur ex semine & adnata sobole: illud adolescente luna vel Aprilis vel Martii non quidem profunde terræ mandatur, hæc eodem tempore a matre resecata, tertio autem demum anno flores proferre solet. *Munting.* Heß.

Wenn man die Geiß-Raute in den Gärten ziehet, verlanget sie eine gute gemeine sandigte, und wohl gedüngete Erde, einen offnen freyen Platz (wiewohl sie sich leicht mit einem jeglichem Winckel vergnügen lässet) und will offt begossen seyn. Die Wurtzel bleibet lange im Leben, doch sagen viele, daß sie nicht über das dritte Jahr alt werde. Sie kan viel Kälte, und alle Ungemächlichkeiten des Winters ertragen, giebet alle Sommer frisches Kraut, schöne Blumen, und reiffen Saamen. Man vermehret sie durch den Saamen und durch die jungen angewachsenen Wurtzeln. Der Saame muß im wachsenden Mond des Mertzens oder Aprils nicht etwan tieff, etwan einen Stroh-Halm breit ausgesäet werden. Die jungen Wurtzeln nimmt man zu gleicher Zeit ab; sie pfleget allererst im dritten Jahr Blumen zu bringen.

Usus Medicus.

Galega ejusque herba temperatæ indolis celeberrimum est Alexipharmacum ac sudoriferum, venenum inprimis pestilentiale insigniter discutiens. Herba hæc, in officinis usu recepta calida est primo & secundo, sicca vero secundo ordine, multumque salis essentialis & olei continet. Et quamvis Galega sapore & odore sit destituta, virtutes tamen suas ex sua ipsius dote speciali & insigni præstare dicitur. Usus ejus præcipuus est in exanthematibus expellendis, aliisque morbis pestilentialibus. Quare a multis annis recentiores Medici hanc herbam antidotis suis miscuerunt. Et Peste heic Ratisbonæ 1714. grassante hujus herbæ virtutem experti sumus. Cum itaque mirifice adversus lethalia venena valeat, speciatim etiam contra ferarum omnium venenosos ictus, in quem usum succum bibendum jubent; & herbam ipsam vulneri admovent; datur etiam succus ad cochlearis mensuram necandis intestinorum vermibus. Inter præparata in officinis prostat aqua ex Galega destillata, quæ in febribus malignis petechialibus virtutem suam exerit: eadem præterea aqua sudorem promovet, variolas & morbillos vehementer expellit. Rutæ caprariæ prostabat olim conserva, quæ contra pestem & venena propinabatur hodiè exoleta. Tabernæmontanus etiam aceti præstantioris facit mentionem ex floribus Galegæ præparati. Quidam è floribus cæruleis ex tempore parare solent Tincturam, quam potui in morbis malignis instillant, & Julapiis admiscent: herba colligenda est Junio & Julio. *Dale* 288. D. *S. Pauli* 312. *Camerarius*

rarius 63. *Matth. Compend.* 447. *Zornius, Schræderus.*

Geiß-Raute oder Galega ist ein vortreffliches Alexipharmacum, und Schweiß treibendes Mittel, und treibet das Gifft der Pest ungemein aus. Es ist davon das Kraut in den Apothecken gebräuchlich, welches warm in ersten und andern, trocken aber im andern Grad ist, und viel Oel und Sal essentiale in sich hält. Ob nun gleich die Geiß-Raute weder Geruch noch Geschmack hat, so kommt ihr doch die ermeldte Würckung wegen ihrer natürlichen Eigenschafft zu. Man brauchet sie vornehmlich bösartigen Ausschlag auszutreiben, auch anderen giftigen und Pestilentialischen Kranckheiten damit zu widerstehen, deßwegen die Medici von vielen Jahren her diß Kraut unter ihre Antidota gemischet, und in der hieselbst zu Regensburg 1714. grassirenden Pest hat man desselben Würckung selbst erfahren. Folglich da diß Kraut gegen allerley tödtliches Gifft sehr heylsam ist, so dienet es auch besonders gegen allerley Biße und Stiche vergiffteter Thiere, weßwegen man den Safft trincken, und das Kraut selbst auf die Wunde legen soll. Man gibt auch von dem Safft einen Löffel voll, dadurch die Würmer zu tödten. Man hat von der Galega in den Officinen das distillirte Wasser, welches in petechialischen Fiebern gute Würckung thut, über dem auch den Schweiß treibet, und Blattern und Masern trefflich heraus bringet. Man hatte auch vor dem einen Geiß-Rauten-Zucker oder Conserve, welche vor die Pest und Gifft vortrefflich præservireu sollte, welches aber nun nicht mehr vorhanden. Es gedencket Tabernæmontanus eines sehr guten Eßigs, der aus den Geiß-Rauthen-Blumen gemachet wird. Einige bereiten aus den blauen Blumen eine Tinctur, welche sie in hitzigen Kranckheiten dem Getränckе und Julepen zumischen. Man soll das Kraut im Junio und Julio sammlen.

NOTA. Galegæ alexiteria vis inter alia experimenta, duello lacertæ & viperæ explorata & approbata fertur, in quo lacerta viribus haud suppar, a vipera saucia recedens visa est subinde novas acquirere vires Galegæ herbæ esu; quâ stirpitus extractâ, spectator vidit, languentem lacertam purpuream vomere animam; cujus rei historiam memoriæ consecratam nobis reliquit *Forestus Lib. II. de fals. urinar. judicio cap. V.* p. 156. Quam quidem narrationem fabulam sapere existimat *Illustr. Heucherus* & vehementer veretur, ne omnia illa hyperbolica Galegæ encomia lepidæ isti de duello lacertæ & viperæ apud Forestum innitantur fabulæ. *In novis Proventibus H. M. A. Wittembergensis* p. 66. Ejusmodi autem historias non quidem susque deque esse habendas, Wedelius alio exemplo comprobavit, ubi insignis bufo ab araneâ percussus ex plantagine sibi medelam paraverat, qua vero evulsâ vitam exspiravit. *vide Wedelii* experimentum curios. de Colchico veneno & alexipharmaco pag. 16. 17.

Daß die Geiß-Raute die Krafft habe dem Gifft zu wiederstehen, soll nächst andern guten Erfahrungen auch aus dem Zweykampff einer Heydex und giftigen Brand-Schlange erkannt, und bewährt befunden seyn. Die Heidex nemlich sey von der Schlangen, weil sie ihr nicht gewachsen, öffters hart gebissen und verwundet worden seyn, habe aber so offt sie nur von der Geiß-Raute gegessen, sich wieder erhohlet, und den Kampff von neuen angefangen, als nun der Zuschauer diß Kraut mit der Wurtzel gar ausgerissen, habe die matte und verwundete Heidex das Leben aufgeben müssen; welche Begebenheit Forestus aufgezeichnet. Diese Erzählung hält der berühmte Herr D. Heucher vor eine Fabel, und stehet daher in den Gedancken, daß alle gar zu hoch getriebene Lob-Sprüche der Geiß-Raute sich etwan sämtlich auf dieser lächerlichen Fabel gründen möchten. Daß aber dergleichen Begebenheiten nicht eben so gar hinzuwerffen, hat der gleichfalls sehr berühmte Jenische Medicus D. Wedel, durch eine andere Geschicht gewiesen, da nemlich eine zimlich grosse Kröte von einer Spinne gebissen worden, und nachdem sie von dem Wegerich gegessen, sich allemahl geheilet habe, wie man aber allen Wegerich ausgerissen, sey die Kröte auch crepiret.

Usus Domesticus.

Quod succus ex Galega expressus & mane potus contra pestem, venena, & morsus venenatorum animalium a multis præservationis causa sumatur, ex supra dictis constat. Addit autem *Camerarius H. M.* p. 63. Rutam caprariam in acetariis edi, & in Jure Carnium quoque coqui. Idem subjungit: Hac herba saginantur Gallinæ, & pariunt inde plura ova.

Daß der Geiß-Rauten-Safft des Morgens gegen die Pest, Gifft, und vergiffteter Thieren Stiche von vielen zur Præservation

vation genommen werde, ist aus dem vorhergehenden bekannt. Es setzet aber Camerarius hinzu, daß man dis Kraut im Salat esse, und in Fleisch-Brühen koche. Ingleichen, daß die Hüner, wenn man sie mit diesem Kraut füttere, fett würden, und mehr Eyer legten.

GALEOPSIS.

GALEOPSIS, Galiopsis, Urtica labeo, Urtica mortua fœtida. γαλέοψις, γαλήοψις, γαλεόβδολον. *Græc.* Ortica morta, Ortica fetida. *Ital.* Ortica muerta. *Hisp.* Ortie morte. *Gall.* Deat nethle. *Angl.* Doodnetel. *Belg.* Dof Nelde. *Dan.* Tode Neßel, stinckende Neßel, Katzen-Kopff. *Germ.*

CHARACTER. Galeopsis Lamii species esse videtur, cum quo etiam à Botanicorum plerisque commixta invenitur. Galeopsis autem est plantæ genus, flore monopetalo, labiato, cujus labium superius cochlearis instar excavatum, inferius vero in tres partes divisum, media ampliori acuta vel obtusa. Ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina oblonga, in capsula infundibiliformi & quadripartita, quæ floris calix fuit, recondita. *Tournefourt.* p. 185. Ex radice Galeopsidis simplici & paucis obsita fibris surgunt multi caules, diversa altitudine, tantum non in omnibus speciebus quadrati, plerumque fusci. Folia sunt subrotunda, cum caule foliis urticæ similia sed læviora, caulem vel ambientia, vel longis pediculis appensa, sibi invicem opposita, in ambitu serrata, villosa, sed non mordentia, odore fœtido & gravi. Summum virgarum fastigium quodammodo in spicam definit, verticillatimque ambitur quinis aut senis simul nascentibus caliculis in quinque lacinias divisis, é quibus prodeunt longiusculi flores instar florum Lamii hiantes, sed longe minores. Flores sunt irregulares, perfecti, monopetali, barbati, galeatique, plerumque purpurascentes. Semina sunt nuda, ad singulum florem quaterna, lævia, in perianthio aperto latitantia, per maturitatem nigra. Tota planta gravis odoris est, præsertim umbrosis locis nata: ejus vero, quæ in apertioribus locis, ut in recens succisis crescit, remissior est odor. Nascitur etiam circa sepes, agros, vias, & ubique fere locorum obvenit. Floret Junio & Julio. *Boerhaave* I. 162. *Dioscorid. L. IV.* c. 80. C. B. P. 230. *Clusius* Libr. IV. p. XXXV. *Volck.*

Todte Nessel ist eine Art des Lamii, das auch todte taube Nessel genennet wird, mit welchen es auch die mehresten Botanici vermischen. Es ist aber die Galeopsis eine Art Pflantzen mit einer einfachen und Lefftzen-förmigen Blume, deren die obere Lefftze, als ein Löffel ausgehöhlet, die andere aber in drey Stücke getheilet, wovon das mittere enweder spitzig oder stumpff ist. Aus dem Kelche kommt der Stempffel, der in den hinteren Theil der Blume, als ein Nagel feste angeheffetet, und mit vier kleinen Fasern oder Schößlingen umgeben ist, welche nachhero zu eben soviel länglichten Saamen-Körnern werden, die in einem kleinen, als ein Trichter gestalteten, und vierfach getheilten Saamen-Behältniß, das vorher der Kelch gewesen, eingeschlossen liegen. Aus der schlechten mit einigen Fäsern besetzten Wurtzel kommen viele Stengel, von unterschiedlicher Größe, und fast bey allen Sorten viereckigt, von Farbe bräunlicht. Die Blätter sind rundlicht, und sind sowohl wie der Stengel dem Nessel gleich, aber weit glätter, und schliessen sich entweder gantz genau umb den Stengel, oder hängen mit langen Stielen abwärts. Sie stehen gegen einander über, sind im Umfang eingekerbt, zwar zottigt, jedoch stincken sie nicht, von einem stinckenden und widrigem Geruch. Die obere Crone der Stengel endiget sich fast als eine Aehre, und wird von fünff bis sechs zugleich hervorwachsenden Kelchlein umgeben, die in fünff Ausschweiffungen vertheilet sind, aus welchem die länglichten Blumen eben so offen, als an dem Lamio, doch viel kleiner, hervorkommen. Diese Blumen sind einfach, irregulair, vollkommen, haben einen Helm und Bart, mehrentheils Purpur-röthlich. Der Saame lieget unbedecket, unter jeder Blume finden sich vier glatte, und wann sie reiff geworden, schwartze Körner. Die gantze Pflantze hat einen widrig-stinckenden Geruch, sonderlich, wenn sie an düsteren, schattigten Orten wächset, die jenige aber, die an freyer Lufft, oder in frisch-umgehauenen Wäldern stehet, riechet nicht so übel. Sie wächset sonst auch neben den Zäunen, Aecker-Rheinen, Wegen, und fast aller Orten. Sie blühet im Junio und Julio.

NOTA

NOTA I. Dicitur Galeopsis, si cum e scribatur, a florum effigie galeata, quod ejus flores Galeæ aspectum referant. At quoniam inusitatum fuit græcis præsertim veteribus, latina nomina cum Græcis componere, γαλεόψις potius per η scribendum erit, ut & multa exemplaria habent, & Plinius ita legendum testatur, qui Galeopsin hanc herbam appellat, a florum figura mustellæ faciem & rictum quadantenus exprimente: γαλῆ enim felem aut mustellam significat, & γαλεοβδολος idem est ac mustella fœtida. Urtica etiam appellatur mortua, quia toto frutice cum caule & foliis urticam quidem refert, non tamen urticæ instar urit.

Man schreibt zwar Galeopsis, welches von Galea einem Helm kommen soll, weil die Blume, wie oben gesagt, einen Helm faßt vorstellt. Weil die Griechen aber vornehmlich die Alten nicht gewohnt waren, Griechische und Lateinische Wörter zusammen zusetzen, so muß man vielmehr Galeopsis schreiben, welches auch die mehresten Exemplare von Dioscoride haben, und auch Plinius mit seinem Zeugniß bekräfftiget, der diß Kraut selbst Galeopsis nennet, folglich ist es von γαλῆ ein Wißelchen oder Katze herzuleiten, immassen die Gestalt der Blumen einiger massen den aufgesperten Mund eines Wißelchen vorstellet, wie denn auch Galeobdolus soviel als ein stinckendes Wißelchen heisset. Man nennet es todte Neßeln; indem diese Pflantze zwar mit seinen Stengel und Blättern der Neßel gleichet, aber nicht, wie die Nessel, brennet.

NOTA II. Multi quidem sunt, qui Lamium & Galeopsin sub uno complexi titulo, parum vel nihil differentiæ has inter plantas intercedere existimant. At enim vero ocularis inspectio & foliorum, & florum situs atque positus, aliaque criteria Galeopsin a reliquis & Lamiis & Urticis satis distinguere poterit. Galeopsi, inquit *Rivinus*, Galea, ut in multis aliis, convexa, sed media barba bifida est, cui barbula quasi minor in utroque latere adhæret. Hinc satis mirari non possum, quo pacto Melissophyllum, Stachys sylvatica, Cannabis spuria & similia pro speciebus Galeopsios à nonnullis habeantur. Ita & Lamium illud flore luteo, cujus mentionem supra feci, stricte loquendo Galeopsis non est ob barbam tripartitam: atque ideo malim id vocari pseudo Lamium flore luteo, ab iis scilicet, qui Lamium & Galeopsin eadem volunt. De cætero recte asserit *Morison*, Galeopsin folio maculato non esse distinguendam a non maculata: prout nec minorem foliis caulem ambientibus à majori; siquidem ea diversitas saltem a circumstantiis loci temporisque dependet. *Ordine plant. quæ sunt Flore Irreg. Monopet.* p. 12. Addit *Knauthius*: Differt Galeopsis â Molucca non foliis urticæ & odore fœtido juxta *Rajum*, sed floribus copiosis verticillos constituentibus, quorum tubi in perianthiis brevioribus & angustis cum labellis cordiformibus occultantur. *Methodo Plantarum genuina* p. 100. Qui quidem florum caulem aut genicula ambientium positus Galeopsin etiam ab urtica & Lamio discriminare videtur.

Es haben zwar viele Lamium und Galeopsin unter einen Titel gebracht, und meinen auch, daß unter beyden Pflantzen wenig Unterscheid sey: Jedoch kan der Augenschein, die Form der Blätter, die Lage und Gestalt der Blumen die Galeopsin leicht von dem Lamio nicht nur, sondern von allen anderen Gattungen der Nesseln unterscheiden. Die Galeopsis, saget Rivinus, hat wie bey vielen andern einen auswärts gebogenen gewölbten Helm, aber der mittlere Bart ist zweyfach gespalten, an welchem gleichsahm ein kleinerer Bart zu beyden Seiten anhänget. Deswegen kan ich mich nicht genug verwundern, auf was Weise einige das Melissophyllum, die Stachin sylvaticam, den unrechten Hanff und dergleichen vor Gattungen von der Galeopsi halten mögen. Also ist auch das Lamium mit der gelben Blume, dessen wir oben erwehnet, eigentlich zu reden wegen des dreyfach getheilten Bartes keine Galeopsis. Folglich möchte ich es lieber Pseudo Lamium mit einer gelben Blume von denjenigen benennet wissen, welche Lamium und Galeopsin für einerley halten. Im übrigen behauptet Morison mit Recht, daß die Galeopsis mit gefleckten Blat von der unbefleckten nicht dürffe abgesondert werden, wie auch nicht die kleinere Galeopsis, deren Blätter den Stengel umbfassen, von der grösseren, weil dergleichen Unterscheid nur bloß von den Umständen der Zeit, und des Ortes herrühreten. Knauth setzet noch hinzu, es ist die Galeopsis nicht nur, wie Rajus will, von der Molucca durch die Neßel-Blätter und stinckenden Geruch unterschieden, sondern auch durch die häuffigen Blumen, die rund herumb wirbelförmig umb den Stengel und Geleichen gehen, deren Röhren in den kurtzeren und engeren Perianthiis mit den Hertz-förmigen kleinen Leffzen eingeschlossen, und verborgen

gen liegen. Eben diese Lage der Blumen, die an dem Stengel oder Gleichen herumb stehen, unterscheidet die Galeopsin von der gemeinen Brenn-Nessel und von dem Lamio.

NOTA III. Variæ porro aliæ recensentur Galeopseos differentiæ a florum colore, & foliorum forma, magnitudine, & visciditate, suavique vel insuavi odore, petitæ. Sic quædam floribus albis; quædam folio maculato, & picto, quædam folio & flore minori, quædam angustiori est folio. *Chabræus* p. 435. *Bocconius in Museo di pianti rare* p. 151. mentionem facit Galiopsis Anguillaræ, quam doctissimus *Ludovicus Anguillara* pro vera *Dioscoridis* Galeopsi habuit, quippe quæ in Græcia aut Bosnia potius inventa, scrophulas decem dierum intervallo sanavit, quam vero *Bocconius* suum Pseudodictamnum existimat. D. D. *Burmannus in Thes. Zeylanico* p. 103. Galeopsin adduxit Zeylanicam folio oblongo flore albo, cujus descriptio, si flores albos exceperis, prorsus cum nostratibus consentit. *D. Buxbaumius Dec. I.* p. 4. Tab. VI. & VII. recensuit Galeopsin maximam foliis Hormini, & Galeopsin majorem, corium Moscovviticum, vulgo Juchten, redolentem. Mitto alias à *Tournefortio* & Boerhavio allegatas species.

Man findet ferner von der Galeopsi noch mancherley Unterschied zu bemercken, der nemlich von der Farbe der Blumen, Gestalt der Blätter, Grösse und Kleberkeit, angenehmen oder unangenehmen Geruch genommen ist. Einige haben weiße Blumen, andere gefleckte und sprencklichte Blätter, einige haben kleinere Blätter und Blumen, andere aber schmählere Blätter. Bocco hat in seinem Museo rarer Pflantzen eine Galiopsin angeführet, die der gelehrte Lud. Anguillara auf seiner Reise in Bosnien gefunden, und um der Ursachen willen vor die wahre Galeopsin des Dioscoridis hält, weil sie, und zwar innerhalb zehen Tagen die Kröpffe heilet. Boco aber meynet, es sey sein angegebener Pseudo-dictamnus. Der Herr D. Burmannus hat in seinem Thesauro Zeylanico eine Indianische Galeopsin mit länglichem Blat, und weißer Blume angeführet, deren Beschreibung aber, ausgenommen die weiße Blumen, mit den unsrigen völlig überein kommt. Auch hat Herr Buxbaum zwey noch sonst nicht bekannt gewesene Gattungen von der Galeopsi bemercket; die erste nennet er die gröste mit Scharley Blättern, die andere aber eine grössere Galeopsin, die als Moscowitisch Leder oder Juchten riechet. Die übrigen Sorten, welche Tournefort und Boerhaave noch angeführet, übergehen wir mit Stillschweigen.

GALEOPSIS MAJOR, todte Nessel. Siehe die 529. Kupffer-Platte. l. a.

Galeopsis procerior fœtida, spicata. Galeopsis hæc vera Dioscoridis esse videtur. *Boerhaave* I. p. 162. n. I. *Ruppius* p. 182. A qua tamen Galeopsis maxima Pannonica *Clusii* omnino, si foliorum imprimis spectes amplitudinem, quippe quæ palmarem nonnunquam superat, differt. Addit *Bauhinus* p. 231. a. Habetur major & minor: flore quoqu: purpurascente vel rubro communiterrarius albo, luteo & vario: est & reptilis magis humique procumbens. *Flora Ulmensis* p. 63.

Diese todte Nessel wird die höhere, stinckende, und Aehren-weis wachsende benennet. Scheint auch, wie alle Autores angeben, und die Gestalt es mit sich bringet, die wahre Galeopsis des Dioscoridis zu seyn. Von welcher jedoch die gröste Ungarische Galeopsis des Clusii unterschieden ist, weil deren Blätter Hand breit sind. Bauhinus setzet: Es gibt von dieser Gattung eine grössere und kleinere, mit einer Purpur-röthlichten, oder gemein rothen Blume, wird aber selten mit einer weißen, gelben, oder scheckigten Blume gefunden. Es ist auch eine, deren abhangende Blätter mehr auf der Erden herum liegen.

GALEOPSIS FOLIIS CAULEM AMBIENTIBUS MAJOR, Grössere todte Nessel, deren Blätter rund um den Stengel gehen. Siehe die 529. Kupffer-Platte l. b.

Hujus Galeopsios & datur species minor, a Chabræo descripta p. 435. Folia nostratis majoris Perfoliatæ ferè modo caulem ambiunt, subrotunda, hirsuta, profunde serrata. Flores inter folia ad nodos verticillati purpurei, hiantes, e caliculis oblongis, hirsutis, multifidis oriuntur. C. B. P. p. 231. n. VI. Floret Junio & Julio in arvis. *Volckamerus* p. 182.

Von dieser Art todter Nessel ist eine kleinere Gattung vorhanden, welche letztere Chabræus besonders beschrieben. Unsere grössere aber hat Blätter, fast wie der Durchwachs, die rund um den Stengel stehen, an sich fast rund, rauch, und tieff gekerbt sind. Zwischen den Blättern an den Knoten oder Gleichen kommen die rund herumstehende, Purpurrothe, als ein Rachen sich öffnende Blumen,

men, mit kleinen, rauchen, länglichten, und viel getheilten Kelchen. Sie blühet im Junio und Julio hin und wieder auf den Feldern.

GALEOPSIS FOLIIS ACUTIORIBUS, todte Nessel mit spitzigeren Blättern. Siehe die 529. Kupffer-Platte. l. c.

GALEOPSIS FOLIIS PICTIS, todte Nessel mit sprencklichten, oder bunten Blättern. Siehe die 529. Kupffer-Platte. l. d.

Num Lamium Melissæ folio? C. B. P. n. X.

GALEOPSIS MINOR ARVENSIS, Acker-Nessel. Siehe die 529. Kupffer-Platte. l. e.

Galeopsis patula segetum, flore purpurascente. Sideritis arvensis, angustifolia: sideritis arvensis, angustifolia rubra. C. B. P. 233. Boerhav. I. 162. n. III. Inter segetes passim floret æstate.

GALEOPSIS ROTUNTIORE FOLIO, todte Nessel mit runderen Blat. Siehe die 529. Kupffer-Platte. l. f.

Usus Medicus.

Officinalem quidem esse ait *Dalenius suppl.* p. 120. Galeopsin proceriorem, fœtidam spicatam: Dioscoridis designatum usum medicum plerique exscribunt. Folia, inquit, caules, semen, succusque duritias & carcinomata dissipant: Strumas, panos, & parotides discutiunt. Oportet bis die tepidum ex aceto cataplasma imponere, & ejus decocto fovere. Ad putrescentia, gangrænas, & nomas, cum sale efficaciter illiniuntur. Subjungit *Matthiolus.* Ruellio Galliopsis, Agripalma est, uteri suffocationis singulare remedium. De Galeopsi Anguillaræ supra commemoravimus, quod ille ipse scrophulas Galeopsin veram sanare, ocu-

lis suis viderit. Addit *Lemery*, quod phlegmatis & olei multum non vero salis contineat, & in Diarrhœa, albo mulierum fluxu, in cienda urina, & in doloribus spleneticis seu in decocto seu vino medicato seu infuso data virtutem suam exserat, id quod etiam frequens confirmat experientia.

Es saget Dale, daß die höhere, stinckende todte Nessel in Officinen gebräuchlich sey. Die von Dioscoride der Galeopsi zugeschriebenen Nutzen nehmen seine Nachfolger alle aus ihm. Die Blätter, Stengel, Saamen, Safft haben die Eigenschafft die Härtigkeit zu vertreiben, desgleichen den Krebs, die Kröpffe, die Geschwulst am Hals, die Geschwäre hinter den Ohren. Man muß es zweymahl des Tages mit Eßig warm als einen Umschlag auflegen. Man bestreiche auch zugleich mit Saltz die faulen Geschwüre, Krebs-Schäden, und fressende Geschwäre. Matthiolus setzet in der Anmerckung, daß Ruellius Galiopsin vor Agripalmam halte, welche ein sonderbahres Mittel gegen die Erstickungen der Mutter sey. Wir haben oben von der Galeopsi gesaget, die Anguillara in Griechenland gefunden, und selbst gesehen, daß dadurch die Kröpffe innerhalb zehn Tagen geheilet worden. Lemery setzet noch hinzu, daß die todte Nessel viel Oel und Phlegma, aber nicht viel Saltz bey sich führe, und daß sie im Durchfall, weißen Fluß der Weiber, in Treibung des Urins, und in Miltz-Beschwehrungen, besonders, wenn es entweder in Tränckeu, oder Thée, oder Kräuter-Wein gebraucht wird, gut sey, welches auch noch die beständige Erfahrung bestättiget.

GALLIUM.

GALLIUM γάλλιον, γάλιον, γαλλάριον, γαλλίον. *Græc.* Gallio. *Ital.* Coaja Leche yerva. *Hisp.* Petit Muguet, Caillelait, *Gall.* Ladies bedstravv. *Angl.* Walstrov. *Belg.* Marena Diwage. *Mosc.* Klammer Urt. Elster Klammerie Urt. *Dan.* Märzána. *Pol.* Syryß Tiowa Bylina. *Bohem.* Tey Sugorito fiu. *Hung.* Meger-Kraut, Mayer-Kraut, Lab-Kraut, Glied-Kraut, Wall-stroh, Weg-stroh, unser Frauen Bett-stroh, Butterstiele, Raynritz. *Germ.*

CHARACTER. Gallium ab illis, qui ex foliorum positu characterem desumere solent, plantis & herbis annumeratur stellatis. Est vero Gallium plantæ genus flore campani formi, patente & multifido: cujus calix deinde abit in fructum ex gemellis seminibus constantem, siccis, ut plurimum lunatis. *Tournefort.* p. 114. Ex radice Gallii tenera, longo tractu repente, lignosa, extus fusca, & tenerrimis fibris obsita, intus albicante, proreptant virgulæ seu cauliculi dodrantales, cubitales, & altiores, tenues, subhirsuti, & nisi dumetis aut virgultis anniti possunt, plerumque procumbentes, vel quadrati vel rotundi, nodosi, & geniculis distincti, in plures ramulos divisi virides, intus cavi, & fragiles. Folia verticillatim

tim ad caulium nodos & genicula posita sunt glabra, mollia, nitentia, quina vel plura radiatim, seu in stellæ figuram decussata, recta, Aperinæ simillima, sed neque aspera, neque villosa. Flores sunt perfecti, monopetali, in extremitate quatuor divisuris insignes, plures simul conferti, seu in racemulos digesti. Semina post singulos flores subsequuntur nuda, bina, rotunda. Floret Majo, Junio & Julio in aggeribus, ad sepes, in dumetis & pratis siccioribus. Radix perennat. *Dioscor.* L. IV. c. 87. *Matth. in Dioscor.* p. 556. *Boerhaave* I. 148. *Volckamerus Dale* 200. *Ruellius* 624. *Lonicerus* 497. *Tabernam.* I. 415.

Meger-Kraut wird von denjenigen, welche die Kennzeichen der Blume von der Lage der Blätter zu nehmen pflegen, zu denen Pflantzen und Kräutern gerechnet, deren Blätter umb den Stengel als ein Stern stehen. Es ist aber nach Tourneforts Beschreibung das Mager- oder Meger-Kraut eine Art Pflantzen mit einer Klocken-förmigen offenen und vielfach getheilten Blume, deren Kelch hernach zur Frucht wird, welche aus einen zweyfachen Saamen, der trocken und mehrentheils als ein halber Mond gestaltet ist, bestehet; aus des Meger-Krauts zarten, weit herumkriechenden, holtzigten, auswendig braunen, mit zarten Fäsern besetzten, inwendig weißlichten Wurtzeln, treiben viele Ruthen oder etliche Spannen, Ellen hohe und offt noch höhere Stengel, welche zart und etwas rauch, und wofern sie sich nicht an Hecken oder sonst was schlingen können, liegen sie meist an der Erde; sonst sind sie entweder viereckigt oder rund, knotigt in Gleichen abgesetzet, und in kleine Neben-Aeste unterschieden, grün von Farbe, inwendig hohl und zerbrechlich. Die Blätter stehen Wirbelweiß umb den Stengel, sind glatt, weiß und gläntzend, fünff oder mehrere, Sternförmig und Creutzweiß umb die Gleichen herum gereyhet. Sie stehen gerade auf, und wären den Klee-Kraut Blättern wohl am allerähnlichsten, aber sie sind weder rauh noch zottigt. Die Blumen sind vollkommen, einfach, und oben an ihren Spitzen durch vier Spalten kennbahr; es stehen viele beysammen, und sitzen, wie die Alten reden, treuschelicht. Auf jedes Blümlein folgt ein bloßer zweykörnigter Saame. Es blühet im May, Junio und Julio, an den Aeckern, Dämmen, Wällen, Zäunen, Hecken und trockenen Wiesen. Die Wurtzel bleibt.

NOTA Gallium aut a lacte, lacteæ enim sunt Gallii albi paniculæ, aut censente *Dioscor.* nomen ex eo traxit, quod in contrahendo lacte coaguli vicem impleat, id quod minime mirandum, quia ex observatione constat, illud leni destillatione acidum liquorem fundere, quare etiam in coagulando Anglus nonnullus frequenter summitatibus Gallii lutei usus, plures cogere potuit caseos, quam alii quicunque. Danicum Gallii nomen Klammer-eller Klammerie Urt. D. S. Pauli prolixe explicat: Fide enim bona a rusticis perhiberi, si Gallium alicui Symposiastæ clam subjiciatur, tam diu super illo confidenti, usque dum id incalescat, fore, ut is certò turbas det, aut rixas moveat: Iidem etiam perhibent, Gallium fornaci calefactæ, tamdiu superimpositum, donec cœnaculum illius odore oppleatur, combibones adigere invicem inter se in oculos & capillos ut involent; quod quidem ad commenta rejicit D. Pauli, sed ex natura herbæ, quæ fumosa est, concludit, quod illa caput & nares ferire, & exhilarare, non vero inebriare rusticos possit. Fortean non ad eandem classem referendum, quod *Camerarius* de Gallio prædicat, illud flore albo & luteo inter gramina provenientem, ingruentem tempestatem suavissimo odore prænunciare; suavius etiam olere apparente Iride. *Horto Med.* p. 63.

Gallium oder Meger-Kraut hat von Milch γάλα seinen Nahmen, entweder weil die oben beysammen stehende Blumen des weißen Meger-Krauts so weiß wie Milch sind, oder wie Dioscorides will, weil die Blumen die Milch geronnen machen, worüber man sich nicht eben zu verwundern, weil man durch die Erfahrung wahrgenommen, daß das gelinde distillirte Meger-Kraut einen säuerlichten Safft von sich lasse, deßwegen auch ein gewisser Engelländer der äusserstenSpitzen des Meger-Kraut um Milch geronnen zu machen gebrauchet, und mehr Käse daraus zubereiten zu können, als andere. Der Dänische Nahmen des Meger-Krauts Klammer-Eller, und klammerie Urt ist von S. Pauli weitläufftig erkläret worden, denn die Bauren sagten glaubwürdig, aus wenn man das Meger-Kraut einem Zech-Bruder heimlich unterlegte, und er so lange darauf sässe, biß es warm würde, so geschehe es, daß derselbe Lerm und Zänckerey anfienge. Eben von diesem Kraut sage man auch, wenn man es auf einen warmen Ofen so lange liegen liesse, biß das Zimmer von dessen Geruch angefüllet würde, so brächte es die Zech-

Leute

Leute dahin, daß sie sich einander in die Haare geriethen; welche zwar S. Pauli für eine erdichtete Sache hält, jedoch aus der Natur des Krautes, welches dünstig und räucherigt ist, schliesset, daß es in die Nase und den Kopff steige, und die Bauren zwar lustig, aber nicht rauschig machen könne. Vielleicht hat es mit dem eben nicht gleiche Bewandnüß, was Camerarius von diesem Kraut erzehlet, daß es mit seinem sehr angenehmen Geruch ein bevorstehendes Wetter ankündige, und wann ein Regenbogen aufkomme, auch lieblich und angenehm rieche.

NOTA II. Gallium non nisi solis foliis neque asperis, neque hirsutis ab Aparine differre, Tournefortius & alii docent, quamvis in reliquis ad ejus analogiam quam proxime accedat. Differt etiam aliquatenus à Mollugine, qua de re infra Litera L. agendi erit locus, & quamvis pro Synonymis à plerisque habeantur, in Boerhaavio tamen à Mollugine distinguitur Gallium. Duplex hujus Genus constituitur, Gallium flore luteo & albo, illud quidem vel vulgare vel palustre, hoc vero vel album vel minus est. Cum Cruciata quidem Gallium in multis convenit, in pluribus autem ab ista distingui potest. *Chabr.* 548. *Clusii* Gallium rubro flore ad album nostrum referri meretur *Rar. Plant. Hist. Libr.* V. p. CLXXV. Eodem loco habendum Gallium album, supinum multicaule *Ruppii* p. 3. quod quidem etiam *Dillenio App.* p. 4. obvenit, qui ejus differentiam loco, qui strigosius & tenuius efficeret, adscripsit, adeoque pro varietate potius vulgaris Gallii albi quam diversa specie habet. Nonnullas etiam allegatas videmus species à *Boccone* p. 170. 172. 110. ff. quæ tamen, si tabulas æneas cum nostratibus conferas, vix paululum ab illis abhorrent. Duo etiam Gallia Zeylanica, alterum minimum odoratum, alterum sylvestre, Linifolio, flore albido, in *Thes. Zeyl.* p. 103. adduxit, quibus addimus Gallium minimum, seminibus longis a *Buxbaumio* Dec. II. p. 31. Tab. XXX. Fig. II. designatum.

Es haben Tournefort und andere gewiesen, daß das Meger-Kraut von dem Klebkraut bloß durch die nicht rauche, und haarigte Blätter unterschieden, ob sie gleich im übrigen die gröste Aehnlichkeit miteinander haben. Es ist auch das Meger-Kraut einiger massen von der Mollugo oder Stern-Meger-Kraut unterschieden, wovon wir an seinem Orte handeln wollen, und obgleich Gallium und Mollugo von den meisten vor gleich geltende Nahmen gehalten werden, so hat doch D. Boerhaave einem jeden seinen besonderen Platz angewiesen. Man setzet mehrentheils zwey Geschlecht des Meger-Krauts, das mit gelben und weissen Blumen, jenes zwar ist entweder das gemeine, oder das in Sümpffen wächset, dieses aber entweder das ordentliche weiße, oder das kleinere. Mit dem Creutz-Kraut hat zwar das Meger-Kraut sehr viel gleiches, jedoch wird es durch mehrere Merckmahle davon unterschieden. Des Clusii Meger-Kraut mit rother Blume scheint billig zu dem mit weissen Blumen können gerechnet zu werden. Und eben dahin läst sich auch das weisse, hintersich gebogene, viel stengeligte Meger-Kraut des Ruppii bringen. Denn Dillenius hat eben dasselbe gefunden, und hat dessen Unterscheid dem Ort, wodurch es vielstreiffigter und dünner geworden, zugeschrieben, und es vielmehr vor eine Abwechselung des weissen Meger-Krauts als einer besonderen Gattung desselben gehalten. Auch hat Bocco einige Gattungen angeführet, die aber, wenn man die Kupffer-Platten ansiehet, von den unsrigen eben nicht sonderlich unterschieden sind. Zwey Zeylanische Sorten, eine gantz kleine und wohlriechende, die andere eine wilde mit Lein Blat, und weißlichter Blume führt Burmannus *Thes. Zeyl.* an; zu welcher wir schließlich das kleineste Meger-Kraut mit langen Saamen, das Herr Buxbaum angeführet, setzen.

GALLIUM ALBUM, MUGUET, Mager-Kraut. Siehe die 530. Kupffer-Platte. l. a.

Gallium album latifolium pratense Mollugo montana, angusti folia prima. C. B. 334. Cauliculis est tenuibus, sarmentosis, ramosis, quadratis, geniculatis, cubitum & sesquicubitum longis humi sparsis. Folia, uti in Charactere sunt descripta, sapore præterea sunt subacri. Radix reptans lignosior, fibrata, cinerea.

Weisses, breit blätterigtes, auf den Wiesen wachsendes Mager-Kraut, oder auf den Bergen stehendes schmahl blätterigtes Hertz Meger-Kraut, hat dünne, reisigte, viel ästige, viereckigte, in Gleichen vertheilte, Ellen, und anderthalb Ellen hohe verstreuete Stengel. Die in dem Charactere beschriebene Blätter sind von etwas scharffen Geschmack. Die herumkriechende Wurtzel ist etwas höltzigter, mit Fasern besetzet, Asch-färbig.

GALLIUM LUTEUM, gelb Mager-Kraut. Siehe die 530. Kupffer-Platte. l. b.

Hæc

Hæc planta omnino verum Dioscoridis est Gallium; Folia enim habet Aparinæ simillima, verticillata, variat quandoque latioribus foliis præcipue in pratis uliginosis. Cauliculi sunt tenues, rotundi, leves, flores ad genicula racemosi prodeunt.

Diese Pflantze ist das wahre Meger-Kraut des Dioscoridis, denn es hat dem Kleb-Kraut gantz ähnliche Blätter, die in einem Wirbel um die Geleichen des Stengels herum gehen. Man findet es auch mit breiteren Blättern, vornehmlich auf mooßigen Wiesen. Die Stengel sind zart, rund, glatt, und die an den Geleichen hervorkommende Blumen stehen Trauben-weis aneinander gereyhet.

Cultura.

Si quis Gallium luteum & album horto ingerere velit, locum seligat communem, bene stercoratum, apertum, frequenterque irriget plantas. Perennant & maturum edunt semen, ex quo adolescente luna Mense Aprili satæ, & sequenti mense transplantatæ commode propagari possunt. Gallium flore rubro teneræ cum indolis sit, vasculo committitur fictili, & per hyemem sub tectum transfertur. *Munting* 267.

Woferne jemand das weisse und gelbe Meger-Kraut in dem Garten haben wollte, durffte er es an einem guten wohlgemästeten, freyen, offnen Platz setzen, und offt begiessen. Es bleibet lange, und giebet reiffen Saamen, an welchem es auch mit wachsenden Liecht des Monaths April kan gesäet, und im folgendem Monath verpflantzet werden. Das Meger-Kraut mit rother Blume ist von zarter Art, man setzet es gemeiniglich in ein irdenes Gefäß, und hält es den Winter durch unter Dach.

Usus Medicus.

Non quidem frequens Gallii in officinis amplius est usus, herba tamen ejus alias usui medico inservire potest. Multum enim salis essentialis & olei continet. Herba hæc aut pulvis ipsius hæmorrhagiam narium & sanguinis profluvia sistit; quod facit sanguinem incrassando & coagulando. Commendatur & contra cancrum & cancrosa ulcera. Decoctum herbæ acopon censetur, lassitudinibus utile & in podoniptris adhiberi solet. Florem tusum & impositum sacris quoque ignibus mederi scribunt. Radix vino decocta venerem excitare dicitur. Herba præterea decocta & in balneo adhibita scabiem abigit; addit *Ruppius* p. 3. Est Planta hypnotica, & quodammodo soporifera. *König* p. 195. *Dale* p. 200. *Zorn. Lemery.*

Man braucht das Meger-Kraut zwar nicht häuffig mehr in den Apothecken, doch kan es auch zur Artzeney dienen; denn es enthält viel Oel und Sal essentiale. Diß Kraut, oder das Pulver davon stillet das Nasen-bluten und andere Blut-Flüsse, welches durch Dickmachung und Gerinnung des Geblütes geschiehet. Man recommendirt es auch vor den Krebs, und Krebs-Geschwäre. Das abgekochte Wasser ist ein Mittel gegen die Müdigkeit, und pflegt in Fuß-Bädern gebraucht zu werden. Es schreiben einige, daß die zerstoßne und aufgelegte Blume das Rothlauff heile. Die in Wein gekochte Wurtzel soll Lust zu den ehelichen Wercke machen. Das Decoctum von dem Kraut, als ein Bad gebraucht, vertreibet die Krätze. Ruppius setzet hinzu, daß es eine Schlaff-machende Pflantze sey, und einiger massen dumm mache.

GELSEMINUM.

GELSEMINUM INDICUM FLORE PHOENICEO. Jasminum Indicum, Solanum Mexicanum flore magno, Pseudo Gelsiminum siliquosum *Rivini* Clematis Hederacea Indica Jasmini foliis. Bignonia Americana, fraxini folio, flore amplo phœniceo. Jasmin de Virginie. *Gall.* Siehe die 530. Kupffer-Platte. l. c.

CHARACTER. Gelseminum Indicum, a *Tournefortio & Boerhaavio* BIGNONIA appellata est Plantæ genus flore monopetalo, anomalo, tubulato, utrinque patente & quasi bilabiato: ex cujus calice surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi affixum, quod deinde abit in fructum seu siliquam, septo intermedio in duo loculamenta divisam, seminibus fœtam, ut plurimum compressis, utrimque alatis. *Tournef.* p. 164. Indicum, sive Canadanum Gelseminum maximum (verba sunt Ferrarii) caule tenui, geniculato, lento, atque erratico, quamvis suapte natura caducum, reptabunda tamen ambitione ad excelsa fastigia evadit. Lignea inprimis amat adminicula, quibus hederacea tenacitate adhæret, non quidem instar hederæ toto corpore, sed unis geniculis radicosum. Ex iisdem folia

lia fundit agrestis Gelsemini non absimilia, sed productiora & per ambitum serrata (seu folia fraxini) Ramosi caulis deflexa cacumina rotundorum calicum furfum versum spectantium densis & subrubentibus corymbis racemata turgent; e quibus in gemini transversi digiti longitudinem adultis, punicique Cytini denticulata figura dehiscentibus tubuli leviter crocei, summa parte conniventes, porrectum circiter digitum longi procurrunt; hiulco deinde osculo in quinque labella resupinato, imo ventre substricto, medio turgidulo, cervice angustiore æstivis mensibus efflorescunt; dilutisque crocis, nec non medio longiore albicante stamine capillantur. Dum vernant, saturatiore subinde phœniceo colore, villosum holosericum referente, ac flaventibus longas in strias lineis distincto expinguntur. Tabido tandem florei tubuli defluunt, hærentibus cum extante medio stamine calicibus. Barberinos recens in hortos translatus hic flos cepit in semen siliquari. Ex arido calice siliqua porrigitur in viridi subrubens, in digitum longa, ima parte, summaque tenuis, media turgens, infra supraque incurrente prominulo toro bipartita, seminibus gravis, ut in luteo Leucoio, minutis, ruris, membranaceis. Quamquam hæc membranæ prætenuis involucro circumsepta, multiplicique serie prope innumerabilia circa nigrum & molle dissepimentum, lingulæ imagine interjectum, confertim conserteque constipantur.

Gelseminum, oder Indianischer Jasmin, wird von Tournefort und Boerhaave Bignonia genennet. Es ist eine Art Pflantzen mit einfacher irregulairer, röhrigter von allen Seiten offen stehender, und gleichsahm in zwey Lefftzen sich vertheilender Blume; aus demselben Kelch entstehet der Stempffel, der als ein Nagel an dem hinterem Theil der Blume fest hineingehet. Von demselben wird hernach die Frucht, oder eine Schote, die durch eine durchgehende Scheidewand in zwey Fächer abgetheilet ist, und voll von mehrentheils compressen und an beyden Seiten geflügelten Saamen stecket. Das gröste Indische oder Canadensische Gelseminum, schreibet Ferrarius, hat einen dünnen, in Gewerbe abgetheilten, zähen, herumliegenden Stengel, welcher, ob er gleich von Natur hinfällig ist, dennoch sich mit vielem Ehrgeitz, bis zu hohen Gipffeln herauf windet. Es liebt vornehmlich höltzerne Stützen, an welche es sich als ein Epheu anhänget, nicht zwar als der Epheu mit seinem gantzen Cörper, sondern nur durch einige Gewerbe. Aus diesen Stengel kommen die Blätter, welche dem wilden Gelsemino nicht unähnlich sind, jedoch gehen sie länger heraus, und sind rund umb gekerbt. (wie an den Eschen-Baum) Die abwärts hangende Gipffel des äst'gen Stengels stehen voll von dichten, und röthlichen, Trauben-weis gereyheten aufwärts sehenden runden Kelchen; Nachdem dieselbigen zwey quer Finger lang erwachsen, und als die rothe Granat-Apffel-Blüthe in einer ausgezackten Figur von einander gefallen, so kommen die etwas Saffran-gelbe Röhren, die an dem oberen Theil gläntzen, und eines ausgestreckten Fingers lang sind. Wann die Blumen in den Sommer-Monathen blühen, beuget sich der oben höckerigte Mund in fünff Lefftzen zurücke, der untere Bauch ist etwas enge, in der Mitte etwas ausgebogen und der Hals noch enger. Sie haben inwendig bloß Saffran-gelbe Haare, das mittlere, längere Fäserchen ist weislicht. Wann sie noch blühen, sind sie von einer dunckel-rothen Farbe, sehen aus, als zottig Seyden Zeug, und sind mit gelblichten in langen Streiffen unterschiedenen Linien bemahlet. Nachdem die röhrigten Blumen verwelcket, und abgefallen, bleiben die Kelche mit dem hervorragenden mittleren Fäserchen bestehen. Man hat diese Blume neulich in die Barbarinische Gärten gebracht, woselbst sie ihren Saamen in einer Schote zu bringen angefangen. Aus dem dürren Kelch tritt die grünlicht rothe Schote hervor, dieselbe ist Fingers lang, unten und oben dünne, in der Mitte aufgeblasen, unten und oben durch eine durchlauffende, etwas hervor ragende Platte in zwey Fächer getheilet, voll von kleinen, röthlichten, häutigen Saamen, wie bey der gelben Levcoje. Obgleich dieser Saame mit einer sehr dünnen Membrane umbgeben, so stecken doch in einer vielfachen Reyhe umb den schwartzen und weichen Zaun, der in der Gestalt einer Zunge durchgehet, fast unzählich viele dicht und fest aneinander gepfropffte Saamen-Körner.

NOTA: Quamvis Gelseminum, ex India Occidentali, præcipue ex regno Mexicano, in Europam delatum, cujus nomen vernaculum ignoratur, Planta sui sit generis, & pauca habeat cum Gelseminis communia, nec præter modum surgendi flagellis parum cum clematite conveniat, semper tamen hoc nomen retinuit, quod vero *Rivinus Ord. Plantarum, quæ sunt Flore Irreg. monopetalo* p. 18. Pseudo-

do - Gelseminum siliquosum appellandum potius esse suadet. Hispani florem Marabillas del Peru, seu admirabilem Peruvianam salutarunt. Bignoniam hanc plantam appellat Tournefortius, ut Abbati Bignonio singularem, qua ipsum semper coluerat, observantiam testaretur. Plures Gelsemini Americani species allegatas videmus apud eundem.

Es ist dieses Gelseminum aus West-Indien, und vornehmlich aus dem Königreich Mexico, als seinem eigentlichen Vaterland, nach Europa gebracht worden. Man weiß dessen eigentlichen Nahmen nicht, jedoch ob es gleich eine Pflantze von ihrer Art und von einem eigenen Geschlechte ist, und mit dem Jasmin wenig Gleiches, auch mit der Clematite keine andere Aehnlichkeit hat, als daß seine Rancken kriechen, so ist man jedoch beständig bey diesem Nahmen geblieben, wiewohl Rivinus vielmehr der Meynung ist, daß man es Pseudo Gelseminum siliquosum, falscher Jasmin, der eine Schote bringet, nennen solle. Die Spanier haben sie die unvergleichliche wunderswürdige Blume von Peru genennet. Tournefort nennet sie nach dem Abt Bignon zur Bezeugung seiner gegen denselben tragenden Hochachtung Bignoniam, bey eben demselben sind auch viel andere Gattungen angeführet.

Cultura.

Gelseminum phœniceo flore præter solum pingue, exhalato pinguedinis vapore bene maceratum, felici positu apricum, radicibus ramisque fundendis vacuum apertumque desiderat etiam cancellatim scansile adminiculum, ut amœnissimam prætexat viriditatem; aut certè pedamentum procerum, contra imbres pervicax, decorticatum, & scobina exasperatum, ut articulatim radicosa fruticis brachia statumen adjunctum arctissime pertinacissimeque complectantur, atque ambitioso reptatu in arboream altitudinem evadant. Debet autem a parietibus nonnihil detineri, ne floribus onusta pendula cacumina incursantibus ventorum furiis allidantur. Hiberna frigora non ita multum reformidat, & primo vere in extremam usque ætatem rigari vult. Seminis, quod hoc primo anno apud nos protulit, adhuc intenta satio est, nec dum insitio cæsione ac vulnere peregrini fruticis cum vernaculo adoptiva fœdera sancivit. Una prospero usurpata periculo cultura ita singularem stirpem docet esse multiplicandam. Verno, priusquam oculi fruticis intumescunt, trigeminus ramulus præcidatur: ejus caput cultro diffinditur, ac depangitur binis obrutis gemmis, ut tertius nodus exstet. Sic ex facili capit & germinat, humore præsertim adjutus & sole. *Ferrarius* Libr. III. C. XVII. p. 361. Alium modum docet *Volckamerus* propagatur, inquit, junioribus circa radicem propullulantibus surculis, quos cum radicis particula à materno cespite separatos in feracius solum depangere solent. *Fl. Nor.* p. 227.

Das Indische Gelseminum mit der röthlichen Blume verlanget einen fetten Grund, von dem die Düngung oder Fettigkeit des Mistes ausgedämpffet hat, einen wohl an der Sonne gelegenen Platz, der recht frey ist, daß es seine Wurtzel und Zweige wohl verbreiten kan. Uber dem aber muß es ein in Gitter getheilte Anlehne oder Spalier haben, damit es seine schöne grüne Aestlein wohl verbreiten könne; oder wenigstens einen hohen Pfahl, der gegen starcken Regen aushält, abgeschcelet, und mit einer Pfeile rauch gemacht worden, damit die kleine als Wurtzeln sich umklammernde Aestgen von Glied zu Glied die gegebene Stütze genau und feste umbschließen, und durch sehr hohes aufwinden Baums Höhe erreichen könnten. Es muß aber diese Anlehne etwas von der Mauer abstehen, damit nicht die herabhangende Blumen von einen starcken Wind mögen an die Mauren gestossen, und verderbt werden. Die Kälte des Winters schadet ihm nicht. Es will von Anfang des Frühlings bis zum Sommer begossen seyn. Vom Saamen, den es in diesem ersten Jahr bey uns gebracht, wollen wir erst künfftig eine Aussaat vornehmen, man hat auch noch keine Verpfropffung wagen dürffen. Eine glückliche Probe hat uns an die Hand gegeben, diese Pflantze glücklich zu vermehren. Im Frühling nemlich, ehe die Staude grosse Augen gewinnet, schneide man einen kleinen Ast mit drey Knospen ab, man spalte ihn oben mit einem Messer, und setze ihn so in die Erde, daß zwey Knospen bedecket, und der dritte über die Erde stehe. So schläget der kleine Ast leicht Wurtzel, und kommt vornehmlich wenn man ihn begiesset, und er gute Sonne hat, bald fort. Herr Volckamer giebt eine andere Manier an die Hand. Man vermehret es, sagt er von, den kleinen um der Wurtzel herumb wachsenden Reisern, welche man mit einen Theil der Wurtzel von dem alten Stamm abnimmt, und in ein fruchtbahres Erdreich zu versetzen pfleget.

GENI-

GENICULATA.

GENICULATA Julifera Americana, foliis pinnatis, Tlacolcoatli seu Coatli humilis, Glieder-Kraut. Siehe die 531. Kupfer-Platte. l. a.

Geniculata Flacolcoatli dicta planta est exotica ex nova Hispania ad nos delata, Tlacolcoatli, inquit *Recbi Lib. VII. Cap. V. rerum medicarum novæ Hispaniæ.* p. 223. herba est, quæ caules tenues, geniculis interceptos profert refertos foliis Ericæ, exilibus ac brevibus. Flores sunt candentes longiusculi, ac velut e flocco concinnati. Radices tenues perlongas adeoque fibris similes habet. Nascitur in collibus, planisque locis regionum frigidarum, qualis est *Huecocinensis*, calida secundo ordine constat natura lubricaque. Jus decocti radicum propinatur, difficile nec sine dolore urinam reddentibus: dolorem enim lenit, emundat meatus, atque urinam, & quicquid illi obstaculo est, evocat. Spica florum similis est Julo Acori.

Glieder-Kraut ist ein ausländisches aus neu Spanien zu uns gekommenes Gewächß Tlacolcoatli genennet. Diß ist ein Kraut, saget Rechi, welches dünne in Glieder und Gelencke getheilte Stengel bringt, an welchen kleine, kurtze Blätter als an der Heide sitzen. Die Blumen sind weiß, länglicht, und gleichsahm aus Flocken oder Fäßgen zusammen gesetzet. Die Wurtzeln sind dünne, sehr lang und bestehen fast aus lauter Zasern. Es wächst auf Hügeln und auch auf flachen Oertern in kalten Gegenden. Es ist warm in andern Grad. Das Decoctum von der Wurtzel giebt man denen, welche schwehr und nicht ohne Schmertzen den Urin lassen können, denn es lindert den Schmertz, reiniget die Harn-Gänge, und treibet so wohl den Urin, als alles, was ihm entgegen stehet.

GENIPA, SEU JANIPABA.

GENIPA SEU JANIPABA an Junipapeeyvva Brasilianorum? aut una ex speciebus Genipat? Siehe die 531. Kupffer-Platte. l. b.

CHARACTER. Genipa seu Janipaba est Plantæ genus flore monopetalo, campaniformi, patente, è cujus calice surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum: calix autem deinde abit in fructum plerumque ovatum, carnosum, in duo loculamenta divisum seminibusque fœtum ut plurimum planis. *Tournef.* 658. Arbor est in plerisque Indiæ occidentalis insulis frequens, insignem quercus ad instar assequitur proceritatem, crassa, rectaque est, rugosoque & cinericio obducitur cortice; lignum est & durum & densum atque firmum. Rami, certa distantia inter se dimensi abietis instar diffunduntur, Folia, veluti fasciculi collecti, confertim posita, longitudine pedali quatuor digitos lata, versus finem coarctantur angustioraque evadunt. Membranacea fere hæc sunt, ad folia Juglandis accedunt, colore superne atrovirente, inferne autem dilutiore, venis dissecta frequentioribus. Inter hos foliorum fasciculos emergunt frequentiores flores. Flos autem est monopetalus, perfectus, campaniformis in quinque segmenta diffissus, primo albus una cum stella in fundo flavo, post pallidus, & denique atrorubens. In floris medio quinque enascuntur stamina, quinque commemoratas fissuras occupantia, in quorum medio surgit pistillum. Calix quinque lineas longus, & tres latus, colore viridi, post emarcidum florem abit in fructum, mediocris mali magnitudine, orbicularis seu ovalis potius figuræ, circa utramque extremitatem vero depressiorem & acutum umbilicum tubulosum lentis magnitudine referentem. Carnosus est fructus putamine duro obductus, colore cineritio & viridi quasi pulvere conspersus esset. Caro seu pulpa est tenera & albida in duo loculamenta quasi divisa, & planis, ac semicircularibus granis referta. Sapore quidem non est grato, ab Americanis vero comeditur. Succus albidus videtur, nigro tamen colore omnia inficit, quocunque destillat, & nulla arte maculæ abstergi possunt, donec octo aut decem elapsis diebus sponte evanescunt. Lemery, C. B. P. 434. Clusius Exot. Libr. I. C. XI.

Genipa oder Janipabe ist eine Art Pflantzen mit einfacher einblätteriger, Klocken-förmiger offen stehender Blume, aus deren Kelch der Stempffel hervor tritt, welcher hinten an der Blume als ein Nagel fest stecket. Der Kelch wird

zur

zur Frucht, die mehrentheils ovalrund, fleischigt, in zwey Fächer getheilt, und mit vielen meist platten Saamen angefüllet ist. Es ist ein Baum, der in allen Americanischen Inseln wächset, und gantz gemein ist. Er wird so hoch wie eine Eiche, ist sehr dick, gerade, und mit einer runtzlichten, aschgrauen Rinde überzogen. Sein Holtz ist hart und dicht; Die Zweige breiten sich bey nahe wie an der Tanne aus, und stehen in gemessener Weite voneinander. Die Blätter stehen wie gesammlete Büschel bey einander, sind ungefehr des Fußes lang, vier Finger breit, und werden nach der Spitze zu immer schmäler und schmäler: Sie sind als wie von Haut bereitet, ihre Farbe ist oben dunckel-grün, und unten heller, woselbst sie auch voll Adern sind. Mitten zwischen allen diesen Blättern erheben sich dicke Blumen Büsche, deren Blumen aus einem Stück bestehen, in Gestalt einer Klocken, welche breit ist, und fünffmahl gar tieff eingeschnitten, im Anfang weiß mit einem Stern mit gelben Grund, hernachmahls bleich, und endlich dunckel-roth. In der Mitten dieser Blume entstehen fünff Stamina, die legen sich in die fünff Kerben nebst einem Pistill, der seinen Ursprung auf dem Grund des Kelchs bekommt, und daran wie ein Schlüssel feste ist. Der Kelch ist etwan fünff Linien lang und drey breit, grün von Farbe. Wann die Blume abgefallen ist, so wird daraus eine Frucht, so dick, als wie die Faust, ovalrund von Figur, und an beyden Enden dünner und gantz spitzig: am Ende stehet es wie ein Nabel, und dieser wie ein Röhrlein, als eine Linse breit. Diese Frucht ist fleischigt, hat eine dicke Schaale, die grau und grünlicht aussieht, als wenn sie mit Staub bestreuet wäre. Ihr Fleisch ist zart und weiß, als ob es in zwey Fächer zertheilet wäre, die mit halbrunden, schier gantz platten Saamen-Körnern angefüllet. Sie hat keinen gar lieblichen Geschmack, und dennoch essen sie die Schwartzen. Obschon ihr Safft weißlicht siehet, so schwärtzet er doch alles an, worauf er geräth, und ist der Flecken gantz unmöglich heraus zu bringen, man mag auch damit thun, was man will, bis daß er nach verlauff acht oder zehen Tagen von sich selbst vergeht.

NOTA. Janipabam sub speciali titulo descripsit *Lemery*, existimatque Genipæ esse speciem; Descriptiones vero ubi comparentur, una eademque esse videtur arbor. Nec dubitandum quin Pomo similis Brasiliana *Bauhini* & Genipat *Theveti* una cum Junipappeeyvva Clusii Synonyma sint. Addit *Bauhinus:* duplex est, alia fructu majori & eduli, alia fructa minori non eduli & hujus fructus succo totum corpus inficiunt incolæ; profecturi enim in bellum, aut ad stragem aliquam edendam, aut ad invisendos amicos, aut ad solenne aliquod, totum corpus hoc liquore madefaciunt. Is quo magis in corpore exsiccatur, eo magis nativum colorem acquirit, qui vix verbis exprimi potest: est enim quodammodo inter nigrum & cœruleum, sive eum colorem, qui vulgo azurus dicitur, medius. Hoc infecti barbari incedunt, non minus ornatos sese existimantes, quam nos nostris coccineis ac tericis vestibus *Lugd.* 1833. In Atramentum etiam hic liquor Genipæ degenerat, quo scribitur, & charta ac panni inficiuntur illo, sed an color constans sit, valde dubitatur.

Lemery hat in seinem vollständigen Material-Lexico einen besonderen Titel von der Janipaba, und meynet, daß es eine Art von der Genipa sey, wenn man aber die Beschreibungen gegen einander hält, so scheinet es allerdings nur ein Baum zu seyn. Wie denn auch nicht daran zu zweiffeln, daß der einem Apffel-Baum gleichende Brasilianische Baum bey dem Bauhino, Genipat bey Theveto und Junipappeeyvva bey dem Clusio einerley mit dem Genipa-Baum sind. Es setzet Bauhinus aus dem Theveto hinzu, daß zwey Arten von diesem Baum sind, die eine mit grösseren Früchten, welche man essen kan, die andere mit kleineren Früchten, die nicht eßbahr sind; und mit dem Safft von dieser Frucht bestreichen sich die Schwartzen, denn wann sie zu Felde, oder zum Treffen gehen, oder ihre Freunde besuchen, oder sonst eine Feyerlichkeit begehen, so beschmieren sie den gantzen Leib mit diesem Safft. Je mehr nun derselbe eintrocknet, je schwärtzer wird er, denn es ist eine Farbe zwischen schwartz und blau, oder Azur Farbe. Wenn sich diese elende Leute damit geschmieret, gehen sie so stoltz einher, als andere im Scharlach und Seyden. Eben dieser Safft von dem Genipa-Baum wird so schwartz, als wie Dinte, damit man schreiben, und auch Tuch färben kan, welches aber wohl nicht lange Stand halten kan.

Usus Medicus.

Fructus Genipæ adstringentis est virtutis & contra stomachi Ardorem & Diarrhoeam præstat. Item anteaquam matureſcit in cata-

cataplasmatibus & unguentis contra venenoſa ulcera adhibetur. Succus ex illo quaſi vinum præparatur, quod, cum recens eſt, adſtringit & refrigerat, antiquum autem hanc virtutem amittit, & fervet nimium.

Die Frucht von dem Genipa-Baum hat die Krafft anzuhalten, und dienet vor das Brennen im Magen oder Sold. Dieſelbe wird auch, ehe ſie gantz reiff wird, in Umſchlägen und Salben gegen böſe vergiffte Geſchwäre gebraucht. Man preſſt aus dieſer Frucht einen Safft oder Wein, der, wann er annoch friſch, anhaltend und erfriſchend ſeyn ſoll, hebt man ihn aber auf, ſo verliehrt er ſeine Krafft zum Theil, und wird dann hitzig.

GENISTA.

GENISTA, Spartium. *Lat.* σπάρτιον. *Græc.* Geneſtra, *Ital.* Scobus yerva tora. *Hiſp.* Geneſt, Genêt. *Gall.* Broom. *Angl.* Brem. *Belg.* Gipſel, Gyl ries. *Dan.* Jasnowiec. *Pol.* Feſte verag. *Hung.* Ginſt, Geniſt, Genſter, Pfriemen, Pfriemen-Kraut, Stech-Pfriemen, Reh-Kraut, Bromen, Kunſchruthen. *Germ.*

CHARACTER. Geniſta ſeu Spartium ad frutices, herbas & plantas leguminoſas commode refertur. Eſtque Geniſta Plantæ genus flore papilionaceo, cujus piſtillum, quod ſurgit é calice, abit deinde in ſiliquam planam, in duas partes dehiſcentem, ſeminibusque fœtam reniformibus. *Tournef.* p. 643. Cui jungenda definitio Spartii: Eſt Plantæ genus flore papilionaceo, cujus piſtillum, quod ſurgit e calice, abit deinde in ſiliquam brevem ſubrotundam, turgidulam, ſemine fœtam utplurimum reniformi. Addenda etiam definitio Geniſtæ-Spartii, quod eſt plantæ genus, à Geniſta & Spartio aculeis diſtinctum. Denique Geniſtella eſt plantæ genus, a geniſta diverſum foliis quadam veluti articulatione ſibi invicem innaſcentibus. *Tournef.* 646. Uberioris explicationis gratia addenda etiam *Ammanni definitio* & generalior, & magis determinata. p. 155. Geniſta eſt ſiliquoſa, papilionacea, ſiliquis vel depreſſis vel oblongis vel brevibus & ſubrotundis, ſemina plerumque reniformia continentibus, floribus in ſpicas vel faſciculos junctis & foliis alternis, trinis, aut pinnatis, vel caulem ambientibus variis inſtructa. Et p. 576. in nota adjungitur: Spartium eſt geniſta ſiliquis curtis monoſpermis, ſemine lenti vel reniformi. Flores autem ſunt perfecti, irregulares, tetrapetali, papilionacei, lutei ut Leucojum, figura Piſi, floriſimiles, Ramuli obſequioſi, juncei, vel ſpinoſi vel non ſpinoſi. In Germania, Italia, Gallia & Hiſpania ſatis frequentes occurrunt in agris incultis, ſylvis, montibus. Florent Majo, Junio atque Julio.

Ginſter oder Pfriemen-Kraut wird zu den Stauden, Kräutern und Pflantzen gezehlet, die Hülſen-Früchte ſind, oder Schoten tragen. Es iſt aber Ginſter eine Art Pflantzen mit einer Schmetterlings-Blume, deſſen aus dem Kelche hervortrettende Stengel zu einer flachen Schote wird, die in zwey Theile voneinander fällt, und voll Nieren-förmigen Saamen ſtecket. Weil nun Tournefort Spartium, Geniſta-Spartium und Geniſtellam unter beſondere Titel gebracht, ſo müſſen wir auch die Definitiones anführen. Spartium, ſagt er, iſt eine Art Pflantzen mit einer Schmetterlings-Blume, deſſen aus dem Kelche hervorwachſender Stempffel ferner zu einer kleinen etwas runden aufgeblaſenen Schote wird, die mit einem meiſt Nieren-förmigen Saamen angefüllet iſt. Geniſta-Spartium iſt eine Art Pflantzen, die von der Geniſta und Spartio durch die Stacheln unterſchieden iſt. Endlich iſt Geniſtella, oder der niedrige Geniſter eine Art Pflantzen, die von dem Geniſter durch die Blätter unterſchieden, als welche gleichſahm wie ein Gelenck und Glied in das andere hervorwachſen. Zu vollſtändigerer Erklärung dienet Ammanns allgemeinere, und genauere beſtimmte Definition: das Pfriemen-Kraut iſt eine Schoten-tragende Pflantze, und hat eine Schmetterlings-Blume, die Schoten ſind entweder flach, oder länglicht, oder kurtz und rundlicht, welche mehrentheils Nieren-förmige Saamen-Körner in ſich enthalten. Die Blumen ſtehen Aehren- oder Büſchel-weiß zuſammen, die Blätter aber ſtehen entweder Wechſel-weiſe, oder drey zuſammen, oder wie Floß-Federn, oder umbfaſſen auf mancherley Art den Stiel. Und p. 576. wird in der Anmerckung beygefüget, daß Spartium eine Geniſta ſey mit kürtzer und nur ein Saamen-Korn habende Schote, die als eine Linſe, oder Hertz-förmig ausſiehet. Die Blumen aber ſind vollkommen, irregulair, vier

vier blätterig, ſo geſtaltet, als die ſogenannte Schmetterlings-Blumen, gelb, wie die Levcojen, und faſt der Bohnen Blume gleich. Die Stengel ſind biegſahm, als die Binſen geſtaltet, entweder mit Dornen beſetzet, oder nicht. Sie wachſen in Teutſchland, Franckreich, Welſchland, Spanien ziemlich häuffig, in ungebauten Aeckern, Wäldern, und Bergen, und blühen im May, Junio und Julio.

NOTA I. Ex adlatis conſtare arbitror definitionibus, quæ & qualis differentia inter varias geniſtæ ſpecies intercedat, cujus præeunte Rajo *Method. Plant. emend.* p. 162. Tournefortius & Boerhaavius quatuor conſtituerunt genera, notâ characteriſticâ eorum tam a foliis ſimplicibus & compoſitis quam à ſpinis, nec non à Siliquarum forma & ſeminum numero deſumtâ. Antiqua jam fuit quæſtio, an Spartium Græcorum Geniſta Latinorum ſit? *Plinius* hâc de re jam dubitavit, & ſub judice lis eſſe videtur, an *Dioſcoridis* Spartium Libr. IV. C. 152. deſcriptum geniſta noſtra ſit. Spartium enim *Dioſc.* eſt frutex viduus, & floribus conſtat albæ Violæ ſimilibus. Geniſta vero folia profert longiuſcula, Lini fere modo. At enim vero *Dioſc.* de Geniſta Hiſpanica & Africana ſermo eſſe videtur, quæ plerumquæ ſine foliis eſt. Nemo tamen negabit, quin Spartium & Geniſta ſint plantæ congeneres, maximaque uni cum altera ſit cognatio. Hinc haud incommode factum eſſe exiſtimamus, quod omnes Geniſtæ ſpecies ſimul oculis repræſentaverimus, ſub qualibet ſpecie annotaturi, quid cuilibet proprium & ſpecificum ſit. Spartium demum vi vocis aut à σπείρειν ſerere appellatur, quia ſponte ſua ſeſe ſerit, vel potius ſic dicitur, quod funiculi & vinculi modo in alligandis vitibus præbeat τὸ σπάρτον, id eſt Junci Sparti modo. Geniſta appellitatur, fortean quia genu modo flexilis adnexus ſit, vel quia genibus medeatur dolentibus, vel quia, ut alii cenſent, facillime & celerrime ſobolem generet ſuo ſemine. *Lugd.* 168. Nomina germanica, Pfriemen-Kraut, præcipue de illis ſpeciebus perhibentur, quæ aculeatæ ſunt. Ginſter idem eſſe puta & detortum ac Geniſta. Scoparia etiam dicitur ab uſu, cui inſervire poteſt.

Aus den angeführten Beſchreibungen erhellet zur Genüge, was vor Unterſcheid ſich in den angeführten Arten der Geniſter finde. Rajus war der erſte, welcher vier beſondere Claſſen und Geſchlechte machte, dem Tournefort und die neueren gefolget. Man nimmt in dieſer Eintheilung die Kennzeichen ſo wohl von den einfachen als zuſammen geſetzten oder mehreren Blättern, ingleichen von den Dornen, auch von der Geſtalt der Schote und der Anzahl der Saamen-Körner. Es iſt ſchon eine alte Frage, ob das Spartium der Griechen der Lateiner Geniſta ſey. Plinius hat ſchon daran gezweiffelt. Auch ſcheinet noch nicht ausgemachet zu ſeyn, ob des Dioſcoridis Spartium unſere Geniſta ſey: denn Spartium iſt bey demſelben ein Blätterloſer Strauch, und hat Blumen wie die weiſſe Viole. Geniſta aber hat etwas länglichte Blätter als an dem Flachs. Jedoch ſcheinet, daß etwan Dioſc. von der Spaniſchen und Africaniſchen Geniſta rede, die mehrentheils keine Blätter hat. Niemand wird aber leicht in Abrede ſeyn, daß dem allen ungeacht Spartium und Geniſta Pflantzen von einerley Geſchlecht, und die gröſte Verwandtſchafft unter einander haben, folglich hoffen wir nicht unrecht gethan zu haben, wenn wir die Geniſter, ſo wie ſie uns vorgekommen, dargeſtellet haben, da wir bey einer jeden ihr eigentliches Abzeichen anmercken wollen. Nach den Regeln der Herleitung käme Spartium entweder von σπείρω ich ſäe, her, weil es ſich ſelbſt ſäet, oder vielmehr weil man es bey Anbindung der Weinſtöcke als ein Band, und Baſt brauchen könnte. Geniſta heißt es etwas von genu dem Knie, weil ſeine Gelencke und Geleiche ſo beugſahm als das Knie ſind, oder weil es Knie-Schmertzen lindert, oder von generando erzeugen, weil es bald und leicht durch ſeinen Saamen ſich fortbringet. Die Teutſche Nahmen ſonderlich Pfriemen-Kraut iſt eigentlich von den Gattungen genommen, deren Stachel als Pfriemen ausſehen. Ginſter oder Geniſter, iſt von Geniſta corrumpiret, Scoparia Beſe-Kraut, weil die Reiſer ſo ausſtehen, und man ſie auch dazu brauchen könnte.

GENISTA SEU SPARTIUM FLORE ALBO. Siehe die 532. Kupffer-Platte. l. a.

Spartium Hiſpanicum flore candido, Tertium *Cluſii Hiſt.* p. 103. juſta proceritate arboreſcit: lignoſas & arboreas agit radices: cinericeo caudice aſſurgit: numeroſos, implexosque ramos viridi pallore tingit: ex iisdem virgulas more paſſi, diſſipatique capillamenti demittit denſiſſimas, prætenues, ferè cubitales, ramuloſas lentas, inſtar viminis obſequioſas, ocellisque diſtinctas creberrimis; unde folia, rutæ foliolis minutiora, floſculi-

culique imo tantum nodulo rubentes, cætera candidi exiſtunt, pulchrè pendulis floridis virgulis, tanquam lineis margaritarum: vere toto vernat: exinde cartilagineas, prope rotundas, ex viridi flaveſcentes ſiliquas ſeminibus implet ſingulis, raro binis, ferme orbiculatis, colore fuſco virentibus, lævibus, duris, germinare moroſis. *Ferrarius. Lib. II. C. XIV.* p. 205. Chabræus 86.

Spaniſcher Geniſter mit weiſſer Blume wird faſt wie ein völliger Baum hoch, und treibet heltzigte und wie an ordentlichen Bäumen groſſe Wurtzeln. Der Stamm iſt mit einer Aſchgrauen Rinde überzogen, die zahlreichen durcheinander verwickelte Aeſtlein aber ſind gantz blaß grün, aus denſelben ſchieſſen Reiſer, die ſo verwirrt und zerſtreuet als zerrauffte Haare ausſehen, dicke und dichte aneinander ſtehen, dünne und faſt Ellen lang ſind, noch kleine Neben-Aeſte haben, zäh und als eine Weide biegſahm und durch vielfältige Augen oder Glieder unterſchieden ſind. An denſelben kommen die Blätter hervor, welche dem Rauten-Blätterchen faſt ähnlich, aber noch kleiner ſind. Die Blumen ſind unten an ihren Knöpffen oder Kelchen nur röthlicht, im übrigen gantz weiß, und hengen gantz ſchöne an den Reiſern als an Perlen-Schnüren. Dieſer Geniſter blühet den gantzen Frühling; nachhero erfolgen die knorpeligte, faſt runde, gelbliche, grüne Schoten, die mit einem, ſelten mit zwey faſt runden, grünlicht rothen, glatten, harten, und nicht eben gerne fortkommenden Saamen Körnern angefüllet ſind.

GENISTA SEU SPARTIUM HISPANICUM, Geniſta d' Eſpagne. Siehe die 523. Kupffer-Platte. l. b.

Geniſta Juncea. Spartium arboreſcens, ſeminibus lentiſimilibus. Spartium Dioſcoridæum, Narbonenſe & Hiſpanicum, Geniſta Hiſpanica floribus luteis amplis, ſeminibus lentiſimilibus C. B. P. p. 396. *Boerhaave* 23. n. 1. Frutex eſt ſex aut ſeptem pedum altitudinem aſſequens, ramulos agens junceos, rotundos & viridis; naſcitur ſine foliis, aut ſi quando illa, quamvis rariſſima ſint, facile decidunt, ut tota ἀφυλλος conſpiciatur; e virgularum lateribus prodeunt longi pediculi, ex quibus inſignis florum luteorum, leguminoſorum, aſpectu jucundorum, odoratu gratorum *vel inodoratorum* copia pendet. Succedunt ſiliquæ colore caſtaneo, ſemina reniformia, rubicunda, ſplendentia, lente minora complectentes. Sponte ſua hic frutex dictis in locis abunde provenit. In hortis noſtris floret Junio & Julio.

Spaniſcher Geniſter, Baum-hoch wachſendes Spartium. Das eigendliche Spartium des Dioſcoridis, welches in Spanien und Franckreich wächſet mit gelben, groſſen Blumen, und Linſen-förmigen Saamen. Dieſer Strauch wird ſechs bis ſieben Fuß hoch, und treibt Aeſte, wie Binſen, die rund und grün von Farbe ſind. Er wächſt ohne Blätter, und wo ja etwan im Anfange einige, wiewohl ſehr wenige daran ſitzen, ſo fallen ſie bald ab, daß der gantze Strauch ohne Blätter da ſtehet. Aus den Seiten der Ruthen kommen lange Stiele, an denſelben hänget eine ziemliche Menge gelber, wie an andern Hülſen-Früchten formirte, annehmlich anzuſehender Blumen, die einen guten Geruch von ſich geben, oder auch gar nicht riechen. Hierauf folgen die Schoten, welche von Farbe Caſtanien braun, und viele Nieren-förmige, röthlichte, glänzende Saamen-Körner, die als eine Linſe aber nur kleiner ausſehen, in ſich ſchlieſſen, dieſer Strauch wächſt von ſelbſt wild in Franckreich und Spanien. In unſern Gärten aber blühet er im Junio und Julio.

GENISTA, HISPANICUM SPARTIUM FLORE PLENO, Spaniſcher Ginſter mit gefüllt-Blume. Siehe die 532. Kupffer-Platte. l. c.

Differt a præcedente flore pleno atque odorato. Folia etiam habet, quamvis rara ad genicula ramulorum provenientia. Floret in hortis noſtris eodem tempore.

Dieſer Spaniſcher Günſter oder Geniſter hat eine gelbe gefüllte und nicht ſo ſtarck, wie die einfache, riechende Blume. Dergleichen Blätter, wiewohl ſehr ſelten und wenige, die an den Gelencken der kleinen Aeſte hervorkommen; Er blühet in unſeren Gärten, zu eben der Zeit, als der vorige.

GENISTA, SPARTIUM AFRICANUM ERICÆ FOLIO FLORIBUS PURPUREO INCARNATIS, Africaniſcher Geniſter, mit Heyd-Blättern und Purpur incarnat Blumen. Siehe die 532. Kupffer-Platte. l. d.

Communicata hæc elegantiſſima eſt Geniſtæ Africanæ ſpecies à *D. D. Burmanno* unâ cum ſubſequente, nulla autem ejus addita eſt deſcriptio, niſi quod in Africa fuerit reperta. Num Geniſta foliis Ericæ breviſſimis raris, flore minimo, ſingulari, ſiliquis brevibus, acutis, *Hermanni in Catalogo Plant. Afric.* P. II?

Dieſe

Dieſe ſehr ſchöne Gattung von Africaniſchen Geniſter iſt uns von dem Herrn D. Burmann communiciret worden, ingleichen die folgende. Jedoch iſt keine weitere Beſchreibung hinzugefüget, als daß es in Africa gefunden werde.

GENISTA SPARTIUM BACCIFERUM ERICÆ FOLIIS AFRICANUM, Beeren tragender Africaniſcher Geniſter mit Blättern, als an der Heid. Siehe die 532. Kupfer-Platte. l. e.

Et hanc ſpeciem à D. D. Burmanno nobis eſſe communicatam diximus, cujus brevis addita deſcriptio ſic ſonat: Hic Frutex floret multis aridis & arenoſis locis, fructum ferens ad ceraſa accedens, ſapore grato & acidulo, refrigerante & ſalubri, qui iter facientibus & deſeſſis egregie inſervit, & ab incolis *Cargol* appellatur. *Pluknetius Phyt. Tab.* 185. *Fig.* 6. Commemoratam autem hanc ſpeciem neque in Hermanni neque Oldelandii & Hartoogii Catalogo Africanarum Plantarum invenire licuit.

Auch dieſe Gattung Africaniſcher Beeren tragenden Geniſter iſt uns von Herrn D. Burmann communiciret worden, deſſen beygefügte kurtze Beſchreibung alſo lautet: Dieſer Strauch blühet an vielen trockenen und ſandigten Orten, und trägt eine Frucht als eine Kirſche, von angenehmen und etwas ſäuerlichen Geſchmack, der zugleich geſund, und kühlend iſt, und den Reiſenden und Ermüdeten ſehr wohl zu ſtatten kommt. Sie wird von den Einwohnern Cargol genennet.

GENISTA VULGARIS OFFICINARUM, Genêt ſauvage, Pfriemen-Kraut. Siehe die 532. Kupffer-Platte l. f.

Geniſta anguloſa & ſcoparia frutex eſt, cujus rami in virgas plurimas diſtribuuntur, longas, gracilitate junceas, anguloſas, egregie virente cortice veſtitas, rectas, lentas, flexiles, diſtractu difficiles, & ſcoparum modo in denſam congeriem ſtipatas, in quibus folia ſunt parva, oblonga, utrimque acuminata, ſingulis ferè exertibus communiter terna: Flores vere virgas totas veſtiunt, piſi florum figura, valde lutei, ex quibus ſingulæ prodeunt ſiliquæ, parvæ, principio leviter hirtæ in latitudinem quandam compreſſæ, cum maturæ ſunt, nigricantes, in quibus ſemen clauditur fuſcum, Lenticulæ ſimile, minus, mediocriter durum. Radice nititur multifida nervoſa, lenta, flexili, minime fragili, coloris lutei. Totus frutex graviter olet, Sambuci propemodum inſtar. Tota planta ſapore eſt amaro. *Lugdun.* 172. Obvenit in paſcuis arenoſis, & glareoſis, in aſperioribus & ſiccis locis: copioſe provenit viâ publicâ Ratisbonâ Norimbergam ducente & prope Friſingam. Floret Majo *Volckamer* 184. *Tabern.* III. 102.

Dieſer winckeligte, als Beſen-Reiſer geſtalte Ginſter, Pfriemen-Kraut gemeiniglich genennet, iſt ein Strauch, deſſen Aeſte ſich in ſehr viele, lange, binſigte, eckigte, mit ſchöner grünen Rinde überzogene, gerade, zähe, biegſahme, nicht leicht zerbrechliche, und vielfältig nebeneinander ſtehende Ruthen vertheilen; an welchen kleine, länglichte, an beyden Seiten ſcharffe, und faſt an jeden Knoten mehrentheils und gemeiniglich drey Blätter wachſen. Die Blumen begleiten dieſe Ruthen faſt gantz, und ſind als die Blumen an den Erbſen geſtaltet von Farbe gantz gelb. Nach denſelben kommen die kleinen Schoten, die im Anfang etwas rauch, länglicht, flach, wann ſie aber reiff werden, ſchwartz ſind; in welchen ein roth bräunlichter Saamen liget, in Geſtalt als eine Linſe, jedoch kleiner und mäßig hart. Die Wurtzel iſt vielfach getheilet, nerveus, biegſahm aber nicht leicht zerbrechlich, von Farbe gelb. Der gantze Strauch riechet ſtarck, und iſt von bitteren Geſchmack. Er findet ſich häuffig an ſandigten, kieſigten Weiden, an rauchen und trocknen Orten, findet ſich häuffig an der Nürnberger Land-Straſſe, und blühet im May.

GENISTA HUMILIS SEU CHAMÆSPARTIUM, Spargelle, Erd-Pfriemen. Siehe die 532. Kupffer-Platte. l. g.

Geniſtella humilis, Chamægeniſta ſagittalis, herbacea, foliorum partibus articulatione ſibi mutuo innatis à reliquis diſtincta. *Boerh.* p. 25. cujus nonnullas ſpecies allegavit *Tournefortius*, *Baubinus* & *Cluſius*. Eſt autem herba potius, quam frutex cubitum raro excedens: ramuli molles, hirſuti, duabus latis mollibus fimbriis ornati, internodiisque velut diſtincti, ac ad ſingula internodia folium unum oblongum, obtuſum, piloſum, ſine pediculo. In virgularum ſummitate flores comparent lutei, parvi, hiantes, & ſpicam fere efficientes: ſiliquæ ſuccedunt valde piloſæ, radix eſt lignoſa in aliquot partes diviſa. Floret menſe Junio in pratorum marginibus & juxta ſylvas: Ratisbonæ in ſylva prope Brülam. *Volck.* p. 183. *Chabræus* p. 85. *Tournefortius Alſaticus* p. 78.

Dieſe kleine niedrige Geniſte oder Erd-Pfriemen iſt dadurch von dem gemeinen unterſchieden, weil die Blätter gleichſahm

durch Gelencke eins ins andere wachſen, von welchen einige Gattungen von *Tournef. Boerh.* und *Cluſio* angeführet ſind. Es iſt aber vielmehr ein Kraut, als eine Staude, und wird ſelten Ellen hoch: Die kleinen Aeſtlein ſind weich, rauch, und haben an beyden Seiten einen breiten Saum oder Ausſchweiffungen, ſind auch durch Gelencke und Knoten unterſchieden, an deren jeden ein länglicht, ſtumpffes haarigtes Blat ohne Stiel kommt. Oben an den Spitzen der Gerten erſcheinen gelbe, kleine, aufgeſperrte Blumen, die faſt als an einer Aehre ſtehen. Hierauf folgen ſehr rauhe Schoten, die Wurtzel iſt holtzigt, in einige Theile vertheilet. Es blühet im Junio an den Wieſen und neben den Wäldern.

GENISTA AFRICANA FOLIIS RUSCI, Africaniſcher Geniſter mit Mäuſe-Dorn-Blättern. Siehe die 533. Kupffer-Platte. l. a.

Geniſta hæc Africana eſt planta leguminoſa Æthiopica, in plantarum Africanarum Catalogo Hartoogii primo loco poſita, Geniſta Africana, frutescens, Ruſci nervoſis foliis & altera anguſtis foliis. Frutex autem ille ex *Breynii* deſcriptione eſt lignoſus, triangularis & ſuperius in ramulos duos diviſus, circa quem ſine certo ordine ſparſa ſunt frequentiſſima folia, pediculis penitus carentia, dura, ſolida, Ruſci æmula, majora autem, & ſi accurate eadem obſerves, in ambitu leniter ſerrata (noſtra autem ſatis profunde ſunt ſerrata) anterius in mucronem acutiſſimum & pungentem exeuntia, in baſi ſinuoſa, & plane ſicut corculum, quod pingi ſolet, formata, multis nervis ſecundum longitudinem excurrentibus pallidi coloris, transverſim venulas multas habentibus notata. Florum forma me latet, neque *Volckamerus* de floribus aliquid addidit, niſi quod ex ſeminibus Africanis enata adhuc dum vigeat, vireatque in communi hibernaculo. Fructus vero ramorum cacuminibus inſidentes ſiliquæ ſunt teretes, uncialis longitudinis, rigidæ, tumidiuſculæ, membranaceæ, & ex purpureo ſpadiceæ; quæ e calículis, ejusdem coloris & ſubſtantiæ, in lacinias quinque deſinentibus, prominent. *Plantarum Exoticarum Centuria* p. 69. Multa omnino ſunt hac in deſcriptione, quæ cum icone noſtra minus conveniunt.

Dieſe Staude iſt nach Breynii Beſchreibung holtzig, dreyeckigt, in der Höhe in zwey Aeſtlein getheilet, um welche ohne einige Ordnung ſehr viele Blätter ſtehen, die keine Stiele haben, auch hart und dicht, wie am Mäuſe-Dorn ſind, nur daß ſie gröſſer wachſen, und wenn man ſelbige genau betrachtet, im Umfang etwas gekerbt, (da hingegen die unſere zimlich tieff eingeſchnitten) vornen an der Spitze ſtachlicht, unten voll krummer Räncke, und wie ein kleines Hertz geſtaltet ſind, aus welchen viele nerveuſe Zaſern der Länge nach hervorkommen, die von blaſſer Farbe, und über quer mit vielen kleinen Adern verſehen ſind. Von der Geſtalt ihrer Blumen kan nichts beſonders angemercket werden. Ihre Frucht aber ſitzet auf den Gipffeln der Aeſte, welche in ſchlancken Schoten beſtehen, eines Zolles lang, ſtarr, gleichſahm aufgequollen, häutigt und braunroth ſind, und die aus ihren Kelchlein von eben der Farbe und Subſtanz ſich in fünff Einſchnitte endigen und hervorragen. Es iſt übrigens nicht zu läugnen, daß vieles in dieſer Beſchreibung vorkommt, welches mit gegenwärtiger Specie, ſo in der Kupffer-Platte. l. c. dargeſtellet worden, nicht vollkommen übereinſtimmet.

GENISTA HUMILIS ARGENTEA, Niedriger Silber-färbiger Ginſter. Siehe die 533. Kupffer-Platte. l. b.

Chamægeniſta Cretica; humilis argentea Cretica; *Hoffmann. Flor. Altorff.* Barba Jovis cretica *Rivini* cujus etiam icon cum noſtra mirifice conſentit. *C. B. Prodr.* p. 185. Hæc virgulis eſt palmo minoribus, humi diffuſis, tenuibus, rotundis, ſubcanis, in ramulos aliquot duarum triumve unciarum diviſis, foliolis oblongis, ſeu obſervante *Rivino* foliis pinnatis, totidem conjugationibus ſeu paribus inſtructis. Ex foliorum alis floſculi terni, quaterni, parvi, lutei, Geniſtæ floribus æmuli. conf. *Chabræus* p. 58. floret Junio.

Der niedere Cretiſche Geneſter, oder der niedrige ſilberne, Cretiſche Geniſter, von *Rivino* Barba Jovis cretica genennet, deſſen Kupffer mit den unſrigen vollkommen übereinſtimmet. Dieſer Geniſter iſt kaum Handhoch, ſeine Ruthen liegen auf der Erde zerſtreuet, ſind zart, rund, graulicht, in kleine zwey biß drey Zoll lange Aeſtlein vertheilet, mit längligten Blättern, oder wie vielmehr Rivinus anmercket, mit ſpitzigen Blättern als Floßfedern, die nebeneinander paarweiß ſtehen. Aus den Flügeln der Blätter kommen drey biß vier kleine, gelbe Blumen, die dem Geneſter ähnlich ſind.

GENISTA SPINOSA MAJOR LONGIORIBUS ACULEIS, gröſſerer dornigter Geniſter mit längern Stacheln. Siehe die 533. Kupffer-Platte. l. c.

Geni-

Geniſtellæ ſpinoſæ affinis, Nepa quibusdam. Geniſta major vulgaris ſeu Scorpius *Theophraſti quem* Gaza Nepam transtulit. Scorpius *Cluſii* primus. Primum cubitali, hic inquit, aut ampliore altitudine aſſurgit, multis virgis ex atro virentibus, ſtriatis, denſiſſimo ſpinarum vallo obſitis fruticoſum, quæ deinde ſpinæ aliis minoribus ſunt circumſeptæ; folia nulla, niſi primo vere, apparent, brevi decidua. Flores Geniſtæ minores, pallidi, interdum vero rufeſcentes, ut rubere videantur, præſertim ſub autumnum: ſiliquæ deinde ſuccedunt breves, cylindriacæ, magna ex parte inanes, aliquando tamen ferentes exiguum ſemen pallidum aut ſubfuſcum, ut geniſta vulgaris Septentrionalium: Radix ſingularis in alias tenues ſe ſpargens, & interdum late ſe propagans. Floret Majo & Junio, & quandoque tota æſtate: circa Autumnum vero denuo floribus onuſta conſpicitur, eoque tempore ſaturatiores & magis rutili ſunt utplurimum flores. *Raiorum Plant. Hiſt.* L. I. C. 74. p. 106. C. B. P. p. 394. *Scorpius.* n. II. *Boerhaave II.* p. 24. n. 11.

Dieſe Gattung iſt der Geniſtellæ etwas gleich, und wird von einigen Nepa genennet, von dem Teophraſto Scorpius, welches Gaza durch Nepa überſetzet. Der erſte Scorpius des Cluſii, welcher dieſes Gewächſe alſo beſchreibet: Es erreichet eine Ellen, oder noch höhere Gröſſe, und wächſet mit vielen ſchwartz-grünen, geſtreifften Ruthen, iſt mit vielen dicht aneinander ſtehenden Dornen beſetzet, welche nachhero mit noch andern kleinen Dornen ausgefüllet ſind. Nur im erſten Frühling erſcheinen Blätter, die aber bald abfallen. Die kleinen Blumen ſind der Geniſtæ ähnlich, von blaß-gelber Farbe, zuweilen aber ſo röthlicht, daß es ſcheinet, als wären ſie gar roth, vornehmlich im Herbſt. Hierauf erfolgen kurtze, Waltzen-förmige Schoten, die meiſtens leer ſind, zuweilen aber einen kleinen, blaſſen, etwas röthlichen Saamen, als die gemeine Geniſta in den mitternächtlichen Ländern tragen. Die Wurtzel iſt gantz eigen, vertheilet ſich in kleine Neben-Wurtzeln, und breitet ſich zuweilen weit aus. Es blühet im May und Junio, und zuweilen den gantzen Sommer durch. Gegen den Herbſt treibt es von neuen Blumen, welche alsdenn viel röthlichter ſind.

GENISTA SPINOSA MINOR, kleinerer dornigter Geniſter. Siehe die 533. Kupffer-Platte. l. d.

Geniſta Spinoſa minor Germanica. Geniſta aculeata folioſa. Geniſtella aculeata Gaſpeldoorn. *Belg.* Bricke, Brovvine. *Angl.* Stech-Pfriemen. *Germ.* An ſcorpius ſecundus *Cluſii*? Denſis autem referente *Chabræo* p. 85. frutiçat ramis, longis, creberrimisque ſpinis armatus hic frutex, folia geniſtæ vulgaris, hirſuta & acuminata, flores lutei, ſpicati, ſiliquæ exiguæ, radix lenta, & ſublutea. Cauliculis ſpinoſis, addit *Volckamerus* p. 184. differt ab aliis hujus generis. Floret Junio in editioribus ad vias. conf. *Flora Ulmenſis* p. 66. *Ruppius* p. 215.

Kleiner Teutſcher ſtechender Geniſter, kleine Streich-Blumen oder Stech-Pfrieme, treibet nach Chabræi Beſchreibung viele Zweige, die Blätter ſind, wie an den gemeinem Ginſter ſtachelicht, und ſpitzig. Die Blumen ſind gelb, und ſtehen Aehren-weiß. Die Schoten ſind klein, die Wurtzel iſt zäch und etwas gelblicht. Durch die kleine dornigte Stengel, füget H. D. Volckamer hinzu, iſt er von anderen ſeiner Art unterſchieden. Er blühet im Junio, an höheren Orten an den Wegen.

GENISTA AFRICANA SPINOSA LARICIS FOLIO, Africaniſcher dornigter Geniſter mit Blättern, als an dem Lerchen Baum. Siehe die 533. Kupffer-Platte. l. e.

J. Breynius Plant. Exot. Cent. I. p. 69. Geniſtella Spinoſa, quam caput bonæ ſpei genuit, Geniſtellæ minori Aſpalathioidi J. B. quadantenus ſimilis. Suffrutex eſt lignoſus & ſpinis horridus, qui in multos diſpeſcitur ramos; horum minores incani, in quibus ſpinæ acutæ & tenues, ſemiunciam longæ, alterno ordine, æquali quodam intervallo, circumpoſitæ cernuntur. Singularum ſpinarum exortui foliola viridia & tenuia ſubnaſcuntur, numero decem & tredecim, plura, pauciorave ſemper conjunctim ex uno tuberculo, ut in Larice, aut Corruda tertia Cluſii, quibus ſimiliora, prodeuntia. Flores vero ſuper ipſa ſpinarum ſede, plerumque ſolitarii, ſæpe numero etiam bini oriuntur, neque quicquam à Geniſtellæ aculeatæ floribus recedunt. Hi in ſiliquis ſemiuncialibus & incanis, Spartii minimi montani triphylli *Columnæ*, non autem mucrone ſurſum reflexis ſemina tria vel quatuor flaveſcentia geniſtellæ, relinquunt.

Die dornigte Geniſtella, welche auf dem Vorgebürge der guten Hoffnung wächſet, gleichet der kleineren Geniſtella Aſpalathioidi des Joh. Bauhini einiger maſſen. Es iſt ein holtzigter mit vielen Dornen beſetzter kleiner Strauch, welcher ſich in viele Aeſte vertheilet, von denſelben ſind die kleinere graulicht, an welchen man ſcharffe,

ſcharffe, und zarte, einen halben Zoll lange, Wechſels-weiſe, und in gleicher Weite herumſtehende Dornen wahrnimmt. Bey dem Urſprung eines jeglichen Dorns wachſen grüne und dünne Blätter, an der Zahl zehn und dreyzehn, mehr oder weniger, welche allezeit zugleich aus einem Knoten, wie an den Lerchen-Baum, oder der dritten Corruda des Cluſii, dem ſie auch ähnlicher ſind, hervorkommen. Die Blumen finden ſich eben daſelbſt, wo die Dornen ſitzen, mehrentheils einſchichtig, zuweilen aber auch zwey zuſammen. Dieſe haben in denen einem halben Zoll langen und gräulichten Schoten, welche dem kleineſten, auf den Bergen wachſenden dreyblätterigten Spartio des Columnæ gleich kommen, deren Spitze aber nicht ſo aufwärts gehet, drey oder vier gelblichte Saamen-Körner, die denen in der Geniſtella ſonſt gleich ſind.

GENISTA SPARTIUM MAIUS, Genêt Piquant, Ginſt-Pfriemen-Kraut. Siehe die 533. Kupffer-Platte. l. f.

Geniſta Spartium ſpinoſum majus ſecundum flore pallido *C. B.* p. 394. n. II. Ligneæ illi ſunt radices, multiplices, implexæ, tenues; à quibus mox viſæ ſpinulæ rigidulæ, denſæ, Corrudæ ſimillimæ, aliquanto majores, univerſa virgulta ſummo tenus veſtiunt: ſicque tota planta denſis horret aculeis pro foliis, & faciem Corrudæ præfert. Eadem eſt cum Geniſta ſpinoſa, aut ei admodum ſimilis. *Clabræus* p. 85.

Dieſe Gattung wird Geniſta Spartium genennet, und zwar das andere dornigte mit blaß-gelber Blume. Es hat holtzigte, vielfältige, verwickelte, dünne Wurtzeln, von welchen bald die ſtarren, dichten, kleinen Stacheln hervorkommen, die den wilden Spargel ähnlich, etwas aber gröſſer ſind, der gantze Strauch iſt mit denſelben von oben bis unten bekleidet, und hat alſo ſtatt der Blätter lauter dicht neben einanderſtehende Stacheln, ſieht auch aus als der wilde Spargel, oder Corruda, und iſt mit der dornigten Geniſta entweder einerley, oder ihr ſehr gleich.

GENISTA SPARTIUM COERULEUM AFRICANUM FOLIIS PINNATIS. Siehe die 523. Kupffer-Platte. l. g.

Geniſtæ affinis arbor Africana monoſpermos flore cœruleo refertur à *Rivino Ord.* Plant. quæ *ſunt flore irregulari tetrapetalo* P. II. ad Plantas, quæ ſunt flore irregulari tetrapetalo, ſeu papilionaceo ſeminibus ſolitariis reniformibus, in ſiliquis breviſſimis ſimplicibus; cujus etiam æri inſculpta pictura cum noſtra exactiſſime convenit. Spartium, inquit, appellare volui fruticem monoſpermon, cui flos papilionaceus & ſiliqua breviſſima eſt, ſcilicet ad imitationem Cluſii, qui binas ejusdem ſpecies recenſuit, unam quidem flore luteo, alteram flore albo. His vero tertiam addere flore cœruleo non vereor, quæ a *J. Breynio Prodromo* I. p. 36. Geniſta Spartium cœruleum Africanum foliis pinnatis, ab Hermanno autem in horto *Lugd.* Geniſtæ affinis arbor Africana monoſpermos flore cœruleo foliis pinnatis vocatur. confer. *Volckamerus* p. 367. habitus totius plantæ fruticoſus humilior. Floret Junio & Julio in horto *Volckameri*, ſponte naſcitur in Promontorio bonæ ſpei ad margines rivulorum. Perennat & ſemper viret, per hyemem vero rigidiori auræ ſubducenda, & aqua pluviali tepida quandoque irriganda, locum amat in hibernaculo ſoli oppoſitum, propagatur ſeminibus. vid. *Hermanni Catalogus Plant. Afric.* p. 11.

Dieſer dem Geneſter ähnlicher Africaniſcher in ſeiner Schote nur ein Saamen-Körnlein tragender Baum mit einer blaulichten Blume wird von Rivino zu den Pflantzen gezehlet, welche eine irregulaire, vierblätterige oder Schmetterlings-Blume tragen, mit einzelen Nierenförmigen Saamen-Korn, das in einfacher gantz kurtzer Schote lieget; deſſen Kupffer-Platte auch mit der unſerigen vollkommen überein kommt. Ich habe dieſen, ein Saamen-Korn führenden Strauch, Spartium, ſagt er, nennen wollen, der eine Schmetterlings-Blume, und gantz kurtze Schote hat, wie mir darinn Cluſius vorgegangen, welcher zwey Gattungen, eine nemlich mit gelber, die andere mit weiſſer Blume davon anführet. Ich trage kein Bedencken, die dritte mit einer blauen Blume beyzufügen, welche Breynius Africaniſches blaues Spartium mit federigten Blättern genennet hat, und Hermann einen Africaniſchen Baum, der einen Saamen hat, mit blauer Blume, und federigten Blättern heiſſet. Herr D. Volckamer ſetzet hinzu: Die gantze Geſtalt dieſer Pflantze ſieht einem niedrigen Strauch gleich. Sie blühet in deſſelben Garten in Junio und Julio, wächſt aber von ſelbſt auf dem Vorgebürge der guten Hoffnung an den Waſſer-Bächen. Sie bleibet beſtändig, und grünet immer, man muß ſie den Winter durch aus der rauhen Lufft nehmen, und zuweilen mit läulichten Regen-Waſſer begieſſen, auch in den Winter-Haus der Sonnen gegen über-

ſetzen

setzen. Man vermehret sie durch den Saamen.

GENISTA SEU SPARTIUM TRIPHYLLON. Siehe die 533. Kupffer-Platte. l. h.

Genista radiata seu stellaris *Volck.* Chamæspartium montanum Triphyllon, an Genista Ilvensis, nomen ab Insula Ilva in Thyrreno mari sortita? Floret Julio & Augusto in hortis curiosorum. An Genista Alpina? aut scopa Plinii? *Lugdunensis. H.* p. 174.

GENISTA SPINOSA LONGIORIBUS ACULEIS, Genêt epineuse, stechendes Pfriemen-Kraut. Siehe die 533. Kupffer-Platte. l. i.

Genista, Spartium spinosum, majus, tertium, hirsutum C. B. p 394. Aspalathus alter *Clusii* l. c. p. 105. cubitum non excedit, fruticosa admodum & ramosa multis horrens spinis deorsum (& sursum) flexis, firmis, acutis, in quibus enascuntur pusilla folia lentis magnitudine, viridia, qualia etiam sed teneriora fert in novellis ramulis, quibus subsunt recens nati aculei: flores in firmioribus spinis & rigidioribus, terni, quaterni aut plures nascuntur, Genistæ similes, minores, coloris nunc lutei nunc pallescentis. Semen in parvis siliquis exiguum. Cujus à Clusio enumeratur secundum & tertium genus, hoc quidem nostrum existit variis in sylvis prope Ratisbonam. *Boerhaavius I.* 24. n. IV. -- 5. *Chabræus* p. 86.

Dieser Genister ist bey C. B. P. die dritte Gattung von Genista Spartio, das rauch und dornigt ist; Aspalathus alter bey dem Clusio wird nicht eben über Ellen hoch, hat viele Sträuche und Aeste, und stehet voll Dornen, die abwärts (vielmehr alle aufwärts) gehen, und anbey starck und spitzig sind, an denselben wachsen kleine grüne Blätter etwan so groß, als an der Linse, dergleichen sich auch, wiewohl etwas zärter an den neuen Aestlein finden, unter welchen die neu wachsende Stacheln schon hervorstehen. An den festen und starren Dornen kommen drey, vier oder auch mehrere Blumen, wie an der Genista, aber kleiner, bisweilen blasser Farbe; in den kleinen Schoten ist wenig Saamen. Von dieser Gattung finden sich bey dem Clusio noch zwey, wovon die letztere D. Boerhaave für die unsere hält.

GENISTA TINCTORIA, Farb-Pfriemen. Siehe die 533. Kupffer-Platte. l. k.

Genista tinctoria Germania C B. I. 392. Genista tinctoria vulgaris *Clus.* Genistella tinctoria *Tabern.* III. 184. *Boerhaave* II. 25. n. I. Fleur a teindre, à jaunir *Gall.* quia ejus floribus ad pannos laneos luteo colore inficiendos utuntur. Ex radice densa & lignosa viminum seges fruticat tenuium, cubitalium & teretum, quibus alternatim adnascuntur folia; nam à Genista vulgari parvitate sua differt, & foliis in eodem pediculo non ternis sed singularibus *Volck.* Hyssopi vel Lini foliis similia supra infraque atrovirentia; flores in thyrsis lutei, Genistæ angulosæ minores: siliquæ unciam longæ, latiusculæ, glabræ, in quibus semina compressa, Lenticulæ ferè paria. Floret Junio & Julio in pratorum marginibus, locis incultis, sylvis & collibus circa Ratisbonam frequentissime. *Lugdun.* p. 174. *Chabr.* p. 84. Flos etiam tinctorius Hispanicus à Clusio descriptus est. p. 101. quem vero hic missum facimus & commemoramus modo Genistam minorem angustifoliam *Buxbaumn* Cent. II. p. 38 de qua asserit, quod modo crescendi conveniat cum Genista tinctoria Germanica.

Teutsche Färber-Blume, die gemeine Färber-Geniste hat daher ihren Nahmen, weil die Färber damit wollen Tuch färben. Sie kommt aus einer dichten gantz holtzigten Wurtzel, und treibet sehr viel dünner, Ellen hoher und runder Ruthen, an welchen die Blätter Wechselsweise wachsen, denn eben dadurch, daß die Blätter nur klein sind, und nicht dreyfach, sondern nur einzeln stehen, ist sie von andern ihrer Art unterschieden. Diese Blätter sind dem Jsop und Flachs gleich, unten und oben schwartz-grün. Die gelben Blumen stehen Aehren-weiß, und sind kleiner als bey dem winckeligten Geniester. Die Schoten sind einen Zoll lang, etwas breit, und glatt, in welchen ein compresser enger Saamen liegt, der der Linse nicht ungleich. Sie blühet im Junio und Julio an den Wiesen, ungebaueten Orten, Wäldern und Hügeln, umb Regensburg sehr häuffig. Clusius führet auch eine Spanische Färbers-Blume an, und Herr Buxbaum stellet Cent. 2. p. 38. eine kleine engblätterigte vor, die eben so wächset, als die Teutsche Färbers-Pfrieme.

Cultura.

Genista seu Spartium flore albo pangitur in olitorio solo non ita pingui, moderato solo objicitur, æstivis irrigationibus fovetur, semine seritur; quod, cum perdurum sit, & natu morosum, præmollita vel tenuata cute urgetur ad Semen. Commodius per appensa vasa seu infundibula

dibula incisione prius facta propagatur. *Ferrarius* p. 370. Genista vulgaris, Genista Tinctorum & Genista humilis sylvestres quidem sunt, hortis vero illatæ elegantem aspectum præbent, & semine propagantur. Genista seu Spartium Hispanicum tenerrimæ est indolis, vasculum amat, timo caballino & terra cariosa repletum, locumque liberum, sed contra Austrum & Boream tutum, parum irrigationis. Vergente ad finem Septembri vel sub Octobris initio pro tempestatis ratione ad hibernaculum refertur, aut in caveam bene fornicatam & omne frigus excludentem, nec prius quam adolescente Vere Aprilis medio mense horto denuo committitur. Propagatur solo semine, quod vasculo crescente Aprilis vel Maji luna committitur. Novi ex illo progerminantes surculi sequente vere ampliori vasculo immitti, frequenterque irrigari solent, quo fit, ut communiter tertio anno floreant. Reliquæ Genistarum species solo semine propagantur. *Munting.* p. 142. Heß. p. 104.

Den Spanischen Genister mit weisser Blume setzet man in ein gemein Erdreich, welches eben nicht sonderlich fett seyn darff, an einem Ort, wo er gemäßigte Sonne hat, und begiesset ihn im Sommer zuweilen. Man ziehet ihn aus dem Saamen, und weil derselbe sehr hart ist, und schwehr wächst, kan man ihn vorher erweichen, weit leichter aber durch angehengte Töpffe oder Trichter nach vorher geschehenen Einschnitt. Die wilde Ginster, der gemeine, der kleine niedrige, die Färbers-Blume und dergleichen wachsen im Felde genug, wenn man sie aber im Garten haben mag, geben sie ein schönes Ansehen, und werden von dem Saamen fort gezogen. Der Spanische Genister ist von zarter Natur, man setzet ihn in ein Gefäß mit Pferde-Mist und holtziger Erde angefüllet, an einen zwar freyen, aber gegen den Ost- und Nord-Wind sicheren Platz, begiesset ihn wenig. Gegen des Septembers Ende, oder zu Anfang des Octobers, nachdem das Wetter beschaffen ist, bringet man ihn ins Winter-Haus, oder besser in einen gewölbten, und gegen alle Kälte gesicherten Keller, und setzet ihn nicht eher wieder in den Garten, als mit zunehmenden Frühling etwan mitten im April. Man vermehret ihn durch den Saamen, welchen man mit zunehmenden Licht in ein Gefäß säet; die jungen Pflantzen davon versetzet man des andern Frühlings in ein weiteres Gefäß, begiesset sie fleißig, so pflegen sie gemeiniglich im dritten Jahr zu blühen, alle übrige Arten der Genister werden von den Saamen fortgepflantzet.

Usus Medicus.

Tota planta, flores lutei & semen in officinis est receptum, & ob fruticum frequentiam, censente *Greg.* à Turre, medicamentum facile parabile exhibet: Est autem Genista calida & sicca secundo ordine, partibusque tenuibus est prædita. Sufficientem olei copiam & sal diureticum essentiale gratissimum continet; calefacit enim & siccat, aperit, attenuat, incidit, & abstergit, urinam movet, calculum frangere creditur. Aquosos humores educit tam per vomitum quam per alvum & urinas, præcipue si cum hydromelite datur: Seminis ejus adversus podagram magnus existimatur usus. Folia, ramuli, & summitates in vino aut aqua coctæ utiles sunt hydropicis, ac in viscerum, maxime Hepatis, Lienis & Mesenterii obstructionibus, quidam in scorbuto, arthritide & quartanâ laudant. Flores & semen strumas & Lienis tumores resolvunt. Semen nonnulli adurunt ut fabas Caffée, ex quibus potum contra renum calculum coquunt. Eadem demum Genista anginosis utilis, & ischiaticis doloribus stranguriisque demulcendis apta est. Præparata ex genista prostant Conserva Florum Genistæ, cujus usus jamjam non amplius frequens est, & Sal Genistæ. *Gregor. a Turre* Lib. I. p. 244. *Schræder. Tabernæmont. Chabræus* p. 86. *Dale* p. 461. *Zornius. Hermann. Gynosur. med.* p. 321. 322.

Die gantze Pflantze, nehmlich die gelben Blumen und Saamen sind in den Apothecken gebräuchlich, und ist, wie à Turre saget, ein Artzeney-Mittel, das man wegen seiner vielen Stauden leicht haben kan. Es ist aber der Genister warm und trocken im andern Grad, und hat viele zarte Theile bey sich, führet auch viel Oel, und ein angenehmes diuretisches essentielles Saltz bey sich. Es erwärmet, trocknet, eröffnet, verdünnet, wischet ab, treibt den Urin, und soll den Stein zermalmen. Es führet alle Feuchtigkeiten sowohl ober- als unter sich und durch den Urin aus, besonders wenn es mit Meth genommen wird. Der Ginster-Saamen wird sehr gegen das Podagra angepriesen. Die Blätter, Aestlein, und Spitzen in Wein oder Wasser gekocht sind den Wassersüchtigen heilsahm, und dienen in Verstopffungen, sonderlich der Leber, der Miltz, und des Gekröses; einige rühmen es in Scharbock,

bock, Gicht, und viertägigen Fieber. Die Blumen und der Saame vertreiben die Kröpffe und Geschwulst der Miltz. Einige brennen den Saamen als die Caffée-Bohnen, und machen daraus einen Tranck, wider den Nieren-Stein. Es thut auch der Geniſter den Keichenden, an Lenden-Schmertzen, und schneidenden Harn leidenden sehr gut. Man hat von der Geniſta in den Apothecken die Conſerve oder zubereiteten Zucker, der eben nicht sonderlich überall mehr gebraucht wird, und das Ginſter-Saltz.

Uſus Domeſticus & Mechanicus.

Geniſtam ſeu florem tinctorium frequenter ad tingendum expeti ſupra jam commemoravimus. Flores geniſtæ appetuntur ab Apibus, quare Plinius circa alvearia illam plantandum cenſet, alii autem mellationem ex Geniſta minime bonam eſſe exiſtimant. *Borellus* obſervavit, quod geniſtâ fugentur viridi Erucæ omnes, ſi eâ arbores involvantur. Rudimenta florum adhuc virentia, & priusquam lutei fiant coloris decerpta, muriâ aut ſale, Capparorum modo, condiri atque in Batavia edi ſolent. Flores etiam recens decerptos acetariis indunt nonnulli.

Daß die Färber die eigendlich, ſo genannte Farb-Blumen fleißig zum färben gebrauchen, haben wir oben bereits angeführet. Die Bienen fliegen gerne nach den Blumen des Geniſters, und iſt Plinius der Meynung, man ſolte den Geniſter fleißig umb die Bienen-Stöcke ſetzen; andere aber ſind der Meynung, daß daraus eben kein ſonderliches Honig werde. Borellus hat angemercket, daß der Geniſter, umb Bäume gewunden, alle Raupen vertreibe. Die Blumen Knoſpen, wann ſie noch uneröffnet und grün ſind, machen die Holländer mit Saltz und Eßig, als die Cappern ein. Einige nehmen auch die friſch abgepflückte Geniſter-Blumen unter den Sallat.

GENTIANA GENTIANELLA.

GENTIANA γεντιανὴ. Græc. Gentiana *Ital. & Hiſp.* Gentienne, Gentiane. *Gall.* Gentian. *Angl.* Gentiane Felvvorte. *Belg.* Verlach. *Helvetic.* Gentzian. *Dan.* Gore Zawka. *Moſc.* Goryczka. *Pol.* Horec. *Bob.* Zent. Lazlo Riraly fiu. *Hung.* i. e. Ladislai ſ. Regis Herba. Entian, Bitterwurtz, Fieber-Wurtz. *Germ.*

CHARACTER. Gentiana eſt plantæ genus flore monopetalo, campaniformi vel patente vel tubulato & multifido: ex cujus calice ſurgit piſtillum, quod infimam floris partem perfodit, abitque deinde in fructum membranaceum, ovato acuminatum, bivalvem, unicapſularem, ſeminibus fœtum plerumque planis, orbiculatis & marginatis. *Tournef.* 80. Addit *Boerhaavius* I. p. 104. Folia ſunt conjugata. Calix monophyllos, membranaceus, inſtar vaginæ. Flos calathoides, quadrifidus, quinquefidus, ſeptemfidus, octofidus. *Rivin. ad Raj.* 24. Fructus unicapſularis, membranaceus, ovatus, acuminatus, bivalvis, bicornis. *Rivin. ibid.* ſemina plana, orbiculata, marginata. A *Ruppio* p. 13. jungitur plantis flore regulari monopetalo ſeminibus tectis capſula ſimplici, ſive nullis loculamentis ſeptisve interius diſcreta. *Volckamerus* p. 186. Semina, inquit, plura minuta, pericarpio membranaceo oblongo ſimplici, in ſummitate duplici apertura donato, incluſa. Flores perfecti, monopetali, campanulati, ſurſum erecti in ſummitate diviſi: folia vel latiora vel anguſtiora. Naſcuntur pleræque Gentianæ & Gentianellæ ſpecies altiſſimis montibus, locis editioribus, aliæ autem locis paluſtribus atque pratis. Florent diverſo anni tempore, aliæ vere, aliæ æſtate, aliæ autumno. C. B. p. 187.

Entian iſt eine Art Pflantzen mit einer einfachen Blume, die als eine Klocke geſtaltet iſt, entweder offen ſtehet, oder langröhrigt und vielfach getheilet iſt. Aus derſelben Kelch kommt der Stempffel, der den unteren Theil der Blume durchbohret, und ſchließlich zur Frucht wird, welche in einer Haut eingeſchloſſen, rundlicht, ſpitzig zugehet, in zwey Flügel voneinander fällt, jedoch nur eine Capſel iſt, die mit mehrentheils flachen, rundlichten, und an den Ecken gemerckten Saamen angefüllet iſt. D. Boerhaave ſetzet zur näheren Erklärung hinzu: Die Blätter ſtehen verbunden gegen einander über; der Kelch iſt einblätterig, häutig, und ſiehet aus als eine Scheide. Die Blume iſt wie ein Becher formiret, vier, fünff, ſieben und acht mahl getheilet. Die Frucht beſtehet nur aus einer Capſel, iſt häutig, rundlicht wie ein Ey, ſpitzig, fällt in zwey Flügel, und iſt zweyförmigt. Ruppius zehlet ſie zu den Pflantzen mit einer einfachen, regulairen Blume, deren Saamen in einer einfachen Capſel bedecket, oder die inwendig

durch

durch keine Fächer oder Abscheidung getheilet ist. Nach Herr D. Volckamers Bezeichnung finden sich viele, kleine, in einem einfachen häutigen länglichten Behältniß, welches sich oben zweyfach eröffnet, eingeschlossene Saamen-Körner. Die Blumen sind vollkommen, einfach, Klocken-förmig, gerade aufstehend, und oben getheilet: Die Blätter sind entweder breiter oder schmähler. Es wachsen die mehresten Sorten von der Gentiana und Gentianella auf den höchsten Bergen, an erhabenen Oeten, andere aber auf Wiesen. Sie blühen zu gantz unterschiedener Jahres Zeit im Frühling Sommer und Herbst.

NOTA. Inventio Gentianæ prima assignatur Gentio Illyriorum Regi, à quo cognomentum habuit. Dioscorides L. III. C. III. Cui tamen Gentiana lutea major sola cognita esse videtur, plures autem cognitæ sunt recentioribus. Et cum *Tournefort. Elem. Bot.* p. 96. recte annotaverit, Gentianam floris forma differre, utique illa in duo genera dispesci potest, quorum unum Gentiana vocatur, cujus flores lacinias habent ad fundum usque discissas; alterum Gentianella audit, & flores gerit tubulatos, margine in laciniæs minus profundas diviso. *Knauth.* 43. & 44. plerique distinguunt in majorem, minorem & minimam. *Menzelius* vero in Gentianam majorem Alpinam & Gentianam Alpinam minorem seu Gentianellam, Gentianam pratensem & palustrem vide C. B. p. 187. Aliæ, inquit, sunt radice perenni, aliæ, flore & semine prolato, interire non solent, sed singulis annis ex eadem radice nova germina producunt: hæ vero flore emarcido, & semine dispersо, hyeme intereunt, & ex semine renascuntur.

Nach Dioscoridis Zeugniß ist die Gentiana zuerst von dem König Gentio in Illyrien entdecket worden, und hat auch von denselben den Nahmen erhalten. Es ist aber demselben nur die grössere Gentiana mit gelben Blumen bekandt gewesen, nachhero hat man viele andere Sorten entdecket. Und da *Tournefort* wohl angemercket, daß die Gentianæ nach ihrer Blume unterschieden wären, so kan man sie füglich in zwey Geschlechte abtheilen, deren eins Gentiana genennet wird, deren Blumen biß auf den Grund gespalten sind, das andere Geschlecht kan Gentianella heissen, welche röhrigte Blumen träget, die am Rande nicht so tieff ausgeschweiffet sind. Die mehreste theilen sie ein in die grössere, kleinere und allerkleineste Gentianam. Menzelius aber in die grössere und kleinere, oder Gentianellam, die auf dem Alpen-Gebürge wachsen, und in die zeuige, die auf den Wiesen und an Pfützen wachsen. Bauhinus saget: einige haben eine beständige, andere eine vergehende Wurtzel: Wann jene Blumen und Saamen gebracht, pflegen sie nicht zu vergehen, sondern treiben alle Jahr aus eben derselben Wurtzel neue Sprossen; diese aber, nachdem die Blumen verwelcket, und der Saame verstoben, vergehen gar, und wachsen aus den Saamen von neuen.

GENTIANA CRUCIATA, Gentiane croisée, Creutz-Wurtz. Siehe die 534. Kupffer-Platte. l. a.

Gentianæ cruciatæ priscum nomen nondum compertum. Sic autem nuncupatam quidam existimant, quod radix secundum longitudinem tripartito aut quadripartito fissa sit; alii autem foliis cruciatim cauli incumbentibus nominis etymum potius deberi existimant. Appellatur C. B. p. 188. Gentiana pratensis. Ruppio Gentianella perennis radice cruciatim pertusa, Gentiana minor, seu vulgi cruciata *Volck.* 185. Klein Entian, Creutz-Entian, Creutz-Wurtz, Model Geer, Speren-Stich, Himmel-Stengel, Heyl aller Schäden, Radix Sybillæ. Sibillen-Wurtz, *Germ.*

Reptant cum radice rami sesquipalmares, & dodrantales, subrubentes, quos crebra ambiunt folia, bina semper adversa, vel potius unum continuum, ad genicula tanquam vagina caulem involvens, cujus utrinque exit segmentum Gentianæ, sexduplo ferè minus, læve, pingue, amarum. Flores in ramulis externis ex foliorum alis conferti, cœrulei, quinquepartiti. Semen copiosum minimum, oblongum, fulvum, insipidum, vasculis continetur oblongis bipatentibus, folliculo membraneo obvolutis. *Dillenius* erectam etiam vidit. p. 133. C. B. P. p. 188. Floret mense Julio in editioribus, & secus vias ad pratorum margines. Radix perennat. *Chabr.* p. 505.

Man weiß nicht, wie die Alten den Creutz-Entian genennet, er hat diesen Nahmen entweder daher, weil die Wurtzel nach der Länge drey- oder viermahl gespalten, oder durchstochen ist, oder weil die Blätter Creutz-weis stehen. Die anderthalb Hand-hohe, etwas röthlicht kleine Aestlein kriechen mit der Wurtzel auf der Erde, an denselben stehen viele Blätter, allemahl zwey und zwey gegeneinander über; oder wo man es eigentlich ansiehet, ist es vielmehr nur ein Blat, welches gleichsam als eine Scheide

an

an den Gelencken den Stengel umbschliesset, und stehet an beyden Seiten ein Blat oder Stück, wie an der ordentlichen Gentiana, jedoch sechsmahl kleiner, glatt, fett, und von Geschmack bitter. Oben an den Spitzen der kleinen Aestlein erscheinen aus den Winckeln der Blätter, die blauen fünfffach vertheilte dicht nebeneinander stehende Blumen. Der häuffige, kleine, länglichte, röthlichte, ungeschmacke Saamen liegt in kleinen länglichten, an zwey Seiten offenstehenden Behältnüßen, die mit einem häutigen Balg umbhüllet sind. Es gibt auch eine gerade aufstehende, welche Dillenius gesehen. Sie blühet im Julio an erhabenen Oertern, an den Wegen, und an den Wiesen. Die Wurtzel bleibt.

GENTIANA MAJOR LUTEA, Gentiane, Entian. Siehe 534. Kupffer-Platte. l. b.

Gentiana vulgaris major Ellebori albi folio. *Volck.* Gentiana veterum. *Boerhaav.* 205. Foliis partim proxime radicem, juglandi aut plantagini similibus, subrubris, partim à medio caule, & præsertim juxta cacumen, paulum dissectis, caule cavo, rubicundo, lævi, digiti crassitudine, geniculato, & ex intervallis majoribus foliato binorum sæpe cubitorum & altiore. Ex foliorum vero superiorum sinu flores verriculorum modo dispositi erumpunt, singulares, longiusculi, lutei. Flores sequuntur vascula oblonga, in duas se partes aperientia, in quibus semen numerosum, leviter rubens, ad Leucoji semen accedens; sed lævius. Radix crassa, longa, multifida, intus & extra flavescens, sapore insigniter amaro. *Dioscor.* L. III. C. III. *Matth. in Dioscor. Chabr.* p. 503. Floret in hortis, sponte vero in ascensu montium Helveticorum, & editioribus, mense Julio. Radix perennat. Reperitur quoque floribus flavis, imo & albis, punctis carentibus, campanulæ forma, in Pyrenæis. C. B. P. p. 187. I.

Der gemeine grosse Entian mit Blättern, als an der weißen Nieß-Wurtz ist die wahre Gentiana des Dioscor. und der Alten. Es kommen theils schon von der Wurtzel an röthlichte Blätter, als an der Welschen Nuß, oder Wegrich, theils aber mitten an dem Stengel, welche vornehmlich gegen den Gipffel zu etwas getheilet sind. Sie stehen an einem hohlen, glatten, röthlichten, Fingers dicken Stengel, der nach gewißen gröfferen Distantzen seine Gleichen hat, und von seinen Blättern umfasset ist, auch zwey Ellen und offt höher aufschiesset. Aus den Winckeln aber der oberen Blätter kommen die Würbel weiß gereyhete, einzele, länglichte, gelbe Blumen. Nach denselben folgen die Saamen-Behältnüße, die länglicht sind, und sich in zwey Theile eröffnen, in welcher sich ein häuffiger, etwas röthlichter Saamen findet, fast so, als bey den Levcojen, aber glätter. Die Wurtzel ist dick, lang, vielfach gespalten, inwendig und auswendig gelblicht, von sehr bitteren Geschmack. Sie blühet bey uns in den Gärten, wächst aber von selbsten auf den Schweitzer-Gebürgen, und an erhabenen Oertern, und blühet im Monath Julio. Die Wurtzel bleibt beständig. Man findet auch eine Gattung davon mit gelben, sogar auch mit weißen Blumen, die keine Puncte haben, in Gestalt als die Campanulæ oder Klocken-Blümlein und zwar auf den Pyrenæischen Gebürgen.

GENTIANA PRATENSIS FLORE LANUGINOSO, Herbst-Himmels-Stengel. Siehe die 534. Kupffer-Platte. l. c.

Gentianella cœrulea, oris pilosis. C. B. P. gentianella cœrulea, fimbriata, angustifolia, autumnalis: *Rupp.* 16. *Dillen.* p. 172. Gentianella autumnalis Centaurij minoris foliis. Eadem planta modo humilior & non ramosa, modo major & ramosior occurrit. Nostræ caulis in plures ramulos abiens est firmus, geniculatus; bina semper, sibi ex adverso opposita, illi sine pediculis adnascuntur folia, sensim in longum mucronem desinentia, colore dilutiori viridi. Semina huic sunt rotunda, Florum laciniæ quatuor in infima interna parte purpurea lanugine pubescunt, & in eo differunt à cæteris hujus generis *Volck.* p. 185. Fugax quinta *Clusii* esse videtur. *Hist.* p. 315. quam *Volck.* descripsit, illa perennat: floret Septembri in editioribus seu montosis, nec non in sylvis & pratis editioribus, ultimaque ferè inter omnes plantas cum colchico habetur. *Rupp.* p. 16.

Diese Gentiana, Himmels-Stengel genennet, ist blau, mit zotigten und haarigten Fäsern besetzet. Sie heisset auch die blaue, ausgefädelte, schmahlblätterige und Herbst-Gentianella mit kleineren tausend Gülden-Kraut-Blättern. Diese Pflantze wächset offt niedrig und ohne Aeste, zuweilen aber höher mit Neben-Aesten, die aus den Höhlen der Blätter hervorkommen. Der Stengel bey der unsrigen vertheilet sich in mehrere Aeste, ist fest, und in Gewerbe getheilet. Es stehen allemahl zwey Blätter ohne Stiele gegeneinander über, die schließlich gantz spitzig als ein Dolch werden, von Farbe etwas hell grün. Der

Saame ist rund, die vier Ausschweiffungen der Blumen sind an dem untersten inwendigen Theil mit Purpur-röthlichen weichen Haaren besetzet, und dadurch von andern ihres Gleichen unterschieden. Es scheinet die fünffte vergänglich- oder jährige des Clusii zu seyn, wiewohl, wie sie der Herr D. Volckamer beschrieben, so bliebe die Wurtzel im Winter. Sie blühet im September an hohen und bergigten Oertern, ingleichen in Wäldern und Wiesen, und wird von *Ruppio* vor die letzte Blume nebst dem Colchico gehalten.

GENTIANA AUTUMNALIS RAMOSA. Siehe die 534. Kupffer-Platte. l. d.

Gentianella multiflora autumnalis é cœruleo purpurascens. C. B. P. 188. Hæc constat radice lignosa, candida, inutili, varie distorta, parva. Caulem profert firmum, geniculatum, per quem ad singulos nodos sparsa sunt bina semper folia, sibi ex adverso opposita, trinervia, lata sede, & sine pediculo cauli inhærentia, sensim in longum mucronem desinentia, unciali longitudine ex cæsio nigricantia. Ab imo fere caule ex foliorum alis nascuntur dodrantales, & palmares ramuli, tenues, minoribus foliis septi. Ex summitate caulis ac brachiorum pediculi exeunt plures, oblongiusculi (sicut & ex alis foliorum, licet pauciores) quibus continentur flores cavi, oblongiusculi, calathi figura, in quinque mucronatas lacinias divisi, exigui, pro plantæ magnitudine, purpurascentis ex cœruleo coloris: iis succedunt longa & angusta vascula tenui semine plena. Nascitur in pratis herbidisque locis ad montium radices sitis, montiumque clivis, Julio & Augusto flores proferens. *Clusius Fugax* I. p. 315. *Thalii Hercynia Saxono-Thuringica* p. 131.

Diese viele Blumen tragende Gentianella hat eine holtzigte, weiße, untüchtige, vielfach verwickelt kleine Wurtzel. Sie bringet einen festen, in Gelencke abgetheilten Stengel, umb welchen an jedem Gewerbe oder Knoten allemahl zwey Blätter gegeneinander überstehen; Diese haben drey Nerven, aber keinen Stiel, sind unten breit und gehen allmählig als ein spitziger Dolch oben zu, etwan einen Zoll lang, von Farbe schwärtzlicht blau. Schon unten von dem Stengel an wachsen aus den Winckeln der Blätter Hand hohe oder Spannen lange Aestlein, die sehr zart, und mit kleinen Blättern umgeben sind. Oben aus dem Gipffel der Stengel und der Aestlein, (wie auch aus den Winckeln der Blätter, wiewohl hieselbst weniger) kommen viele länglichte, von Gestalt als ein Korb, und fünfffach tieff ausgeschweiffte Blumen, die nach der Grösse der Pflantze nur klein sind, von Farbe Purpur-blau. Auf dieselbe folgen lange und schmahle Saamen-Gefässe, die voll von zarten Saamen sind. Sie wächset an den Wiesen und grasigten Oertern, ingleichen unten an den Bergen, und deren Hügeln; Sie blühet im Monath Julio und August, und ist die erste jährliche oder im Winter nicht bleibende des Clusii.

GENTIANA AUTUMNALIS RAMOSA FLORE PLENO. Siehe die 534. Kupffer-Platte. l. e.

Parvula est planta, palmam vix superans radici innixa fibrosæ, folia angustiora & breviora habens, solo flore pleno à reliquis sese distinguens.

Diese kleine Pflantze wird nicht über Hand hoch, die Wurtzel ist gantz zaserigt, die Blätter sind schmahl und kürtzer, sie unterscheidet sich am meisten durch die gefüllte Blume.

GENTIANELLA ALPINA ANGUSTIFOLIA MAGNO FLORE. Siehe die 535. Kupffer-Platte. l. a.

Gentiana quinta, Gentianella major verna *Clusii Hist.* p. 314. Sena aut octona habet folia supra terram expansa, binaque semper ex adverso sese spectantia, viridia, lævia, densa, dura & mucronata, Myrti latissimæ foliis ferè æqualia, impensè amari gustus: ex horum medio cauliculus exit pollicem transversum longus, interdum paulo amplior, angulosus, quaternis plerumque foliolis multo minoribus, binis tamen alternatim semper contrario situ nascentibus, obsitus, unde caliculus emergit unicum florem continens, magnum pro stirpis proportione, calathi aut campanulæ modo concavum, longum, in quinque angulos definentem mucronatos, cum duabus utrinque, ubi laciniæ findi incipiunt, appendiculis, elegantissimo & maxime vivido cœruleæ purpuræ colore, pallido pistillo intus prominente, quod quinque quodammodo costis ex infima ipsius floris interiore sede prodeuntibus fulcitur: florem subsequitur longum & mucronatum vasculum, quod sese in duas æquales partes aperiens, semen ostendit exiguum, striatum, terrei coloris: radix non admodum crassa flavescentibus sive pallidis aliquot fibris donata, & propagines ex lateribus producens. Crescit in Alpibus sponte, ubi

Junio

Junio & Julio, hoc est, primo istic Vere floret, sub Julii vero finem & Augusto semen maturitatem adipiscitur: in hortos autem translata floret Majo. Solum amat arenosum. *Volckamerus* p. 185.

Diß ist die auf den Alpen wachsende Frühlings-Gentianella, welche bey Clusio die fünffte ist. Sie hat sechs bis acht auf der Erden verstreuete Blätter, von welchen allemahl zwey gegeneinander überstehen; sie sind grün, glatt, dichte, hart und spitzig, fast den gröstern Myrten-Blättern gleich, von überaus bitteren Geschmack. Aus deren Mitten kommt der Stengel, welcher Daumslang, zuweilen länger, winckeligt, mehrentheils mit vier kleineren, doch allemahl zwey und zwey gegeneinander überstehenden Blättern besetzet. An dessen Spitze wächset der kleine Kelch, der eine einige Blume träget, die aber nach Proportion der Pflantze ziemlich groß ist, anbey wie ein Hand-Korb oder Glocke ausgehöhlet, lang, und fünff winckeligt und spitzig ist, an beyden Seiten, wo die Ausschweiffangen anfangen, mit schönen kleinen Ansätzen, oder angehängten kleinen Blättern gezieret, von lebhaffter purpur blauer Farbe. Inwendig raget ein blasser Stempffel hervor, welcher mit fünff aus den innersten Grund der Blume hervortrettenden Zasern oder gleichsahm Rippen unterstützet ist. Auf die Blume erfolget ein langes spitziges Saamen Behältniß, welches sich in zwey gleiche Theile eröffnet, und einen kleinen, gestreifften Erd-färbigen Saamen zeiget. Die Wurtzel ist nicht sonderlich dick, mit einigen gelblichten oder blassen Zasern versehen, und treibt von der Seiten Neben-Wurtzeln. Sie wächset auf dem Alpen-Gebürge von selbst, woselbst sie im Junio, und Julio, als dem dortigen ersten Frühling blühet, und bringet zu Ende des Julii oder im August reiffen Saamen. In den Gärten aber blühet sie im May, und liebt einen sandigten Grund.

GENTIANELLA ALPINA VERNA MINOR FLORE PURPUREO, klein Gentian. Siehe die 535. Kupffer-Platte. l. b.

Cauliculo assurgit gracili aut subpurpurascente aut viridi, in quo sena aut plura, pauciorave foliola trinervia, bina semper inter se ex adverso respondentia: caliculum summo fastigio fert, in quo flos longus inodorus exilis, extrema parte, in quinque veluti foliola divisus, cœrulei coloris adeo elegantis, & vividi, ut ipsum cœruleum, quod imitatur, provocare videatur. *Clusius* 314. Semen exile durum, rotundum. Radix perennat, & fibris hinc inde reptantibus obsita est. Floret sub veris finem in celsis montium jugis, nec non pratis Mense Aprili. Parvitate sua differt à cæteris. *Volck.* 185.

Diese kleine Gentiana hat einen dünnen schwachen etwas röthlichten oder grünen kleinen Stengel, an welchem sechs, entweder mehr oder weniger, drey nervigte gegeneinander überstehende Blätter grünen, oben an dem kleinen Stengel kommt eine lange keinen Geruch gebende Blume die gleichsahm in fünff Blätterchen getheilet ist, von so heller lebhaffter Purpur-blauen Farbe, daß sie mit der Farbe selbst in die Wette streiten kan. Der Saame ist klein, hart und rund. Die Wurtzel bleibt den Winter durch, und ist mit hin und wieder kleinen kriechenden Fäsern besetzet. Sie blühet zu Ende des Frühlings auf den hohen Alpen-Gebürge, ingleichen auf den Wiesen im Monath April, und ist durch ihre gar kleine Gestalt von den andern unterschieden.

GENTIANELLA ALPINA VERNA MINOR FLORE COERULEO. Siehe die 535. Kupffer-Platte. l. c.

Vix trium unciarum altitudinem æquat hæc, sed multis alis est prædita. Folia Centaurii minoris. Flores in quinque lacinias cœruleas divisi, semina nigra, admodum exilia, plura. Radix minima, frequentioribus fibris obsita, fugax est. Floret sub Veris fine. *Clusius* 315.

Diese Gentianella wächst kaum drey Zoll hoch, hat aber viele Neben-Sprossen. Die Blätter sind als an den kleinen tausend Gulden-Kraut. Die schön hellblauen Blumen vertheilen sich gleichsahm in fünff Spalten. Sie hat viel schwartzen, aber kleinen Saamen. Die Wurtzel ist sehr klein, jedoch mit vielen Fäsern besetzet, vergehet auch im Winter. Sie blühet im Anfang des Frühlings.

GENTIANELLA ALPINA, VERNA, MINOR, FLORE ALBO. Siehe die 535. Kupffer-Platte. l. d.

Eadem cum præcedanea esse videtur: radix est tenera, longa, fibrosa, subflavescens. Folia inferiora bina sibi opposita sunt & mucronata, superiora autem minora, ex quibus flos longus, albus, in quinque lacinias divisus prodit. Floret ibidem eodemque tempore

Es scheinet diese weisse kleine Gentianella mit der vorhergehenden einerley zu seyn. Die Wurtzel ist zart, lang, mit vielen Fäsern besetzet, und etwas gelblicht. Die unteren Blätter sind gröser, stehen

immer

immer zwey gegeneinander über, und gehen als ein Dolch spitzig zu, die öberen aber sind kleiner, aus welchen die lange weisse in fünff Blätter getheilte Blume hervor kommt. Sie blühet an den benannten Orten, und zu gleicher Zeit, gehöret auch zu denen, deren Wurtzel im Winter vergehet.

GENTIANELLA AUTUMNALIS PNEUMONANTHE DICTA, Lungen-Blumen. Siehe die 535. Kupffer-Platte. l. c.

Gentiana angustifolia, autumnalis, major C.B.P. p.188. Gentianæ species, calathiana quibusdam, radice perpetua, sive palustris. *Boerh.* 205. Campanula autumnalis *Dodon.* Udos amat pratorum margines, recto, cubitali & ramoso caule assurgens, per quem æqualibus spatiis adversa conscendunt folia, palmari nonnunquam altitudine, culmum lata, superius atrovirentia, inferne dilutiora; è quorum sinu è medio feré caule, summotenus, flores jam singulares, jam duo aut plures, cærulei, quinque partiti, calathi forma prosiliunt. Radices plures, longæ, luteæ, amaræ. Crescit in pratis & ericetis humidioribus Augusto & Septembri. Radix perennat. *Dale Supp.* 148. *Rupp.* p. 16. *Flora Ulmensis.* 68. *Chabr.* 504.

Diese schmahl blätterige, in Herbst wachsende grössere Gentianella ist eine Art der Gentianæ, wird auch von anderen Calathiana mit beständiger Wurtzel, und die an Sümpffen stehet, genennet, ingleichen die Herbst Campanula. Sie stehet gerne am Rande nasser Wiesen, und treibet einen geraden Ellenhohen ästigen Stengel, an welchen in gleicher weite die allemahl gegeneinander über stehende Blätter kommen, die zuweilen Handhoch und Halms breit sind, obenher schwartz, grün, unten aber heller; Aus deren Winckel gehen die Blumen fast in der mitte des Stengels zuweilen nur eine, zuweilen aber mehrere hervor, welche blau, fünffach getheilet, und als ein Korb gestaltet sind. Sie hat viele, lange, gelbe, bittere Wurtzeln, und wächst, wie gesagt, an den Wiesen, und nassen Gebüschen, blühet im August und September. Die Wurtzel aber bleibet den Winter durch.

Cultura.

Gentianellas, inquit *Camerarius H. M. p. 65.* multas undique conquisivi, sed nullo ingenio cogi potuerunt, ut soli natalis obliviscerentur, & hortum suo decore ornarent. *Muntingius* tamen autor est, fieri posse, ut ex semine Septembri sparso propagari possint, quidquod ex radicibus adnatis, adolescente luna Mensis Aprilis à matre resecandis. In designatione plantarum, quas hortus *Waltheri* habet p.74. inter perennes pleræque obveniunt. Quin Gentiana vulgaris, major lutea, modo arenosum habeat solum, opportunum locum, & frequentem irrigationem, in hortis eodem loco, cui semel immissa est, facile proveniat, experientia docuit. Hess.

Camerarius saget, er habe die schönsten Gattungen aller Orten von der Gentianella gesammlet, habe aber mit allem angewendeten Fleiß es nicht dahin bringen können, daß sie sich ihres natürlichen Geburts-Orts entwehnet, und mit ihren Blumen den Garten gezieret hätten. Jedoch saget Munting, daß sie durch den im September gesäeten Saamen könnten fortgebracht werden, wie nicht minder durch die jenigen Wurtzeln, die man im April abnehmen könnte. Die mehresten, deren Wurtzeln den Winter durch bleiben, sind in Herr D. Walthers Verzeichniß zu finden. Daß die gemeine, grosse, gelbe Gentiana, wann sie einen guten sandigten Grund, einen wohlgelegenen Platz, und öffters Begiessung habe im Garten, an dem Orte, wo man sie einmahl gesetzet, leicht fortkommen, lehret die Erfahrung.

Usus Medicus.

Gentianæ majoris luteæ radix, Augusto & Septembri colligenda, officinalis est; quæ calida & sicca gradu tertio multum salis essentialis & fixi continens, virtutem habet calefaciendi, attenuandi, absumendi, impurum serosumque sanguinem purificandi. Usus ejus præcipue est in peste, canum rabidorum morsu, aliisque venenatis affectibus; quare etiam Theriacam ingreditur, in obstructione hepatis & lienis, in laterum doloribus, in vermibus enecandis. In Hernia etiam laudatur, & in promovendis mulierum mensibus. Ob amaritiem intensiorem balsamicam stomachica est, & in ventriculi debilitate frequentis & laudatissimi usus est. Prostat in officinis Aqua, Essentia, Extractum, uti & Sal Gentianæ febribus omnibus conducens intermittentibus. Chirurgi fonticulos intrusione particulæ radicis gentianæ in globulum pisi magnitudine formatæ apertos servant. *Matthiolus König* p.101. *Dale* p. 255. *Zorn. Lemery Pauli* p. 322. Gentiana minor eadem, qua Gentiana major, est virtute. Gentianæ Pneumonanthe

nanthe dictæ præclaræ vires in sanandis pulmonum affectionibus & hepatis tribuuntur. Quod radix Gentianæ febrifuga sit, res est notissima, quid quod & chinam chinæ superet, exemplo et experientia comprobatur in *Ephemer.* N. C. A. IX. & X. Obs. 23. p. 39. & quod minus hac radice quam rhabarbaro carere possimus, affirmat *Lonicerus* p. 299.

Von der grossen gelben Gentiana ist die Wurtzel, die im August und September soll gesammlet werden, in den Apothecken gebräuchlich; sie ist hitzig und trocken im dritten Grad, und führet ein Sal fixum und essentiale bey sich, hat dahero die Krafft zu erwärmen, zu trocknen, zu eröffnen, zu verdünnen, zu verzehren, das unreine schleimigte Geblüth zu reinigen, den Schweiß zu treiben, und aller Fäulniß zu widerstehen. Man braucht sie vornehmlich in der Pest, gegen toller Hunde Bisse, und andern von Gifft herrührenden Zufällen; deßwegen nimmt man sie auch zu dem Theriac, und braucht sie ferner in Verstopffungen der Miltz und Leber, in Seiten-Schmertzen, in Vertreibung der Würmer. Man lobt sie auch in Brüchen, und zur Beförderung der weiblichen Zeit; Wegen ihrer balsamischen Bitterkeit ist es ein treffliches Magen-Mittel, indeme es zu Stärckung desselben sehr gebrauchet wird. Man findet in den Apothecken Entian-Wasser, die Essenz, Extract und Entian-Saltz, welches in allen kalten Fiebern sehr gut ist. Die Wund-Aertzte halten auch mit Kügelchen, die sie aus der Entian-Wurtzel einer Erbse groß machen, die Fontanelle offen. Dem kleinen Entian wird gleiche Würckung zugeschrieben, den Lungen-Blumen aber eine vortreffliche Krafft, Lungen- und Leber-Kranckheiten zu heilen beygeleget. Daß die Gentiana das Fieber vertreibe, hat seine gute Richtigkeit, und daß es auch so gar die Chinam Chinæ übertreffe, ist aus der Erfahrung mit einem Exempel in den Ephemeridibus N. C. bestättiget. Lonicerus meinet übrigens, man könne der Gentian-Wurtzel weniger entbehren, als der Rhabarbar.

GERANIUM.

GERANIUM γεράνιον. *Græce.* Geranio, Ruberta. *Ital.* Pico di Cigauna. *Hisp.* Rostro di Cicogne, bec di Cicogne, Bec de Gruë. *Gall.* Storckes bill. *Angl.* Robrechts cruyd, Oyenars beck. *Belg.* Storkeneb. *Dan.* Bulawoßnick. *Mosc.* Ezanipuseck, *Bob.* Zarowinoski. *Pol.* Varge Läb. *Ung.* i. e. Coroïcis pes. Geramon. *Arab.* Tesce. *Afric.* Geranium, chelidonium seu hirundinarium, Rostrum Ciconiæ, herba divi Roberti vel Ruperti, Herba Rupertiana. *Lat.* Storch-Schnabel, Ruprechts-Kraut, Gicht-Kraut, Bläth-Wurtz, GOttes-Gnad, Kranich-Halß. *Germ.*

CHARACTER. Tanta est Geraniorum discrepantia, totque exceptiones, ut vix accurata definitio adhiberi possit; sunt etenim Gerania flore regulari & irregulari, qua de re infra. Cum vero a potiori denominatio fieri soleat, referenda sunt Gerania ad Plantas gaudentes flore perfecto, simplici, irregulari, pentapetalo. Est itaque, definiente *Tournefortio*, Geranium Plantæ genus, flore rosaceo, polurimis scilicet petalis in orbem positis constante: ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum rostratum, quinque striis per longitudinem incisum, quibus totidem adhærescunt capsulæ, in longam caudam desinentes, per maturitatem à basi ad apicem extrorsum se revolventes & semine fœtæ ut plurimum oblongo. Pleræque Geraniorum species radice nituntur longiuscula, exili, fibrosa, rubicunda. Caules & folia quoad figuram varia, hæc tamen plerumque conjugata, & communiter vel ad folia Anemonis, vel Malvæ vel Cicutæ aut Myrrhidis accedentia. Calix est Pentaphylloides, stellatim expansus. Flos in Europæis Pentapetalus rosaceus, in Afris quandoque tetrapetalus quasi galeatus, & labiatus, habens stamina decem (quod tamen non de omnibus intelligendum) ex ambitu fundi ovarii arcte nata. Flos hic præterea in quibusdam irregularis, vel odoratus vel minus odoratus. Fructus pentangius, rostratus, ad basin continens quinque capsulas, in singulis harum semen caudatum; quilibet loculus emittit unam longam gracilem tubam; quinque hæ tubæ, arcte coalescentes inter se referunt cum ovario caput ciconiæ vel gruis. *Boerhaave* I. p. 262. *Volckamerus* p. 192. Diverso loco, diversoque tempore florent. C. B. P. p. 317. *Tournef.* p. 266. *Lugd.* p. 1275. *Ruellius* p. 559. *Dioscorides* Libr. III. c. 111. *Tabern.* I. p. 182. *Rupp.* p. 231.

Es gibt so mancherley Gattungen und Unterscheid der Geraniorum, oder Storchen-

Das kleinere, mit den Aesten ruckwärts gebogene Schnabel-Kraut, mit Schierlings-Blättern, wird auch Biesen Storchen-Schnabel, dessen Blätter den Kerfel gleich kommen, genennet. Die Blätter sind kleiner als an dem Schierling, jedoch nicht so sehr getheilet, wie an dem Kerfel, liegen auf der Erde, und werden endlich röthlicht. Die Stengel sind kurtz, rund, haarigt und röthlicht, an deren Spitzen kommen die kleinen röthlichten, Stern-förmigen Blumen; nach diesen folgen die Spitzen, welche den Kranich-Schnäbeln nicht ungleich sind, und aufwärts stehen. Die Wurtzel ist rund, und süß von Geschmack. Es wächst in Schutt, neben den Zaünen auf trockenen und dürren Feldern, blühet im May.

GERANIUM ROBERTIANUM MURALE, Ruprechts-Kraut, GOttes Gnad. Siehe die 544. Kupffer-Platte. l. e.

GERANIUM OFFICINARUM, gemein Ruprechts-Kraut, Storchen-Schnabel, Rothlauff-Kraut. Siehe die 545. Kupffer-Platte l. a.

Geranium officinarum duplex est, alterum totum rubrum, quod Bauhino Robertianum primum, alterum viride, quod Robertianum secundum appellatur. Robertiani, inquit *Camerarius*, ab aliis sanguinariæ dicti, quod ad sanguinem sistendum inter omnia præstet, duplicem observarunt pastores speciem; quæ omnino viridis est, fœminam cognominant, sed rubentem præferunt *Ruppius* Fl. Jen. 231. Rubens dicitur etiam murale, quia ad muros, rudera &c. provenit, alterum autem in agris planisque locis. Foliis autem est Anemones, divisuris longioribus, in uno quoque folio senis. Caulem emittit ab ipsa radice rectum, geniculatum, ramosum, rubentem. Flores prodeunt punicei, pentapetali, é quibus rostra oriuntur mucronata. Radice nititur rotunda, subnigricante, & dulci sapore prædita. Floret Junio *Matth. Comp.* 536. *Chabræus* 488. *Volck.* 186. Flor. *Ulm.* 70. *Jenensis* 231.

Das gemeine in den Officinen gebräuchliche Ruprechts-Kraut oder GOttes Gnade ist zweyerley: das eine ist gantz roth, welches Bauhinus das erste nennet, das andere ist grün, welches bey eben demselben das andere heisset. Von Ruprechts-Kraut, oder auch Blut-Kraut, weil es vor andern das Blut stillet, haben die Hirten zweyerley Gattungen bemercket, das grüne nennen sie das Weiblein, ziehen ihm aber das röthlichte vor. Das röthlichte wird auch murale oder an der Mauer wachsend genennet, weil man es daselbst findet, das andere aber auf Feldern, und offenen Orten. Es hat aber Blätter, wie die Anemonen, mit tieffen Theilungen, deren an jedem Blat sechs bemercket werden. Der Stengel ist von der Wurtzel an gerade, in Gleichen vertheilet, ästig, und röthlicht. Die Blumen purpurfärbig, und fünffblätterigt, nach welchen kleine Schnäbel, die ziemlich spitzig sind, erfolgen. Die Wurtzel ist rund, schwärtzlicht, und süsse.

GERANIUM FOLIO MALVÆ ROTUNDUM SEU COLUMBINUM, Storchen-Schnabel mit Pappel-Blättern, Tauben-Fuß. Siehe die 545. Kupffer-Platte. l. b.

Pes Columbinus, Geranium folio rotundo multum serrato, flore ex cœruleo purpurascente rosaceo. Floret Majo & sequentibus secus vias & locis incultis sterilibus. Annua est Planta. *Volck.* 186. *Boerhaav.* l. c. C. B. P. 318. *Dillen.* 93. *Tournef.* Alt. 35. *Ulm.* 69.

Tauben-Fuß hat ein rundes Pappel-Blat, welches starck eingekerbt ist, die Blume ist aus dem blauen röthlicht, oder purpurfärbig. Es blühet im May und folgenden, an den Wegen, und an ungebauten unfruchtbahren Orten, kommt alle Jahr frisch.

GERANIUM COLUMBINUM MAXIMUM FOLIIS DISSECTIS, gröster Tauben-Fuß mit eingeschnittenen Blättern. Siehe die 545. Kupffer-Platte. l. c.

Geranium Columbinum majus foliis imis, longis usque ad pediculum dissectis. Floret Majo in hortis. Sponte nascitur in Anglia. *Volckamerus* 187.

GERANIUM COLUMBINUM TENUIUS LACINIATUM, Tauben-Fuß mit sehr zart eingeschnittenen Blättern. Siehe die 545. Kupffer-Platte. l. d.

Malacoides laciniatum, seu columbinum alterum C. B. P. 318. *Chabr.* 486. Floret Majo & sequentibus in sepibus & aridioribus arvisque requietis, annuaque est Planta. *Volck.* 186.

Usus Medicus.

Ex tot Geraniorum speciebus solum Geranium Robertianum officinale est, virtutem enim habet mediocriter calidam & siccam, multumque continere dicitur Olei atque Salis essentialis. Moderate subastringit, extergit, discutit, & aperit: Quamvis de ejus usu interno verba faciat Tabernæmontanus aliique, hodie tamen rarior est, imo prorsus exspirat. Ex vulnerariis herbis inter præstantissimas habetur, ulcera enim & reliquas Vulnerum impuritates mundificat, & gangranosis etiam medetur malis. Sanguinem coagulatum resolvit, cum vino decoctum in Ischuria à calculo valet. Inter præparata aqua Geranii Robertiani exstat, quam in officinis non amplius frequenter reperire licet.

Unter so vielen Gattungen des Storchen-Schnabels-Kraut ist nur das einige, welches man eigentlich Ruprechts-Kraut oder GOttes Gnade nennet in den Officinen gebräuchlich. Es hat eine mäßig erwärmende und trocknende Krafft bey sich, und führet auch viel Oel und Sal essentiale. Dahero hält es gelinde an, wischet ab, treibt voneinander, und eröffnet. Und ob gleich Tabernæmontanus und andere von dessen innerem Gebrauch reden, so ist derselbe doch nicht mehr gewöhnlich. Unter den Wund-Kräutern ist es eines der vortrefflichsten, denn es reiniget die Wunden, und nimmt alles Eyter und Unreinigkeit derselben weg, wird auch in heissen Brand mitgebraucht. Es vertheilet das geronnene Geblüth; mit Wein gekocht befördert es den Urin, welcher sich durch die Stein-Schmertzen verhalten. Unter den Præparatis ist das Storchen-Schnabel oder Ruprechts-Kraut-Wasser, welches auch eben nicht mehr in allen Apothecken anzutreffen.

GLADIOLUS.

GLADIOLUS, Gladiola, Xiphium. ξιφίον, μαχαιρίνιον, Φίσγανον. *Græce.* Gladiolo. *Ital.* Glayeul, *Gall.* Cornor svvord, Flag. *Angl.* Svverdkruid. *Belg.* Meizyk. Polnaga mina. *Mosc.* Dewatero odenit. *Bob.* Mieczyk. *Pol.* Kasiflon. *Arab.* Schwerdtel, Allermans-Harnisch. *Germ.*

CHARACTER. Gladiolus vel Iridis species, vel ad Iridem bulbosam quam proxime accedere videtur. Est autem plantæ genus, flore liliaceo monopetalo, ad exortum quasi infundibiliformi, in duo labia ampliato, superiori scilicet imbricato, inferiori vero quinque partito. Calix autem, cui flos insidet, abit deinde in fructum oblongum, in tria loculamenta divisum, seminibusque fœtum subrotundis calyptra involutis. *Tournef.* 365. Radix perennans est gemina, carnosa, tuberosa, altera alteri incumbens, tunicâ reticulata cincta. Folia sunt ensiformia utrinque striata, Iridis angustiora, & breviora, mucronata, utrinque caulem amplexantia. Caulis ex foliis sese quasi exserens, cubitalis plerumque rotundus, lævis, succosus. Flores sunt perfecti, regulares, in singulis caulibus plures, monopetali, sex laciniis profundius incisi, paribus spatiis à se distantes, Iridis æmuli, sed longe minores; seu dictitante *Boerhaavio* II. 126. Flos monopetalus, Liliaceus, in exortu infundibiliformis, supra vero ampliatus, & in sex magna segmenta fissus, quorum tria superiora, majora, latiora, plus erecta, tria inferiora longiora, angustiora, deorsum quasi pendula, ut flos fere bilabiatus appareat, habens stamina tria enata ex pariete interno tubi floris, & insidens apici ovarii. Calix floris est bifolius, binis foliolis vaginalibus, ovarium & ei impositum tubum floris sustinet. Ovarium fit fructus oblongus, trilocularis, semina continens plura, paleacea, erucæ magnitudine. Floret Junio, & quidem nostras in arvis atque inter segetes, nec non in hortis. *Dioscor.* L. IV. c. 18. *Matth. Comment. & Comp.* 655. *Tabernæm.* II. 336. *Lugdunensis* 1620. C. B. P. 41. *Dale Suppl.* 225. *Rivinus ordine pl. quæ sunt flore Irregul. monop.* 20. *Ruppius* 201.

Schwerdtel scheinet eine Art der Iris zu seyn, oder doch der bulbigten Schwerdt-Lilie ziemlich gleich zu kommen. Es ist aber eine

eine Art Pflantzen mit einer Lilien förmigten Blume, die aus einem Blat bestehet, und unten, wo sie anfänget, Trichterförmig ist, auch in zwey Leffzen sich erweitert, wovon nemlich die obere halb und wie ein hohl Ziegel, die untere aber fünfffach getheilet ist. Aus dem Kelch, auf welchen die Blume sitzet, wird hiernechst eine länglichte, in drey Fächer vertheilte Frucht, die mit rundlichten, gleichsahm in einer Haube gefülleten vielen Saamen angefüllet ist. Die Wurtzel oder Bulbe ist zwiefach, fleischigt, stehet eine Zwiebel über die andere, und sind mit einem Netze umbgeben. Die Blätter sind als ein Schwerdt gestaltet, von beyden Seiten gestreifft, schmähler und kürtzer als an der Iris, vornen gantz spitzig, und umbfaßen von beyden Seiten den Stengel. Zwischen diesen Blättern tritt der mehrentheils lange, runde, glatte, safftige Stengel hervor. Die Blumen sind vollkommen regulair, in einer Reyhe viele, bestehen aus einem Blat. Sind aber sechsmahl tieff eingeschnitten, stehen allemahl in gleicher Weite voneinander, kommen der Iris etwas gleich, sind aber viel kleiner. D. Boerhaave beschreibet die Blumen also: Die Blume, sagt er, ist einblätterigt, und Lilien förmigt stehet unten, wo sie anfängt, einem Trichter gleich, oben aber ist sie gantz weit, und in sechs grosse Stücke gespalten, wovon die drey oberen grösser, weiter und mehr aufwärts stehen, die drey unteren aber länger, enger, und gleichsahm niederwärts hangen, wodurch es das Ansehen hat, als wären es zwey Leffzen; inwendig, aus dem Rohr der Blume wachsen drey Fäsern hervor, und schließlich stehet sie auf der Spitze des Saamen-Behältnißes. Der Kelch ist zwey blätterigt, und trägt in zwey Blättern als in einer Scheide so wohl das Saamen-Gefäß, als auch das Rohr der Blume, hieraus wird eine länglichte, dreyfächerigte Frucht, welche vielen Saamen, so groß etwan als der Raucken-Saamen in sich fasset. Es blühet im Julio, und zwar die hier zu Lande wachsende Schwerdtel stehen in Feldern und unter der Saat.

NOTA. Gladiolus à foliorum forma, quæ gladiolum quodammodo refert, accepit. Nostras etiam segetalis appellatur, quia inter segetes frequens est. Flores non sunt hexapetali, sed in sex profundas lacinias divisi & veluti bilabiati, in fundo tamen integri, totique decidunt. Florum situs diversitatem facit. Sunt enim, quorum flores uno versu dispositi, sunt autem ubi utrinque comparent.

Schwerdtel hat den Nahmen von der Gestalt der Blätter, welche gleichsam als ein klein Schwerdt gestaltet sind. Die unsrigen Schwerdtel werden auch segetales genennet, weil sie unter der Saat wachsen. Die Blumen sind eigendlich nicht sechsblätterigt, wohl aber in sechs tieffe Aus-schnitte getheilet, und gleichsam zweyleffzig, jedoch sind sie im Grund gantz, und fallen auch gantz ab. Die Länge der Blumen machet einen Unterscheid, denn einige haben nur an einer Seite in gleicher Reyhe die Blumen stehen, andere an beyden.

GLADIOLO AFFINIS SEU ANTHOLISSA, Stein-Blume. Siehe die 546. Kupffer-Platte. l. a.

Communicata nobis hæc est planta a D. D. Burmanno, qui simul ad Partem Horti Amstel: secundam fig. 41. provocat, quo loco titulus est Gladiolo Æthiopico similis, planta angustifolia, caule hirsuto, flore rubicundissimo. p. 81. Parum autem illum inter nostrumque depictum intercedit similitudinis. Addidit D. D. Burmannus & hunc titulum Hyacinthus Africanus foliis Colchici floribus coccineis major. *Plucka.* Phyt. Tab. 95. f. 2.

GLADIOLUS AFRICANUS ANGUSTISSIMO FOLIO DILUTE PURPURASCENS, Africanisch Schwerdtel mit sehr schmahlen Blat, und blaß purpurfärbiger Blume. Siehe die 545. Kupffer-Platte. l. b.

Pluckn. Phyt. Tab. 187. f. 9. Aquileja flore purpurascente, radice eduli. An Gladiolus Africanus, radice tuberosa cepæ foliis *Breyni? Cent.* I. p. 88. v. *Hermanni* Catalogum Plantarum Africanarum p. 12. ubi insignis numerus Gladiolorum Africanorum comparet.

GLADIOLUS NARBONENSIS FLORE ALBO, Frantzösisch Schwerdtel mit weisser Blume. Siehe die 546. Kupffer-Platte. l. c.

GLADIOLUS SEU XIPHION FLORE PALLIDIORE, Schwerdtel mit blasserer Blume. Siehe die 546. Kupffer-Platte. l. d.

GLADIOLUS FLORIBUS UNO VERSU DISPOSITIS MAJOR, FLORIBUS PURPUREIS, grösseres Schwerdtel, dessen purpurfarbene Blumen an einer Seite und einer Reihe stehen. Siehe die 546. Kupffer-Platte. l. e. C. B. P. n. III. *Volck.* 190.

GLADIOLUS SEU VICTORIALIS ROTUNDA, Glayeul, rund Allermanns Harnisch. Siehe die 546. Kupffer-Platte. l. f.

Cul-

Cultura.

Gladioli amant solum bonum, commune, arenosum, & fimo caballino bimato stercoratum, locum apertum & frequente sole gaudentem, mediocrem vero irrigationem. Qualibet æstate non flores solum, sed plerumque etiam maturum edunt semen. Omnes hyemis molestias facile tolerant; secundo vel tertio quolibet anno Julii sub fine effodi & loco sicco committi, & mense Septembri circa Plenilunium denuo terræ demandari solent. Propagantur quidem semine, felicius autem ex copiosis adnatis bulbis, qui eodem, quo diximus, tempore à matre separari, & adolescente luna Septembris terræ arenosæ & levi committuntur. *Munting.* Elßholtz.

Schwerdtel verlangen einen guten, gemeinen, sandigten, und mit zweyjährigen Pferde-Mist gedungeten Grund, einen freyen an der Sonnen liegenden Platz, und mäßige Begiessung. Sie geben alle Sommer Blumen, und mehrentheils reiffen Saamen, ertragen alle verdrießliche Witterungen des Winters leicht. Man gräbt sie zu Ende des Julii aus, und leget sie an einem trocknen Ort. Im September bey vollem Licht leget man sie wieder ein. Sie werden zwar von dem Saamen, aber leichter von den jungen Zwiebeln, die man zur benannter Zeit abnimmt, und im September bey zunehmenden Mond in die Erde bringt, vermehret.

Usus Medicus.

Gladiolus, seu Victorialis rotunda officinalis est, attrahendi, discutiendi, & siccandi vim habet radix. *Dale.* In emolliendis porro tumoribus, uti scrophulis &c. laudatur. Hermanni cynosur. mat. med. Vulgus ad extrahenda infixa utitur illa. *Camerarius.* Multum salis essentialis & olei continere dicitur. *Lem.*

Runder aller Manns Harnisch ist in den Apothecken zu finden. Die Wurtzel hat die Krafft anzuziehen, zu vertheilen, und zu trocknen, es wird auch Geschwulste, als z. E. Kröpffe zu erweichen recommendirt. Die gemeinen Leuthe bedienen sich derselben in allerhand Aberglauben. Der gemeine Mann braucht es, wann er sich was eingestossen hat, heraus zu ziehen. Es soll viel Saltz und Oel enthalten.

GLAUX.

GLAUX, antiquis Galacton. *Plin.* γλαῦξ, γαλαξ, γλαξ. *Græc.* Glauco. *Ital.* Herbe au lait. *Gall.* Milck Tare. *Angl.* Melck cruyt. *Belg.* Melecznik. *Pol.* Schiel-Kraut, Milch-Kraut. *Germ.*

CHARACTER. Glaux est plantæ genus flore monopetalo, campaniformi vel patente, vel clauso & multifido: ex cujus meditullio surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, seu testam, utplurimum globosam, apice dehiscentem, ac seminibus fœtam exiguis, placentæ affixis. *Tournefort.* 88. Quæ definitio ex *D. Boerhavii* characteribus clarior evadit. Radix, inquit, perennis folia conjugata, crassiuscula, pinguia, flos campaniformis, patens, vel clausus, quinquefidus, parvus, ad folia adhærens, staminibus quinque instructus, nata ex ima parte basios ovarii, & pariete interno imi floris. In imo fundo floris ovarium globosum, tuba longa instructum, apice per maturitatem hiante. *Ind.* I. p. 206. Cum vero Glaucis maritimæ saltem in his descriptionibus habeatur ratio, & Hispanica charactere suo gaudeat peculari, addenda etiam est *Dioscoridis* descriptio: Glaux, inquit, Cytiso & Lentjculo foliis similis, quæ superne virent, aversaque candidiora spectantur: ramuli à terra exiliunt quini senive, tenues ab radice, dodrantem alti: flores ceu Violæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen. Nascitur juxta mare. *Libr. IV.* c. 124. Apud *Ruppium* p. 16. est Glaucoides maritima sive potius Thuringica latiore folio, & pertinet ad plantas flore regulari monopetalo seminibus tectis capsula. C. B. P. 215. *Lugd.* 487.

Schiel-Kraut, oder Milch-Kraut ist ein Geschlecht Pflantzen, mit einer aus einen Blat bestehender Klocken förmiger, offener oder geschloßener vielfach getheilter Blume: aus deren Mittel-Punct der Stempffel hervor tritt, welcher ferner zur Frucht oder runden Schaale wird, deren Spitze voneinander fällt, und kleinen Saamen trägt, welcher an der placenta fest sitzet. Diese Beschreibung wird durch D. Boerhaavens characteres erläutert. Die Wurtzel, sagt er, bleibt beständig, die Blätter stehen an den Stengel zusammen gefüget, gegeneinander über, und sind etwas dick, und fett. Die Blume ist Klockenförmigt, stehet entweder auf oder ist geschlossen, fünffmahl getheilet, bloß, klein, und hänget an den Blättern, ist mit fünff Fäsern inwendig

wendig versehen, die aus dem untersten Theil des Saamen-Behältnißes, und der inneren Seiten unten an der Blume hervorkommen. An dem Grund der Blume sitzet ein rundes Saamen-Behältniß, welches mit einer langen Röhre versehen, dessen Spitze, wann es recht reiff wird, vonetnander fällt. Da nun in diesen Beschreibungen bloß auf das von Dioscoride angeführte Schiel-Kraut, nicht aber auf das Spanische gesehen wird, als welches seine eigene Characteres hat, so ist nöthig, die Worte desselben anzuführen: Milch-Kraut, saget er, hat Blätter die dem Klee und Linsen gleich sehen, die oben her grün, an der unteren Seite aber weißlichter sind. Der kleinen aus der Erde hervortrettenden Aestlein sind an der Zahl fünff, biß sechs, etwan Spann hoch, die Blumen kommen alß wie an den weißen Veilen, purpurröthlicht, jedoch kleiner. Es wächst neben dem Meer. Nach Ruppii Meynung ist Glaucoides maritima eine Pflantze mit einer irregulairen einblätterigen Blume, dessen Saame in einer Kapsul bedecket ist.

Glaux à foliorum quidem glauco colore sic dicta, à *Camerario* H. M. p. 67. perhibetur, sed fortè Glaux idem est, ac Galax à lacte appellatur, quia auctore *Dioscoride* in sorbitione lactis ubertatem intermissam restituit, & dictitante *Galeno*, quia Glaux herba & ipsa lactis generandi vim obtinere videtur. *Matth. in Dioſc.* p. 585. At enim vero Glaux Dioscoridis, quænam planta sit, à Botanicis controvertitur. *Dale Suppl.* 194. Cum autem dubio procul sit, quod Glaux in Anglia locis maritimis, & in tota Zelandia locis salsuginosis & uliginosis, nec non in Thuringia ad salsum lacum proveniat, non est cur dubitemus, quin vera ista sit *Dioscoridis* Glaux, quam pictam & descriptam sistimus. Hispanica enim, quia est leguminosa, vera Dioscoridis esse nequit, quia nec locis maritimis invenitur: vide *Ruppium* p. 16. *Knauth.* 195.

Glaux, meinet Camerarius, habe von Glaucus Eysen grau, oder gräulicht seine Benennung, weil die Blätter also aussehen, allein es giebt auch unser Teutscher Nahme Milch-Kraut, daß es von Galax oder Milch herkommt, weil es wie Dioscorides sagt, in einem Tränckel die nachlassende Milch in den Brüsten wieder herstellet, und wie Galenus will, diß Kraut selbst reichliche Milch den Säugenden giebet. Es wird zwar unter den Botanicis gestritten, welches die eigentliche Pflantze sey, die *Dioſc.* Glaux genennet. Da aber auſſer Zweiffel ist, daß das Schiel-Kraut in England an den See-Küsten, in gantz Seeland an saltzigen und feuchten Oertern, in Thüringen an einer saltzigten See wachse, so ist wohl gewiß genug, daß wir das wahre Milch-Kraut des *Dioſc.* so wohl in Kupffer recht dargestellet, als auch hier beschrieben haben. Jedoch ist das Spanische Schiel-Kraut, weil es eine Hülsen-Frucht, und auch nicht an der See wächst, wohl eben nicht das jenige, was *Dioſc.* beschrieben.

GLAUX HISPANICA MINIMA, Schiel-Kraut, Milch Kraut. Siehe die 547. Kupffer-Platte. l. a.

Differt hæc Glaux ab Hiſpanica a *Cluſio* CCXL. descripta, siliquis glabris & flore albo; appellatur Astragalus Hispanicus siliqua epiglottidi simili flore albo minor. *Tournef.* p. 416. *Boerh. II.* 54. *Apud C. B. P.* p. 347. *b. n. II. sub Cicere latet*, sunt, præeunte *Volckamero*, seminæ reniformia, pericarpio membranaceo, siliquoso, brevissimo, duplici inclusa; flores perfecti, papilionacei, tetrapetali, folia pinnata. Hæc unà cum Glauce *Cluſii* floret in *Volckameri* horto Mense Julio, & multiplicatur seminibus mense Aprili circa pleni lunium serendis. Vide *Rivinum* Ordine plantarum, quæ sunt flore irregulari Tetrapetalo p. 19. *Lugdunenſem* 487. *Ammann.* 406. *Chabr.* 154. & 618. Glaux leguminosa, addit *Knauthius*, ad differentiam Glaucis maritimæ flore monopetalo vocatur *Aſtragaloides*, & ob siliquas breves, tumidas & vesicæ instar inflatas cum seminibus reniformibus peculiare genus, ab Astragalo diversum, constituit. p. 195.

Dieses Spanische Milch-Kraut ist durch die glatte Schoten und weiße Blume von dem jenigen unterschieden, welches Clusius beschrieben. Man nennet es auch frembde Spanische Wicken mit einer Schote, die dem Zäpflein im Halse gleichet, und zwar die kleinere mit einer weißen Blume. Bauhinus hat es zu den Erbsen gebracht. Nach Herr D. Volckamers Beschreibung findet sich vieler Saame, der Nierenförmig ist, und in einem häutigen Saamen-Behältniß, welches als eine Schote aussiehet, sehr kurtz, und zwiefach ist, eingeschlossen lieget, die Blumen sind vollkommen, wie die so genandte Schmetterlings-Blumen, vierblättertigt. Diß Milch-Kraut wächst mit dem jenigen, welches Clusius beschrieben in Herren D. Volckamers Garten, blühet im Julio, und kan mit dem vor-

Mo. Bot. Garden, 1893

hergehenden durch den Saamen, den man im April säet, vermehret werden. Nach D. Knauths Meynung könte diese Gattung Astragaloides genennet werden, sey aber ein eigenes Geschlecht.

GLAUX MARITIMA, Herbe au Lait, Schiel-Kraut. Siehe die 546. Kupffer-Platte. l. b.

Glaux maritima floſculis ex albo rubentibus. C. B. P. 215.

GLYZYRRHIZA.

GLYZYRRHIZA, dulcis radix, à Seplaſiariis corruptè Liquiritia. γλυκύῤῥιζα. *Græc.* Regolitia. *Ital.* Regaliza, Regalizia. *Hiſp.* Ragalize, Regliſſe. *Gall.* Liquorice, Licorice. *Angl.* Zœthout. *Dan.* Lackritz-trä. *Dan.* Slatkoi Dubetz. *Moſc.* Lakrigia. *Pol.* Lekoritze. *Bohem.* Edosgyokar. *Ung.* Sus, Alius. *Arab.* Süßholtz, Lekritzen-Holtz, Lakritzen-Wurtzel. *Germ.*

CHARACTER. Glyzyrrhiza quaſi dulcis radix frutex eſt ſeu plantæ genus, flore papilionaceo, ex cujus calice ſurgit piſtillum, quod deinde abit in ſiliquam brevem, ſeminibus fœtam utplurimum reniformibus. His notis addenda ſunt folia bina, conjugata, coſtæ adhærentia, cui ſummæ folium impar innaſcitur. *Tournef.* 389. Radix vero, præcipua hujus plantæ pars, longé, laté, profundéque ſerpens, extus fuſca, intus buxea guſtu ſubamaricante ſubacri ſed dulciſſimo melleo, tenuis mellei odoris, caules agit erectos, bicubitales, ramoſos, quibus folia Lentiſci, ſed majora, denſa, pinguia, tactu glutinoſa, atroviridia, ſplendentia & pinnata adnaſcuntur. Flores purpureo plerumque colore ſunt perfecti, irregulares, tetrapetali, lentium & viciarum æmuli. Siliquæ ſunt unicapſulares, lentium modo ruffæ, breves, erectæ; ſeu, dictitante *Volckamero*, ſunt ſemina reniformia, pericarpio membranaceo ſiliquoſo, ſimplici, lævi, mediocris longitudinis incluſa, ut in Glycyrrhiza Officinali, vel ſemina ejusdem formæ pericarpio membranaceo, ſiliquoſo, ſimplici, breviſſimo, echinato, incluſa, ut in Glyzyrrhiza ſpuria. Sponte ſua creſcit in Hiſpania, Gallia & in Germania in agro Bambergenſi, feritur autem & colitur etiam in hortis. Floret Junio & Julio. *Boerhaav.* II. 47. *Dioſc.* III. c. 5. *Matth. Comm.* 350. C. B. P. 350. *Chabr.* 150. *Tabernæm.* 232. *Ruellius* 495. *Ammannus* 159.

Süß-Holtz, oder Lacritzen-Wurtz iſt eine Art Pflantzen, mit einer Schmetterlings-Blume, aus deſſen Kelch der Stempffel hervortritt, der hernach zu einer kurtzen mit vielen meiſt Nierenförmigen Saamen angefülleten Schote wird. Zu welchem Kennzeichen man noch ſetzen kan, daß allemahl zwey und zwey Blätter an einer Rippe gegeneinander über verbunden, und an der Spitze eins allein übrig ſtehen. Die Wurtzel aber, als der vornehmſte Theil dieſer Pflantze breitet ſich weit, tieff, und breit in der Erden aus, iſt auswendig braunlicht, inwendig Buxbaum-gelb, von etwas herben, bitterlichen aber doch ſehr ſüſſen Geſchmack von ſubtilen Geruch, als Honig. Sie treibet, gerade, zwey und mehr Ellen hohe vieläſtige Stengel, an welchen Blätter von Anſehen, als die Linſen-Blätter, aber weit gröſſer, feſt, feiſt, klebricht anzufühlen, ſchwärtzlicht grün, gläntzend, und geflügelt ſind. Die Blumen ſind mehrentheils purpurfärbigt, vollkommen, irregulair, vierblätterigt, den Linſen- und Wicken-Blumen gleich. Die darauf folgende Schoten ſind einfächerig, wie die Linſen röthlicht, kurtz, und ſtehen gerad auf. Oder als Herr D. Volckamer ſetzet. Die Saamen-Körner ſind Nieren-förmig, in einem häutigen, ſchotigen Behältniß, welches einfach, glatt, und mittelmäßiger Länge iſt, eingeſchloſſen, wie bey dem gemeinen, in denen Apothecken gebräuchlichen Süßholtz zu ſehen. Oder die eben alſo geſtaltete Saamen-Körner ſind in einem häutigen, ſchotigen, einfachen, gantz kurtzen, ſtachelichten Behältnüß eingefaſſet, wie bey dem falſchen ſüſſen Holtz: Es wächſt in Spanien, Franckreich, Italien, Teutſchland, und vornemlich um Bamberg häuffig, und blühet im Junio und Julio.

NOTA. Glyzirrhizæ, id eſt radicis dulcis nomen ab inſigni radicis dulcedine derivatum eſſe, inter omnes conſtare arbitror. Exinde detortum eſſe officinarum Liquiritiam, facile colligitur. Diſtinctio autem Glyzyrrhizæ echinatæ à vulgari ſeu officinali ratione ſiliquarum ex *Rivini* ordine Plantarum, quæ ſunt Flore irregulari tetrapetalo p. 10. & 14. commode petitur, ex Volckameri etiam ſupra adductis verbis clare apparet. Glyzyrrhiza Africana ſiliquis compreſſis à *D. Heuchero* p. 64. Glyzyrrhizis annumerato meliori jure cum *Volckamero* ad Co-

luteas

luteas refertur; Notari etiam meretur Glyzyrrhiza siliquis nodosis, quasi articulatis *Buxbaumii* Cent. III. p. 25. Tab. XLVI. Occurrit tandem Glyzyrrhiza Orientalis siliquis hirsutissimis in *Tournef. Coroll.* p. 26. Notas dein Glyzyrrhizæ characteristicas non a radice dulci repente & à caulibus erectis, sed à siliquis desumendas esse erectis, planis, compressis, & bivalvibus, monet *Knauthius* p. 190. & 191.

Der Nahme Glyzyrrhiza wird von uns Teutschen völlig durch süß Holtz, oder süsse Wurtzel ausgedrücket; eben daher kommt auch die verdrehte Benennung Lacrytzen-Holtz oder Lacrytzen-Wurtz. Es ist allerdings der Unterscheid unter den Süßholtz mit rauhen Köpffen und dem gemeinen Teutschen Süßholtz, der von den Schoten hergenommen wird, wohl zu bemercken, wie man solches am füglichsten aus Rivino, und den oben angeführten Worten des Herrn D. Volckamers ersehen kan. Schließlich erinnert Knauthius wohl, daß man die eigentliche Kennzeichen des Süßholtzes nicht eben von der Wurtzel, noch Stengeln, sondern von den Schoten und deren Gestalt hernehmen müsse.

GLYZYRRHIZA AMERICANA, Americanisches Süßholtz. Siehe die 547. Kupffer-Platte. l. c.

Hanc Glyzyrrhizam adduxit *Muntingius* & meritò quæritur? An Glyzyrrhiza, vel Glyzyrrhizæ affinis, arboreſcens Americana floribus ex luteo & rubro variegatis, folio acuminato, siliqua latissima? *Breyn. Prodr.* 2.

GLYZYRRHIZA ECHINATA, Süßholtz mit rauhen Köpffen. Siehe die 547. Kupffer-Platte. l. d.

Hanc Glyzyrrhizam spuriam echinatam, seu pseudo Glyzyrrhizam appellat *Rivinus* l. c. ab aliis etiam Onobrychis flore cœruleo siliculis hirsutis seu asperis ad imum Platani pilulæ modo junctis. *Morison.* H. 2. 133. à quâ tamen distingui illam vult *Rivinus* l. c. *Boerh.* II. 47. n. 2. *Volck.* 191. Non dubium est, quin hæc vera *Dioscoridis* sit Glyzyrrhiza. L. III c. 5. Flores é foliorum alis egrediuntur in capitulum conglobati, quos sequuntur fructus ex oblongis siliquis echinatis conglomerati, quorum singulis singula semina insunt. Pseudo-Glyzyrrhiza itaque modo florendi & capsulis seminalibus differt ab Onobrychide. *Knauthius* p. 181. In Cappadocia, Ponto & Cilicia præstantissimam gigni perhibent *Dioscorides & Plinius*, nec non in Italia atque Hispania, unde in Galliam & Angliam frequenter exportatur. *Pomet.* P. I. p. 106. At in nostris regionibus nonnullis tantum in hortis voluptatis causa colitur: utpote quæ dulcedine & gratia à vulgari longe superatur. *Chabr.* 150. *C. B. P.* 352. Floret Julio.

Dieses Süßholtz nennet Rivinus das falsche und unächte, und ob es gleich einige Hahnen-Kamm mit blauer Blume, rauchen und scharffen Schoten, die mitten als die Ahorn-Zapffen zusammen gefüget sind, nennen, so ist doch D. Rivinus der Meynung, daß man es davon unterscheiden solle. Es ist aber wohl nicht zu zweiffeln, daß diß das eigendliche von dem Dioscor. beschriebene Süßholtz sey. Es kommen die Blumen aus den Flügeln der Blätter, in ein Köpfflein zusammen gewunden hervor, worauf die Frucht erfolget, die aus länglichten, zusammen sitzenden, stachelichten kleinen Schoten bestehet, unter deren jeden ein einfaches Saamen-Körnlein sitzet. Folglich ist dieses sogenandte falsche Süßholtz von der Onobrychi oder Hahnen-Kamm, durch die Art zu blühen, und durch die Saamen-Capseln unterschieden. Dioscorides und Plinius sagen, daß diß Süßholtz am besten in Cappadocien, Ponto und Cilicien wachse; man findet es aber auch in Welschland und Spanien, von welchem letzteren Ort es häuffig nach Franckreich und Engeland verfahren wird. In unsern Gegenden bauet man es zur Lust in den Gärten, weil es an Süßigkeit und annehmlichen Geschmack dem gemeinen Süßholtz nicht beykommt. Es blühet im Julio.

GLYZYRRHIZA SYLVESTRIS ALTERA, eine andere Gattung von wilden Süßholtz. Siehe die 547. Kupffer-Platte. l. e.

Glyzyrrhiza sylvestris altera floribus puniceis, foliis *Arachi.* C. B. P. 353 n. IV. Glyzyrrhiza Aphacoides perennifolia. *Hoffm. Flor. Altorff. Deliciæ sylv.* Flores communiter ex pallido flavent, rarius punicant. Floret Julio in sylvis.

Diß wilde Süßholtz hat Blätter, als an den Vogel-Wicken, und wird auch den wilden Wicken ähnliches Süßholtz genennet mit beständig bleibenden Blättern. Die Blumen sind gemeiniglich blaßgelb, selten aber röthlicht. Es blühet im Julio in den Wäldern.

GLYZYRRHIZA SYLVESTRIS FLORIBUS PUNICEIS, wildes Süßholtz mit purpurröthlichten Blumen. Siehe die 548. Kupffer-Platte. l. a.

GLYZYRR-

GLYZYRRHIZA VULGARIS, Reglisse, Süß- oder Lacritzen-Wurtz. Siehe die 148. Kupffer-Platte. l. b.

Glyzyrrhiza siliquosa vel Germanica. Liquiritia officinarum. Glyzyrrhiza radice repente vulgaris germanica. Glyzyrrhiza Bambergensis seu Babenbergensis. C. B. P. 352. n. II. *Volck.* sponte provenit in Gallia & Hispania maxime autem in agro Bambergensi. Colitur in hortis. Floret Julio. Radix perennat. vid. *Charact.*

Dieses Süß-Holtz heisset das Teutsche, weil es um Bamberg in Francken sehr häuffig gebauet und anderweitig verfahren wird. Man findet es freylich auch in Franckreich und Spanien. Durch die Schoten wird es leicht von andern Gattungen unterschieden. Man hat es auch in den Gärten, und blühet es daselbst im Julio. Die Wurtzel bleibt beständig. Eben dieses ist mehrentheils in unsern Officinen gebräuchlich unter dem Titel und Nahmen Lakritzen- oder Süß-Holtz.

Cultura.

Glyzyrrhiza vulgaris tertio quolibet anno à Rusticis Bambergensibus ex late repentibus radicibus abscissis propagari solet. Eadem etiam in hortis sata vel ex repentibus adnatis surculis horto illata, si semel comprehenderit, tam pertinace fertilitate cohæret, ut vix unquam possit radicitus exstirpari. Glyzyrrhiza echinata facile in hortis provenire solet, & semine, Aprilis mense serendo, propagatur. *Munting.* 439.

Um Bamberg pflegen die Bauers-Leute alle drey Jahr die weit und breit sich vermehrende Wurtzeln des Süßholtzes von neuen zu pflantzen. Wenn man diß Süß-Holtz im Garten säet oder aus einer Wurtzel ziehet breitet es sich so bald aus, daß man es nie gar wieder ausrotten kan, Das Süß-Holtz mit rauchen Köpffen läßt sich auch leicht im Garten fort bringen, man säet den Saamen im April.

Usus Medicus.

Radix Glyzyrrhizæ officinalis est, & quidem Germanica, quæ Hispanicâ longe præstantior, dulcior, ac succosior habetur, temperatæque deprehenditur esse naturæ atque multum Olei salisque essentialis continere perhibetur. Facultatem habet abstergendi, mundandi, lævigandi, mulcendi humorum acrimoniam, aperiendi, emolliendi, humectandique quam maxime. Pulmonica præcipue ac Nephritica est, acrimoniam non solum mitigans, sed et expectorationem promovens, pituitam abducens, in tussi, rauceditine, vesicæ erosione, urinæ acrimonia, ardore ventriculi, mictu cruento virtutem egregiam exserens. Quare diuretica imprimis habetur, & renum atque Vesicæ calculo veluti panacea existit. Et cum pectus & pulmones insigniter juvet, datur opportune suspiriosis, phthysicis, & siti laborantibus. Præparata exstant in officinis 1) Succus Liquiritiæ, 2) Liquiritia in baculis, cocta alba & citrina 3) Trochici becchici albi, nigri & citrini, 4) Unguentum Liquiritiæ, 5) Sirupus, 6) Essentia, & 7) Extractum. Ingreditur radix frequenter infusa & decocta pectoralia.

Die Wurtzel des Süß- oder Lacritzen-Holtzes ist in den Apothecken sehr gebräuchlich, sonderlich das Teutsche, als welches süsser, safftiger und vortrefflicher als das Spanische befunden wird. Es ist diese Wurtzel von gemäßigten Temperament, und enthält viele schleimigte und süsse Theilgen, ingleichen viel Oel und Sal essentiale. Es hat die Krafft abzuwischen, zu reinigen, zu lindern, die scharffen Feuchtigkeiten zu mildern, zu eröffnen, und vornehmlich zu befeuchten. Am allermeisten ist sie vor die Lunge und Nieren ein vortreffliches Mittel, indem sie nicht nur alle Schärffe daselbst mildert, sondern auch einen leichten Auswurff befördert, und den Schleim abführet. Im Husten, Heiserkeit, angegriffener Blase, schneidenden Harn, Sodbrennen, und auch Blut harnen thut es gute Dienste. Weswegen sie ein Urin treibendes Mittel ist, und vor Nieren- und Blasen-Stein als eine Panacée gehalten wird. Und da sie vor die Brust und Lunge so heylsam befunden wird, so gibt man sie mit guten Nutzen den Keichenden, und Lungensüchtigen, es wird auch wider den Durst gebraucht. Von dieser Wurtzel hat man in den Apothecken, 1) den inspissirten Lacritzen-Safft, 2) weis und gelb gebacken Süßholtz, 3) schwartze, weisse und gelbe Husten-Zeltlein, 5) Syrup, 6) Essentz, und 7) Extract von Lacritzen. Die Wurtzel wird gemeiniglich zu Brust-Träncken und Thée genommen. *S. Pauli* 314. *König* 201. *Dale* 289. *Schroeder. Tabernæm.* II. 232. *Hecker* 338. *Valentini* P. I. p. 178. *Zornius* 329.

GNA-

GNAPHALIUM.

GNAPHALIUM γναφάλιον. *Græc.* Gnaphalio *Ital.* Immortelle, Herbe à Cotton, Herbe à la diſſenterie. *Gall.* Cudvved & Dovvuevvet. *Angl.* Ruerkruyt. *Belg.* Kolancki. *Pol.* Gnaphalium vulgare, Filago, Lana pratenſis, Heliochryſum ſylveſtre, Contonaria, Centuncularis & Centunculus, Tomentum, Herba impia. Latine. Ruhr-Kraut, Engel-Blum, Kätzlein, Feld-Katzen, Hynſch-Kraut, Schimmel-Kraut, Wieſen-Wolle. *Germ.*

CHARACTER. Gnaphalium à voce Græca γνάφαλον Tomentum, quaſi diceres plantam tomentoſam, tota enim eſt incana & tomentoſa. Eſt autem, præeunte *Tournefortio*, plantæ genus flore floſculoſo, plurimis nempe floſculis conſtante multifidis, embryoni inſidentibus foliolis imbricatis & intermediis, & calice ſquamoſo quaſi hemiſphærico comprehenſis. Embryo autem deinde abit in ſemen calyptrâ munitum. p. 461. Quia vero *Tournef.* ſolius Gnaphalii maritimi rationem habuit, addenda eſt Filaginis definitio: Eſt autem Filago plantæ genus flore floſculoſo, plurimis ſcilicet floſculis conſtante, ſtellæ adinſtar diviſis, embryoni inſidentibus & calice ſquamoſo, ſed nequaquam ſplendente aut ſpecioſo comprehenſis. Embryo autem abit deinde in ſemen pappis inſtructum. p. 454. Radice autem ſurgunt pleræque Gnaphaliorum ſpecies multifida, lignoſa, craſſa, nigraque, caulesque agunt multos, rotundos, graciles, cinericia lanugine tectos, circa quos totos folia denſo, non tamen ſtricto ordine ſtipata, tomentoſa, craſſiuscula, oblonga ac mollia, per extremum non nihil rotunda, quæ concerptæ in floccos xilinæ lanæ penitus abeunt. Flores ſunt perfecti, compoſiti ex plurimis floſculis minutiſſimis tubuloſis ſeu monopetalis in ſummitate quinquefariam diviſis ac diſcum formantibus, perianthio ſquamato, quod radii vices in quibusdam ſuſtinet, circumdati, colore plerumque ſubluteo pallentes; Semina ſunt nuda, oblonga, teretia, minutiſſima, pappo intermixta. Loca Gnaphalia amant inculta, arenoſa, quamvis etiam in agris frumentaceis provenire ſoleant. Florent plerumque Junio atque Julio. C. B. P. 263. *Boerh.* I. 119. *Volck.* 195.

Ruhr-Kraut Gnaphalium iſt ein Griechiſches Wort, und heiſſt ſo viel als Pflockwolle, weil dieſe gantze Pflantze grau und wolligt iſt. Es iſt aber nach Tourneforts Beſchreibung Ruhr-Kraut eine Art Pflantzen, mit einer Blume, die aus vielen zuſammengeſetzeten vielfach getheilten Blümlein beſtehet, dieſe Blümlein ſitzen auf den Saamen-Anſetzlingen, haben hohle Blättergen, die von einem ſchuppichten halbrunden Kelch umfangen ſind. Die zarte Frucht oder Anſetzling wird hernach zum Saamen, welcher mit einer Haube bedecket iſt. Weil aber Tournef. bloß ſein Abſehen in dieſer Beſchreibung auf das Ruhr-Kraut hat, welches an der See wächſet, ſo muß man den Titel Filago bey ihm nachſehen, unter welchem die mehreſten Gnaphalia vorkommen. Filago aber iſt eine Art Pflantzen, deren Blumen aus vielen kleinen Blumen beſtehet, die als ein Stern Strahlen-weiß getheilet, über die junge Frucht ſitzen, und in einem zwar ſchwammigten, doch gar nicht glänzenden oder einen Schein gebenden Kelche umfangen ſind. Die jenige Frucht oder Anſetzling wird hernach zum Saamen, der mit Haaren oder Pflocken verſehen iſt. Die mehreſten Gattungen des Ruhr-Krauts haben eine vielfach geſpaltene, holtzigte, dicke, ſchwartze Wurtzel, aus welcher viele, runde, geſchlancke, aſchgraue Stengel treiben, an welchen rund herum, aber ohne gewiße Ordnung ſehr viele, wolligte, dicklichte, länglichte, und weiche Blätter ſtehen, die aber an ihren Spitzen etwas rund, und die ſich wie die Baum-Wolle in Pflocken ziehen laſſen. Die Blumen ſind vollkommen, aus vielen ſehr kleinen röhrigten Blumen zuſammengeſetzet, welche oben fünfffach getheilet, und eine runde Scheibe vorſtellen, wovon der Kelch ſchuppigt und mit ſeinen Strahlen offt die Stelle eines Sterns vertritt, die Farbe iſt mehrentheils blaßgelb. Der Saame iſt bloß, länglicht, rund, ſehr klein, hat hin- und wieder kleine Haare. Es wächſt das Ruhr-Kraut an ungebaueten, ſandigten Oertern, wiewohl auch auf den Korn-Feldern, und blühet gemeiniglich im Junio und Julio.

NOTA I. Multæ plantæ à Botanicis Gnaphalii nomine appellari ſolent, quod molli lanugine, ſeu lana aut tomento eſſent obvolutæ. Eſt enim Græcis γνάφειν vellere, carpere lanas, aut pannum, ſeu vellicando & deradendo expolire, unde γνάφαλον tomentum, quod culcitris infarcitur, & quorum natura mollis, candida, & omnino lanea eſt, γναφαλώδη appellantur. Gnaphalium igitur herba dicta,

dicta, quod foliis ejus mollibus & candidis pro tomento uterentur; à Latinis Centunculus & Centuncularis herba, quod centonibus cum tomento maxima sit cognatio, & Tomentaria seu Tomentitia *Lugd.* 1115. à Germanis appellatur **Ruhr-Kraut**, ab ejus facultate adversus dysenteriam.

Die Botanici haben vielen Pflantzen den Nahmen Gnaphalium gegeben, welche nemlich mit weichen Haaren, oder Wolle oder Pflocken überzogen sind. Denn γνάφειν heisset bey den Griechen so viel als zupffen, Wolle ziehen, oder ein Tuch rupffen, oder durch rupffen und abschaben ein Tuch feiner machen. Daher heisst γνάφαλον so viel als abgeschabtes, welches man in die Küssen thut, deren Natur also weich, weiß, und gantz wolligt ist, werden γναφαλώδη genennet. Man hat also diß Kraut Gnaphalium genennet, weil die Alten sich desselben weichen und weißen Pflock-Wolle bedienten; Ingleichen Lumpen-Kraut, weil man aus alten Lumpen die Tomenta auch zu zupffen pflegte. Die Teutschen nennen es Ruhr-Kraut, weil es gegen die Ruhr dienlich ist.

NOTA II. Incaute Gnaphalia cum Elichrysis confunduntur ab Autoribus, quia ipsa Elichrysa ab ipsis denominata nihil aliud sunt quam genuina Gnaphalia ob seminum florumque convenientiam, & quamvis radiata videantur, tamen non sunt, cum squamulæ hæ lucidæ & immarcescibiles perianthii locum suppleant, nec petalorum more decidant. *Volck.* 194. Differunt autem, dictitante eodem, Elichrysa, Stœchad. Citr. &c. juxta *Rajum* à Gnaphaliis genuinis, quod flores gerunt foliis radicalibus cinctos. Cum vero, quæ radium constituunt, improprie florum petala dicantur, quia nunquam decidunt, sed potius perianthii vices sustinent, nihil obstant, quin & hæc ad Gnaphalia referantur. Tournefortius Elychrisum à Filagine seu Gnaphalio vulgari & ejus speciebus ob squamas perianthii lucidas auratas aut argentatas, & secundum *Rajum* florum petala mentientes distinguit, quales squamæ in filagine non observantur. *Knauth.* p. 126.

Einige Autores vermischen unbedachtsamer weise die Elichrysa mit den Gnaphaliis, da doch die von ihnen also genannte Elichrysa nichts anders als wahre Gnaphalia sind, sowohl wegen des Saamens als der Blätter Aehnlichkeit; und ob es gleich scheinet, als wären sie Strahlen weis getheilet, so sind sie es doch in der That nicht, indem diese glantzende und unverwelckliche Schuppen an statt des Kelchs dienen, und nicht so wie die Blätter abfallen. Aus eben diesem Grunde saget Herr D. Volckamer können auch die Elichrysa und Stœchades citrinæ zu den Gnaphaliis gebracht werden. Tournefort unterscheidet eben wegen des vergulderen oder versilberten Kelches die Elichrysa von den Gnaphaliis, und Rajus wegen der Schuppen, die als Blätter aussehen, dergleichen man bey dem gemeinen Ruhr-Kraut nicht anzutreffen pfleget.

GNAPHALIUM SEU LAGOPUS MINOR, Pied de Lievre, Haasen-Pfoten. Siehe die 548. Kupffer-Platte. l. c.

Gnaphalium trifoliatum. Trifolium leporinum seu Lagopus officinarum. Trifolium Lagopoides purpureum, arvense, humile, annuum, seu Lagopus minimus vulgaris *Morison.* H. 2. Est autem Lapopus Trifolium arvense humile, spica molliori & villosa *Amman.* 172. C.B.P. 328. b. *Boerh.* II. 31. n. 6. Katzen-Klee, Haasen-Klee, Haasen-Pfoten. Floret Junio in arvis fabulosis, annua est planta *Volck.* 388. Inter Trifolia quidem à plerisque collocata *Tournef.* 405. cum vero ejus ramusculi, folia, flores, spicæque lanuginosæ & tomentosæ sint, commode inter Gnaphalia locum obtinet, cujus etiam major datur species. C.B.P. 328.

Haasen-Klee oder Haasen-Pfoten gehöret zu den dreyblätterigten Pflantzen oder zu dem Klee. Unsere angeführte Gattung heisset der röthlichte auf den Feldern wachsende, niedrige, jährliche, gemeine Haasen- oder Katzen-Klee mit einer weichen und zottigten Aehre. Es blühet im Junio auf steinigten Feldern, und wächst alle Jahr frisch. Die meisten rechnen es zu dem Klee, da aber Stengel, Blätter, Blumen, und Aehren gantz wolligt sind, darff man es mit Recht hieher bringen.

GNAPHALIUM LUTEUM PEREGRINUM, frembdes gelbes Ruhr-Kraut. Siehe die 548. Kupffer-Platte. l. d.

Gnaphalium luteum peregrinum specioso flore Elichrysum Orientale *C. B. P.* 264. Stœchas Citrina floris & magnitudine & colore speciosa *I. B.* Helichrysum Orientale seu Amaranthus luteus *Parck.* Floret Julio in horto *Volckm.* sponte nascitur in montosis, & in Orientalibus regionibus: perennat, & semper viret, dummodo ab aëris frigidioris injuriis vindicetur. Propagatur adnata sobole. Floribus

ribus majoribus dilutioris quodammodo coloris ac ramulis longioribus, differt ab antecedente, nimirum Gnaphalio luteo, seu Coma aurea. *Volck.* 193. *C. B. Prodr.* 123.

Dieses gelbe frembde Ruhr-Kraut mit einer schönen ansehnlichen Blume wird auch das Morgenländische Elichrysum genennet, ingleichen Stœchas Rhein-Blume so wohl mit grosser als von schöner Farbe seyenden Blume. Es blühet im Julio in D. Volckamers Garten, und wächst in den Morgenländern auf den Gebürgen von selbsten, bleibt und grünet beständig, woferne man es nur anders vor die kalte, rauhe Lufft bewahret. Man vermehret es durch die anwachsende Jungen. Es ist durch die gröβere Blumen von etwas blasserer Farbe, und durch die längere Zweiglein von dem gelben Ruhr-Kraut unterschieden.

GNAPHALIUM LUTEUM COMA AUREA. Siehe die 549. Kupffer-Platte. l. a.

Amaranthus luteus. Elichrysum seu Stœchas citrina latifolia. C. B. P. 265. Floret Julio in arenosis, & perennat. Floribus in summitate cauliculorum aureo splendore fulgentibus, mediocris magnitudinis differt à cæteris hujus generis. Appellatur ab *Hoffmanno Flor. Alt. Delic.* Sylvestr. Laugen-Kraut.

GNAPHALIUM LUTEUM, SEU STOECHAS CITRINA, Stœchas jaune, gelbes Ruhr-Kraut oder gelbe Rhein-Blume. Siehe die 549. Kupffer-Platte. l. b.

Gnaphalium luteum sylvestre, Amaranthus luteus sylvestris. *Bock.* provenit asperis, & arenosis locis. Floret Junio & Julio.

GNAPHALIUM LATIFOLIUM AMERICANUM, breitblätterigtes Americanisches Ruhr-Kraut. Siehe die 549. Kupffer-Platte. l. c.

Cubitales, aut ampliores habet Gnaphalium hoc caules, eosque crassiusculos, multa lanugine candida, tanquam tomento, obsitos, quos inæqualiter ambiunt folia digitalis longitudinis, externa parte incana, interna viridia & valde splendescentia. Reliqua cum charactere conveniunt. *Clusius Rar. plant. Hist. L. III. c. 26.* p. 327. Floret Junio & Julio in hortis, perennat radice. *Volck.*

Diß Americanische Ruhr-Kraut hat Ellen hohe und zuweilen noch höhere Stengel, die noch dazu etwas dicke, und mit vieler weisser Wolle gleichsahm überzogen an denselben stehen, wiewohl in keiner gewissen Ordnung, Finger lange Blätter, die an den äusseren Theil grau, inwendig aber hell grün und sehr glänzend sind. Das übrige kommt mit dem Haupt Charactere überein. Es blühet im Junio und Julio, die Wurtzel bleibt den Winter durch.

GNAPHALIUM MAJUS ANGUSTO OBLONGO FOLIO, grösseres Ruhr-Kraut mit schmahlen länglichten Blat. Siehe die 549. Kupffer-Platte. l. d.

C. B. P. 263. n. X. Heliochrysos sylvestris. Filago altera. Boerh. I. 119. n 2. Floret Junio, Julio & Augusto in agris, vineisque, lapidosis montosis sylvis. *Rupp.* 157. Distinguitur floribus per caulem sparsis. *Dillen.* 149.

GNAPHALIUM MAJUS ALTERUM, groß schmahlblätterigt Ruhr-Kraut. Siehe die 549. Kupffer-Platte. l. e.

Gnaphalium majus angusto oblongo folio alterum C. B. P. 263. b. n. XI. Gnaphalium rectum. I. B. Gnaphalium majus Germanicum. *Parck.* Gnaphalium Anglicum vel Belgicum folio longiori. Floret Augusto in arenosis, & editioribus: Ann. Differt à congeneribus foliis oblongis incanis flosculis juxta caulis longitudinem ex alis foliorum prodeuntibus minimis. *Volck.* 192. *Rupp.* 157.

GNAPHALIUM VULGARE MAJUS SIVE NIGRUM, das grössere gemeine oder schwartze Ruhr-Kraut. Siehe die 549. Kupffer-Platte. l. f.

C. B. P. n. III. Impia *Plinii Boerh. I.* 119. Centunculus & Filago, Gnaphalium minus sive herba impia, Gnaphalium Germanicum, Heliochrysos sylvestris, Ruhr-Kraut, Engel-Blumen, Kätzlein ꝛc. Floret Junio, Julio & Augusto in steriliori-bus & siccioribus secus vias. Ann: Globulis e plurimis floribus coagmentatis iisque, quæ in summis ramulis sunt supra medium, quod in supremo caule est altius ascendentibus à reliquis distinguitur. Ob id impia Herba appellata, quoniam liberi supra parentem excellant, alii potius ita appellatam existimant, quod nullum animal eam attingat.

Diß gemeine Teutsche Ruhr-Kraut blühet im Junio, Julio, und August, an dürren, trockenen, und unfruchtbahren Oertern neben den Wegen, und wächst alle Jahre frisch. Man unterscheidet es von den andern Gattungen durch die Kügelchen, die aus vielen Blumen zusammen gewunden sind, von welchen die jenige, welche um die Mitte stehen, offt höher schiessen, als die an der Spitzen wachsen. Deßwegen ist es das gottlose Kraut genennet, weil nemlich die unte-

unteren und jüngeren Blumen höher werden, als die älteren, oder wie andere wollen, weil kein Thier dasselbe essen soll.

GNAPHALIUM ERECTUM ARVENSE, gerades auf den Feldern wachsendes Ruhr-Kraut. Siehe die 550. Kupffer-Platte. l. a.

Filago erecta, latifolia, capitulis tomentosis, Gnaphalium minus latioribus foliis C. B. P. 263. Caulis est rectus & rigidus, ex foliorum vero alis, secundum caulem, ab ejus medio ad summum usque Capitula oblonga, squamata, plura simul juncta, ex viridi nigricantia & nitida, quæ in pusilla stamina, ex viridi flavescentia, dehiscunt. Floret in arvis mense Augusto. *Chabr.* 371. *Boerh.* l. c. n. 6.

Diese Gattung heisset das kleinere Ruhr-Kraut mit breiteren Blättern. Der Stengel ist gerade und steiff, aus den Winckeln der Blätter aber kommen den Stengel hinauf von der Mitten bis oben hinan länglichte schuppichte Häupter, deren stehen viele zusammen, sind schwärtzlich und gläntzend grün, und fallen in gantz kleine grünlicht gelbe Fäsern voneinander: Es stehet in Feldern, und blühet im August.

GNAPHALIUM MEDIUM CAPITULIS NIGRIS, mittel Ruhr-Kraut, mit schwartzen Häupteln. Siehe die 550. Kupffer-Platte. l. b.

C. B. P. 263. n. IV. Gnaphalium longifolium humile, ramosum, capitulis nigris *Rajus*. Filago minor *Parck.* an Gnaphalio vulgari similis? Gnaphalium annuum serotinum, capitulis nigricantibus ac humidis gaudens *Boerh.* I. 119. n. 3. Floret Augusto in aridioribus ac declivibus; Flosculis exterius nigricantibus, in summitate cauliculorum multis simul congestis, non tamen in globulos coactis dignoscitur à congeneribus *Volck.* 192.

Mittel Ruhr-Kraut blühet im August an trecknen und abhangenden Oertern. Die kleinen Blumen sind aussenher schwärtzlicht, und stehen oben an den Stengeln viele zusammen, jedoch da sie nicht als runde Kügelchen aussehen, unterscheiden sie sich von den andern Gattungen.

GNAPHALIUM PEREGRINUM, SEU HELIOCHRYSUM ORIENTALE, frembdes Ruhr-Kraut oder Morgenländisches Heliochrysum. Siehe die 550. Kupffer-Platte. l. c.

C. B. P. 264. Elichrysum sylvestre, latifolium capitulis conglobatis. Gnaphalium ad Stœchadem citrinam accedens. J. B. P. 160. Chrysocome III. peregrina II. Clusii l. c. 326. Helychrysum, sive Chrysocome annua, sylvestris capitulis minoribus conglobatis M. H. 3. 88. *Boerhav.* I. 120. n. 10.

GNAPHALIUM LUTEUM TENUIFOLIUM, Immortelle, fremd Ruhr-Kraut. Siehe die 550. Kupffer-Platte. l. d.

Gnaphalium luteum tenuifolium Narbonense, Elichrysum seu Stœchas citrina angustifolia. C. B. P. Stœchas citrina tenuifolia. Narbonensis. J. B. Chrysocome seu coma aurea & Stœchas citrina vulgaris. *Parck.* Floret Junio & Julio in hortis, sponte provenit in arenosis & ficcioribus Galliæ Narbonensis, perennat, & à frigidioris aëris injuriis servanda. Flosculis minoribus subflavi coloris in summitate caulium congestis, ac foliis tenuissimis, Abrotano æmulis, facile à cæteris dignoscitur. *Volck.*

Diß frembde Ruhr-Kraut mit zarten und sehr schmahlen Blättern blühet im Junio und Julio in den Gärten, wächst aber von selbst in den sandigten und trockenen Gegenden der Provintzien Languedoc und Delphinat in Franckreich und perenniret; man muß es vor rauher kalter Lufft in acht nehmen. Durch die kleinere Blumen, die von Farben gelblicht sind, und oben an den Stengeln beysammen stehen, und durch die zarte Blätter, die den Stab-Wurtz-Blättern ähnlich sind, wird es leicht von den andern Gattungen unterschieden.

GNAPHALIUM LUSITANICUM SEMINE ECHINATO, Portugisisches Ruhr-Kraut mit stachelichten Saamen. Siehe die 550. Kupffer-Platte. l. e.

Gnaphalium supinum echinato semine. Floret Julio in hortis curiosorum, sponte oritur in Lusitania, annua est planta, quamvis tota incana sit hæc planta, seminibus tamen differt à genuino Gnaphalio. *Volck.* 195. Hinc Gnaphalodes quasi planta ad Gnaphalium accedens Tournefortio appellata, & est illi p. 439. plantæ genus flore flosculoso, plurimis scilicet flosculis sterilibus constante. Embryones autem, qui calicem floris constituebant, abeunt in fructum cristatum, semine fœtum plerumque oblongo. conf. *Boerhaav.* Ind. II. p. 103.

Dieses Portugisische ruckwärts liegende Ruhr-Kraut blühet in den Gärten der Liebhaber im Monath Julio, wächst aber von selbst in Portugall, und ist eine jährliche Pflantze; ob nun gleich diß Ge-

Gewächs gantz wolligt ist, so unterscheidet es sich doch durch den stachelichten Saamen von dem rechten Ruhr-Kraut. Dahero es auch Tournefort unter einen besonderen Titel bringet, und ihm den Nahmen Gnaphalodes, daß ist eine dem Ruhr-Kraut ähnliche Pflantze beyleget. Nach dessen Beschreibung ist es eine Art Pflantzen, mit einer aus vielen kleinen unfruchtbahren Blümlein zusammen gesetzten Blume. Die jungen Ansetzlinge aber, die den Kelch der Blume ausmachten, werden zu einer Frucht, die einen Kamm oder Federbusch auf hat, und mehrentheils mit länglichten Saamen angefüllet ist.

GNAPHALIUM AFRICANUM FOETIDUM, LATIFOLIUM, MAXIMUM, FLORE AUREO, stinckendes Africanisches Ruhr-Kraut, mit sehr grossen breiten Blättern und Goldgelber Blume. Siehe die 550. Kupffer-Platte. l. f.

Datur hujus Gnaphalii duplex species, altera flore argenteo, altera flore aureo: utraque a Dn. D. Volckamero commemorata p. 194. Biennium, inquit, durant, & multiplicantur seminibus, quæ ineunte vere sata, feliciter progerminant. E radice siquidem fibrosa eriguntur caules cubitales, & ultra, quos alterno ordine circumdant folia, & latiori basi in acutum mucronem desinentia, ampla, inferna parte cum caulibus, quibus adnascuntur, incana lanugine pubescentia, prona parte læte virentia, unctuosa tactu, ingrato odore nares ferientia. E summitatibus caulium prodeunt plura capitula conglomerata quasi serie, argenteoque splendore, vel aureo intuentium oculos pascentia: hisce tandem mediante solis calore explicatis, in medio disci innumeri prodeunt flosculi, minutissimi, tubulosi, in summitate quinquefariam divisi ac staminosi; quorum singuli singulo insident seminis rudimento; discum ambiunt complures squamulæ, siccæ, lucidæ, ac ad seminum maturitatem perdurantes, immarcescibiles, argentei, vel aurei coloris. Florum post marcescentiam generantur semina complura, nuda, minima, oblonga, teretia, subfusca, in pappo latitantia; *hæc Volckamerus*. Idem Gnaphalium esse videtur, quod in H. A. P. II. p. 111. titulum habet Elichrysum Africanum, latifolium, fœtidum, capitulo aureo. *Conf. Boerhaav.* Ind. I. p. 120.

Es hat der Herr D. Volckamer von diesem Africanischen Ruhr-Kraut zwey Gattungen angeführet, die eine mit silberfarbenen, die andere mit einer gold-gelben Blume, welche er beyde also beschrieben. Sie währen zwey Jahr, und werden durch den Saamen, den man bey angehenden Frühling säet, fortgepflantzet, und wachsen auch gerne. Aus der fäserigten Wurtzel treiben Ellen-hohe und noch höhere Stengel, um welche wechsels-weise die Blätter stehen, die aus dem unteren breiten Grund endlich gantz spitzig als ein Dolch zulauffen, untenher sind sie nebst den Stengeln, an welche sie genau anwachsen, mit einer graulichten Wolle gantz überzogen, obenher aber hellgrün, fett und öligt anzufühlen, und geben einen widrigen Geruch. Oben an den Stengeln kommen viele Häuptel in einer gleichsahm zusammen gekneuelten Reyhe, und fallen mit ihrem silber- oder gold-färbigen Glantz sehr ins Auge. Wann diese Häuptel sich durch der Sonnen-Wärme ausbreiten, so erscheinen mitten an der Scheibe unzehlich kleine Blümlein, die sehr klein, röhrigt, oben fünfffach getheilet, und fäserigt sind. Jedes derselben sitzet auf dem Anfang oder Ansetzling des Saamens. Um die Scheibe stehen viele, trockene, glänzende und biß zur Reiffung des Saamens fortdaurende, unverwelckliche silber- oder gold-färbige kleine Schuppen. Nachdem die Blume verwelcket, folgen sehr viele, blosse, gar kleine, länglichte, runde, dunckelröthlichte, und in der Wolle verborgene Saamen-Körner. Soweit Herr D. Volckamer. Es scheinet aber eben dasselbe Africanische Ruhr-Kraut zu seyn, welches im andern Theil des H. M. Amst. p. 111. zu finden.

GNAPHALIUM ORIENTALE FLORE SPECIOSO, Americanisches Ruhr-Kraut mit schöner Blume. Siehe die 550. Kupffer-Platte. l. g.

GNAPHALIUM SEU ELYCHRYSUM ANGUSTIFOLIUM LUTEUM, schmahlblätterigtes Ruhr-Kraut mit gelber Blume. Siehe die 551. Kupffer-Platte. l. a.

GNAPHALIUM MONTANUM SEU PES CATI FLORE CANDIDO, Katzen-Fuß mit weisser Blume. Siehe die 551. Kupffer-Platte. l. b.

GNAPHALIUM MONTANUM FLORE RUBRO, Berg-Ruhr-Kraut mit rother Blume. Siehe die 551. Kupffer-Platte. l. c.

GNAPHALIUM MONTANUM FLORE ROTUNDIORI, Berg-Ruhr-Kraut mit rundlichter Blume. Siehe die 551. Kupffer-Platte. l. d.

Montana hæc tria Gnaphalia florum saltem differunt colore, & nonnunquam longiori folio titulo Elichrysi & Pilosellæ etiam venire solent. Foliis autem humo quasi stratis, plantulam ambientibus, ex angustiori basi in latius tendentibus, floseulis quasi globosis, aliquot in summitate cauliculi congestis, vel rubri, vel incarnati, vel albi coloris facili negotio discernuntur. *Volck.* 193. Florent Majo & Junio in editioribus. *Perenn. Rupp.* 156. *Boerhaav.* I. 128. *Tournef.* 453. *Clusius* 328.

Diese drey Gattungen von Berg-Ruhr-Kraut, Mäus-Oehrlein, Engel-Blum, Katzen-Pfötlein genennet, sind blos durch die Farbe der Blumen, und durch etwas längere Blätter voneinander unterschieden. Man findet sie bey den mehresten unter den Nahmen Elichrysum und Pilosella. Sie sind leicht kenntlich durch die Blätter, welche gleichsahm auf der Erde zerstreuet, und rund um die Pflantze herum liegen, unten sind sie schmähler, oben aber gehen sie breiter heraus, die Blümlein sind fast Kugelrund, und stehen einige oben an den Spitzen der Stengel beysammen, von Farb entweder roth, oder incarnat, oder weis. Sie blühen im May und Junio auf hohen Oertern und Bergen.

Usus Medicus.

Gnaphalium vulgare, majus, atque Germanicum inter officinales plantas relata sunt, quæ multum olei salisque continent. Propter partes suas alcalinas multisque terrestribus particulis mixtas virtutem habet adstringendi & siccandi. Hinc Hæmorrhagiæ, Dysenteriæ, nimio mensium fluxui atque anginæ conducit. Aqua destillata ad cancrum mammillarum adhibetur; infantum collo contra vermes appendisolet *Dale* 154. *Flora Franc. Zornius. Lemery.* Hodie autem plantæ hujus usus rarior existit.

Das gemeine, grössere, und Teutsche Ruhr-Kraut werden unter die Kräuter in den Officinen gerechnet, welche viel Oel und Saltz bey sich führen. Wegen seines alcalischen mit vielen irdischen Theilen vermischten Wesens hat es die Krafft anzuziehen und zu trocknen. Folglich wird es in Blutspeyen, rother Ruhr, zu starcken Fluß der monathlichen Zeit, und in Hals-Geschwären vor dienlich gehalten. Das davon distillirte Wasser curiret den Krebs an den Brüsten, man hängt es auch den Kindern gegen die Würmer an den Hals. Es wird aber dieses Kraut zu unsern Zeiten gar selten mehr gebraucht.

GOSSYPIUM.

GOSSYPIUM s. Xylon, Cottonium, Gossampinus, ξύλον, βόμβαξ, δένδρον, ἐριόδενδρον *Græc.* Cotone, Bombace, Bombagia. *Ital.* Algodon. *Hisp.* Cotton. *Gall.* Cottontree. *Angl.* Cotoen, Bombesien. *Belg.* Bawelna. *Bob.* Bawelne drzewo. *Pol.* Bahlabah. *Arab.* Gyapott. *Hung.* Cot. *Syriace.* Ychcaxihuitl. *Mexic.* Pambeh. *Persice.* Gotnemsegiar. *Egypt.* Baumwollen Staude. *Germ.*

CHARACTER. Gossypium seu Xylon est plantæ genus flore monopetalo, campaniformi, patente, & multifido, ex cujus fundo emergit tubus pyramidatus, staminibus plerumque onustus. Ex calice vero surgit pistillum infimæ floris parti, tuboque ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum subrotundum, in quaterna aut plura loculamenta divisum, apice dehiscentem, seminibusque fœtum, obductis molli illa lanugine in fila ductili, quæ Xylon seu Gossypium appellatur. *Tournef.* 101. Duplex ejus species autoribus plerisque cognita, altera arboreum, alterum frutescens annuum Gossypium, in eo convenit, quod tum foliis tum flore Alceam Indicam referat. Arbor Pini altitudinem sæpe assequitur, Frutex autem parvulus est atque Rubum nostrum magnitudine æquat. Folia, pediculis longis appensa, sunt Malvæ & Alceæ, Vitis autem & Sycomori minora, colore viridi. Flos est perfectus, simplex, regularis, monopetalus, profunde divisus, flavus, purpura in fundo emergente, striasque emittente, per oras crenatus. Fructus nucem juglandem primo æquat, postea vero solis expansus calore mediocre pomum refert. Hoc vasculum seminale (in terna tantum *Tournef.* & *Boerhaav.* in quaterna aut plura) loculamenta divisum, & mollissima lanugine candidaque seminibus intermixta aut adhærente repletum. Semina hæc sunt nigricantia, numero plerumque septem dulcedine nucem, magnitudine Terebinthinum aut Cubebam referentia. Sponte quidem sua Gossypium in nonnullis ad Orientem spectantibus regionibus provenit, summo autem studio in plerisque Indiæ Orientalis & Occidentalis colitur; Seritur

tur etiam copiose in Sicilia, Regno Neapolitano, & insula Cypro & Melita. Floret apud nos in hortis curiosorum, & propagatur per semina ex calidioribus regionibus transmittenda, quæ tamen nunquam sub nostro sole maturantur. Floret sub fine Augusti. C. B. P. 430. *Boerhaav.* I. 273. *Volck.* 195. *Tabernæm.* II. 451. *Pomet.* P. I. 307. *Valentin.* P. I. p. 353. *Rechi* 308. *Dappers* Beschreibung von Persien p. 66. Meister. p. 90.

Baumwolle ist eine Art Pflantzen mit einer einblätterigten, Klockenförmigen, offenen, und vielmahl getheilten Blume, aus deren Grund eine Pyramiden gleiche Röhre hervortritt, die mit sehr vielen Fäsern besetzet ist. Aus dem Kelch aber entstehet der Stempffel, der an dem untersten theil der Blume und an dem Rohr als ein Nagel fest eingeschlagen, woraus hernach eine fast runde, und in vier oder mehr Fächer getheilete Frucht erfolget, die oben an der Spitze voneinander fällt, und einen Saamen träget, der mit der weichen Wolle überzogen ist, die man nachhero spinnet, und Baum-Wolle nennet. Man findet bey den mehresten Autoribus zwey Gattungen von diesem Gewächse, die eine wird Baumshoch, die andere aber ist eine Staude oder Kraut, darinn kommen sie beyde überein, daß sie den Blättern und der Blume der Indischen Alcea gleichkommen. Der Baumwollene Baum soll die Höhe, als eine Fichte offt erreichen. Die Staude aber ist klein, und kommt unserer Brombeer-Staude fast gleich. Die Blätter sind wie an den Pappeln und Eybisch, hängen an ziemlich langen Stengeln, sind aber kleiner als am Weinstock und Maulbeer-Baum, von recht grüner Farbe. Die Blume ist vollkommen eintzeln, irregulair, einblätterigt, biß auf den Grund getheilet, gelb, auf den Grund inwendig purpurroth, daran die Streiffen sich weiter herauf ziehen, am Rande etwas gekerbt. Die Frucht ist erstlich so groß als eine Welsche Nuß, wann sie sich aber durch die Wärme der Sonne hervor gethan, so groß als ein mittelmäßiger Apffel. Diß Saamen-Gefäß, von welchen Tournefort und Boerhaave behaupten, daß es vier und noch mehr fächerigt sey, Volckamerus aber mit recht setzet, daß es nur dreyfächerigt ist mit der weichesten und weissesten Wolle, unter welcher der Saame vermischet, oder nur anhänget, angefüllet. Die Saamen-Körner sind schwärtzlicht, an der Zahl mehrentheils sieben, so süß wie ein Nußkern, von grösse aber als Terbenthin oder eine Cubebe. Es wächst diese Pflantze zwar an einigen Morgenländischen Oertern von selbst, wird aber von den mehresten Ost- und West-Indischen Völckern mit grossem Fleiß gebauet. Man säet es häuffig in Sicilien, Neapel, Malta, Cypern. Es blühet bey uns in den Gärten, und wird durch Saamen, den man aus warmen Ländern kommen lässet, gezogen, weil bey uns kein Saame reiff werden will. Es blühet zu Ende des Augusti.

NOTA. Quin antiquioribus populis Gossypium seu Xylon haud fuerit incognitum, ex *Theophrasto* & *Plinio* constare arbitror, hujus Gossampinum a Gossypio non multum saltem specie differre, facile ex descriptione videre licet. Varias ejus species variam tellurem proferre, experientia docet. Tomo enim III. *Horti Malab.* p. 59. Panja seu Panjala arbor lanigera *Bontii* est, seu forsan lanifera arbor peregrina *Clusii Exot.* Libr. I. c. 14. & Gossypium Javanense salicis folio *Caspar. Baubin.* P. p. 431. Addenda his est Moul-Elavou sive arbor lanigera spinosa, quam C. B. p. 431. Gossypium arboreum caule spinoso appellavit, rectius autem lanigera spinosa Malabarica à Commentatore Horti Malab. l. c. p. 61. & 62. dicitur. De duabus à nobis productis speciebus *Knauthii* observationem commemorare juvat. Gossypium florem quidem malvaceo generi similem producit, sed fructu ab ipso differt, qui in tres capsulas distinguitur, qualem numerum quoque *Rajus* naturalem & ordinarium esse existimat. Semina præ omnibus plantis monopetalis hoc peculiare habent, quod Cotone involvantur.

Man darff wohl nicht zweiffeln, daß die Baum-Wolle tragende Bäume und Stauden den alten Völckern nicht sollten bekannt gewesen seyn, vornehmlich wenn man das jenige leset, was Theophrastus und Plinius davon aufgezeichnet haben. Des Plinii Gossampinus ist entweder von den Xilo gar nicht, oder nur nach der Art unterschieden. Man siehet auch aus so vielen Reise-Beschreibungen, daß es von diesen Blumen und Stauden vielerley Gattungen nach verschiedenen Himmels-Gegenden gebe. Es sind davon zwey Arten in den Horto Malab. p. III. angeführet, welche auch beyde bey C. B. P. p. 431. wiewohl mit etwas veränderten Umständen vorkommen. Von unseren beyden angeführten Sorten mercket noch Herr Knauth an, daß die Baum-Wolle tragende Staude zwar eine Blume als an den Pappeln trage,

trage, jedoch in betracht der Frucht von denselben unterschieden sey, denn diese theilet sich von selbst in drey Capseln, welche Anzahl auch Rajus vor die natürlichste und ordentlichste hält. Die Saamen Körner haben vor allen einblätterigten dieses besonders, daß sie in der Wolle oder Cotton eingehüllet sind.

GOSSYPIUM ARBOREUM FLORE ATRO PURPUREO, Catton, Baum-Wolle. Siehe die 551. Kupffer-Platte. l. e.

Gossypium arboreum caule lævi. Gossypium perenne & arboreum sive Asiaticum C. B. P. 430. Xylon arboreum I. B. Hujus arboris laniferæ, ut annotat Bellonius, primus mentionem fecit Herodotus, quem postea secuti sunt Theophrastus & Plinius, ac plures alii, estque è numero semper virentium. Dissimile est ab herbaceo seu frutescente proceritate caudicis & glabritie ac magnitudine foliorum, quæ in herbaceo hirsuta sunt, eandem autem quam herbaceum fert lanuginem. Nascitur in Ægypto & Arabia. *Plinius* Libr. XIX. c. I. *Chabr.* 25. Colitur apud nos in hortis. *Perenn. Volck.* 195.

Dieser Wolle tragende Baum hat einen glatten Stamm, und wird das beständig bleibende, bäumigte Asiatische Gossypium genennet. Wie Bellonius angemercket, so hat Herodotus dieses Baums zu erst erwehnet, welchem nachhero Theophrastus, Plinius und andere gefolget sind, und gehöret er zu denen Bäumen, die beständig grünen. Er ist durch die Höhe des Stamms, durch die Glättigkeit und Grösse der Blätter von der anderen Gattung unterschieden, weil bey diesem die Blätter rauch sind, indessen trägt er ebenfalls die bekannte Wolle, und wächst in Egypten und Arabien. Bey uns aber wird er in den Gärten gezogen.

GOSSYPIUM FRUTESCENS ANNUUM, jährlich grünende Baumwollen-Staude. Siehe die 551. Kupffer-Platte. l. f.

Gossypium frutescens semine albo. C. B. P. 430. Gossypium frutescens annuum, folio trilobato Barbadense *Pluckn.*. Xylon sive Gossypium herbaceum. I. B. vide *Characterem.* Sesqui vel bipedalem assequi solet altitudinem.

Cultura.

Utriusque & arborei & frutescentis Gossypii docuit culturam *Muntingius.* Gossypium arbor ex semine ex calidioribus regionibus allato propagatur, quod adolescente Martio Aprilis vel Maji mensis lunâ vasi fictili repleto bene subacta stercore ex gallinaceo & carie arborum constante terra committitur. Servatur hibernaculo, cui medio Septembris insertur, nec ante Majum horto denuo relinquitur, atque ab omni frigore, austro & borea diligenter custoditur, nec florem nec fructum tamen hæc arbor his fert regionibus, & omni adhibito studio & opera ultra tertium annum servare illam non potuit Muntingius, quod etiam expertus est Dn. Weinmannus, qui tamen usque in quartum annum studiose illam coluerat. De Gossypio herba supra jam modum propagandi ex Volckamero in Charactere notavimus. Gossypium, inquit *Camerarius* H. M. p. 68. ex semine prodit & floret, sed fructum ferre per æstatis fugacitatem hisce regionibus non consuevit.

Es hat Munting so wohl von dem Wollen-Baum als auch Staude oder Kraut gehandelt. Jener wird aus dem Saamen, den man aus warmen Ländern bringen läßt, im zunehmenden Mond im Mertz, April oder auch wohl im May ausgesäet, und zwar in ein irden Gefäß, das man mit den Moder von Bäumen und geriebenen Hüner-Mist angefüllet. Man erhält es im Winter-Hauß, wohin es in der Mitte des Septembers, gebracht, und nicht eher als im May wieder heraus bringet, und vor aller Kälte, Ost- und Nord-Wind wohl in acht nimmt. Munting hat zwar allen Fleiß auf die Cultur dieses Baums verwendet, jedoch ihn nicht länger als bis ins dritte Jahr erhalten können. Eben diß hat auch der Herr Weinmann erfahren, der seinen jungen Baum doch biß ins vierte Jahr fortgebracht. Von dem jährlichen Woll-Kraut haben wir schon droben in der Haupt-Beschreibung aus den Volckamero das nöthigste angebracht. Siehe auch Munting p. 442. Gossypium, saget Camerarius, kommt bey uns aus den Saamen, und blühet auch, weil aber der Sommer bey uns gar zu bald vergehet, kan es keine Früchte tragen, welches aber die Erfahrung nicht bestättiget, indem wir davon reiffe Früchte und Saamen in Regensburg gehabt.

Usus Medicus.

Ex Gossypio frutescente, Bombax dicto, lana ac semen, quibus fructus refertus est, in officinis prostant. Lana quidem ad cucuphas & alios sacculos medicinales consuendos uti & ad turundas adhibetur, eadem autem in pulverem redacta, vulneribusque inspersa sanguinem manantem

tem sistit, & accensa hysterico affectu laborantes excitat & solatur. V. Hermanni Cynosur. mat. med. Semina vero nigra & rotunda Tussientibus, Phthysicis & Asthmaticis maxime proficua, eadem propter mucilaginosam suam substantiam & virtutem demulcentem sanguinis acrimoniam egregie temperant, hinc diarrhœam & dysenteriam levant. Ingreditur præcipue famosum pulverem haly contra phthysin, sed facile brevi temporis intervallo rancorem contrahit. Præparatur ex hoc semine Oleum præstantissimum delendis maculis & lentiginibus faciei. Addit *Rechius* l. c. p. 308. Germina tusa atque epota ex aqua, ajunt, mire resistere Scorpionum, Viperarum, cæterorumque animalium venenatorum morsui. Caulis videtur frigidus, siccusque & adstringens, & vulneribus medetur lævigatus & admotus. Folia vero glutinosæ sunt naturæ. *Tabernæm.* II. 451. *Pomet.* I. 307. *Valentini* l. 354. *Lugd.* 222. *Dale.* 394.

Von der jährlich wachsenden Baumwollen Staude, wird die Wolle und die Saamen-Körner, die beyde in der Frucht dieses Gewächses enthalten sind, in den Officinen gefunden. Die Wolle braucht man zu Polstern und andern medicinischen Küßen und Säcklein, wie auch die Wicken daraus zu machen; wenn man aber dieselbe zu Pulver brennet, und in die Wunden streuet, stillet es das Bluten derselben, auch so es denen mit Mutter-Zufällen behaffteten angezündet wird, erwecket es dieselben wiederum. Die schwartzen und runden-Saamen-Körner aber kommen in engbrüstigen und lungensüchtigen Zuständen wohl zu statten, und dieselben temperiren auch wegen ihrer mucilaginösen Substantz, und besänfftigenden Würckung die Schärffe des Geblütes, dahero stillen sie die Ruhr und Durchfall. Sie sind ein Ingrediens des bekandten Lungen-Pulvers, welches man überall in denen Apothecken findet, allein sie werden gemeiniglich nur gar zu bald rantzigt. Man macht aus diesen Saamen ein vortrefflich Oel, wodurch man alle Flecken aus dem Gesichte bringen kan. Rechi seßet noch hinzu, daß die zerstossene Saamen-Körner, wie man sagt, den Stichen der Scorpionen, Ottern, und anderer vergiffteter Thiere ungemein widerstehen. Der Stengel scheinet kalt, trocken, und anziehend zu seyn, und wenn man ihn schabet, und auf die Wunden leget, heilet er. Die Blätter aber sind von einer leimigten Natur.

Usus Mechanicus.

Es ist eines der vornehmsten Stücke von der Ost-Indischen Handlung der Einkauff der Baum-Wolle, und der daraus bereitete Cattun. Es meldet Francisci in den Ost- und West-Indischen Lust-Gärten P. I. p. 555. daß in China mehr als zwey mahl hundert tausend Weber, die alle schier samt dem gantzen Volck mit Baum-Wolle umgehen, und Tücher daraus machen, gefunden werden. Man findet in Olearii Reyse-Beschreibung, daß gantze Städte und Dörffer in Persien sich von der Baum-Wolle nähren. Wie considerable Handlung Malta, Cypern, und dortige Gegenden mit der Baum-wolle treiben, ist bekannt genug. Man lese Valentini l. c. und Pomet. &c.

GRAMEN.

GRAMEN. Ἄγρωστις, ιδος. *Græc.* Gramigna *Ital.* Grama, Gramenha. *Hisp.* Gramen, l'herbe, herbe des Prés, Chien-Dent. *Gall.* Graff. *Angl.* Graff, cruyt. *Belg.* Gräß. *Dan.* Trawa Kostera. *Mosc.* Payr & Trawa. *Pol. & Bob.* Porye, Pouye, Pasibfa. *Hung.* Cotiсta, Cotiata. *Walach.* Anuphi. *Ægypt.* Jebal, Ebal. *Afris.* Thel, Negil. *Arab.* Descha. *Hebr.* Graß. *Germ.*

CHARACTER. Sub generali simulque amplissimo Graminum genere, inquit *Jo. Scheuchzerus in Agrostographia* p. 1. comprehendo omnes illas plantas, quæ petalorum florumque vice præditæ sunt squamulis seu glumis invicem plerumque per paria junctis & coagmentatis, é quarum sinu prodeunt stamina apicibus onusta, quæ flos sunt, quæque eodem, glumarum scilicet gaudent, seminum, ad panificium, aliumque in cibis usum ineptorum, in volucro. Gramen, definiente *Tournefortio* p. 516. est plantæ genus flore apetalo, per fasciculos disposito, pluribus scilicet staminibus constante, ex calice squamoso plerumque surgentibus. Pistillum autem deinde abit in semen subrotundum vel oblongum, parùm admodum farinaceum, calice ipso ceu capsula obvolutum. conf. *Boerhaav.* II. p. 155. ff. Referuntur Gramina *à Rajo* ad herbas culmiferas, & juxta *Volckamerum* sunt semina nuda, glumis vel apertis vel in summitate conniventibus, & non arcte clausis, circumdata, ad singulos

gulos flores stamineos, seu imperfectos, singula, in culmum congesta, vel conglomeratum, vel sparsim; caules geniculati, ad quorum singula genicula unicum duntaxat folium cernitur.

Unter dem gemeinen, und zugleich dem weitschichtigstem Geschlecht des Grases, saget Scheuchzer, begreiffe ich alle diejenigen Pflantzen, welche an statt der Blumen und ihrer Blätter mit kleinen Schuppen oder mehrentheils gleich gegeneinander gesetzten, und gefügten Speltzen versehen sind, aus deren Winckeln oder Schoß Fäser mit Spitzen besetzet hervorkommen, als welche die Blume sind, und welche eben selbe Verdeckung als die Speltzen, und Saamen haben, aber sonst zum Brod und anderen Speisen untauglich sind. Nach Tourneforts Beschreibung ist Gras eine Art Pflantzen, derer Blume keine Blätter hat, die Büschelweis gereyhet, und aus vielen Fäsern bestehet, die mehrentheils aus dem schuppichten Kelch sich in die Höhe richten. Der Stempffel wird hernach zu einen runden oder länglichten Saamen, der sehr wenig Mehl in sich hält, und in dem Kelch selbst als in einer Capsel eingehüllet lieget. Rajus rechnet das Gras überhaupt zu den Halm tragenden Kräutern; nach Herrn D. Volckamers Bezeichnung sind die Saamen-Körner bloß mit entweder offenen, oder an der Spitze durchscheinenden, und eben nicht eng verschlossenen Speltzen umgeben, und sitzet an jeglicher faserigten oder unvollkommnen Blume die Saamen-Körner, an einem Halm, der entweder zusammen gewunden, oder voneinander verstreuet stehet. Die Stengel haben ihre Gleichen und Glieder, und sichet man an einem jeglichem Glied oder Geleiche nur ein Blat.

NOTA, Gramen à gradiendo, quod geniculatis ramis serpat, plerique appellatum esse putant. *Dioscorides* Libr. 4. c. 30. (ed. m. 26.) ἄγρωστιν nominat παρὰ τὸν ἀγρόν, quod in agris proveniat, πᾶσι, quod omnium herbarum frequentissima. Tantus est in graminibus naturæ lusus, ut præter innumeras varietates, à priscis & recentioribus propositas nostra ætas quotidie novas detegat varietates. vide *Buxbaumii* Cent. I. p. 31. ff Præstantissimus autem, qui omnia, de graminibus hactenus conscripta, in unum collegit, autor est Johannes Scheuchzerus, Tigurinus, Acad. Nat. Cur. PHILIPPUS, qui insignem librum Tiguri 1719. in 4. evulgavit, sub titulo: Agrostographia, sive Graminum, Juncorum, Cyperorum, Cyperoidum, iisque affinium Historia. Præmissa illi est Tabula Synoptica, atque Vocum & Terminorum in re graminea usitatorum explicata. Duo autem Graminis constituit summa genera; sunt enim vel spicata vel paniculata, quibus addidit gramina reliqua & graminibus affinia. Spicata gramina sunt vel Monostachya vel Polystachya, illis addidit gramina spicata partim monostachya, partim Polystachya, Panicea dicta, his autem subjunxit gramina nec paniculata, nec spicata seu Anomala. Gramina paniculata sunt vel locustis prædita simplicibus vel compositis. Sub graminibus reliquis & gramini affinibus comparent Linagrostis, Junçoides, Juncoidi affines, Juncus, junco affinis, Canna, Scirpus, Scirpoides, Pseudo-Cyperus, Cyperus, Scirpo-Cyperus, Cyperoides; quas singulas species in novas subdivisiones commodissima divisit methodo.

Gras, Gramen soll von gradiendo gehen, schreiten, herkommen, weil die Halme Glieder weis in die Höhe wachsen, bey den Griechen heisset es ἄγρωστις von dem Acker, weil es sich daselbst am häuffigsten findet. Man trifft freylich bey den alten und neueren Botanicis viele Classen und fast unzehliche Geschlechte von Graß an, allein die Natur bringet so mannigfaltige Gattungen hervor, daß man noch täglich neue entdecket, wovon des Herrn Buxbaums Centurien ein Zeugniß geben können. Der vortrefflichste Autor von dieser Materie, der alles, was bisher von den unterschiedlichen Sorten des Grases nur bekannt geworden, in einen Band gesammlet, ist der berühmte Herr Johannes Scheuchzer zu Zürch, dessen Geschichte des Grases, der Binsen, die Cyper-Graser und aller dahin gehörigen Gewächse in einen Quart-Band 1719. zu Zürch ans Licht getretten. Es stehet vor diesem Buch eine Tabell, auf welcher der Inhalt des gantzen Werckes zu sehen, nebst der Erklärung aller Worte und Terminorum, die er in dieser materie von Gras gebrauchet. Er theilet das Gras überhaupt in zwey Geschlechte, nehmlich in Gras das Aehren und Gras das Büschel träget, zu welchen er noch andere Gattungen, und die mit dem Gras etwas gemeinschafftliches haben, setzet. Das Gras mit Aehren hat entweder eine oder viele Aehren; das Gras mit Büscheln hat entweder eintzeles oder viele und zusammen gesetzete Bälglein oder Kelch. Hiernechst folgen die übrigen und vornehmlich dem Gras verwandte Gattungen,

gen, als Flachs-Gras, Binsen, Rohr, Schilff, Cyper-Gras, und dergleichen; welche Haupt-Eintheilungen er in einer überaus bequemen Methode wieder von neuen ein und abgetheilet.

GRAMEN ALOPECUROIDES, Fuchs-Schwantz-Gras. Siehe die 552. Kupfer-Platte. l. a.

Gramen Alopecuroides ſpica aſpera. C. B. P. p. 4. b. n. VI. Gramen cum cauda leporis aſpera, ſive ſpica murina. I. B. Alopecuroides ſpica aſpera brevi. *Parck.* Gramen ſpicatum, ſpica cylindriaca brevi, radice nodoſa. *Tournef.* 520. *Rupp.* 248. Radix ejus fibris candicantibus, culmus ſpithamalis, communiter pedalis, quandoque altior, folia prope radicem & ex quovis culmo in mucronem deſinentia prodeunt glabra, ſtriata; ſummo culmo ſpica inſidet uno verſu diſpoſita, in metam faſtigiata, longis, denſisque ſpadiceis aut ex ſpadiceo obſcure purpuraſcentibus circumvallata ariſtis. Floret in agrorum marginibus menſe Majo Junio & Julio. *Scheuchzer.* p. 81. *Volck.* 196. Cujus varietates vide apud C. B. P. p. 4. Gramen Alopecuroides Zeylanicum, ſeu Indicum. *Ravvula* Zeylonenſibus. *Burmanni* Theſ. Zeyl.

Fuchs-Schwantz Gras hat eine weiſſe fäſerigte Wurtzel; der Halm wächſt Spannen-Fuß-hoch oder noch höher, an der Wurtzel kommen Blätter, und aus einen jeden Gewerbe eins, das länglicht endlich als ein Dolch zugehet, glatt und geſtreifft iſt. Oben an dem Halm ſtehet die Aehre als ein Knopff oder Woltze zugeſpitzet, mit langen, dichten, bräunlichten oder röthlichten Spitzen. Es blühet im May, Junio und Julio an den Aecker Rheinen.

GRAMEN MILIACEUM, Hirſen-Gras. Siehe die 552. Kupffer-Platte. l. b.

Gramen ſylvaticum, panicula miliacea ſparſa. C. B. P. p. 8. *Tournef.* 523. Gramen miliaceum vulgare. *Volck.* 198. Gramen paniculatum alpinum, latifolium, panicula miliacea ſparſa. *Scheuchzer.* p. 134. Floret Majo in ſylvis Gramen Zeylanicum miliaceum. Gramen Dactilon Orientale, majus, Frumentaceum ſemine Napi. *Kurakkan* Zeylonenſibus. *Burmannus* Theſ. Zeyl.

GRAMEN AVENACEUM, Haber-Gras. Siehe die 552. Kupffer-Platte. l. c.

Gramen avenaceum, panicula ſparſa, locuſtis majoribus & ariſtatis *Tournef.* 526. Feſtuca utriculis lanugine flaveſcentibus. C. B. P. p. 10. Ægilops quibusdam, ariſtis recurvis, ſive Avena piloſa, Avena ſylveſtris ſeu nigra. Ægilops VI. Bromodes 2. Tabernæm. Provenit ad ſepes in arvorum confiniis, floret Junio & Julio, variat magnitudine, hinc tot Gramina avenacea apud autores, maxime *Scheuchzerum* p. 255. ſſ. *Ruppius* 255. *Volckamerus.* 163.

GRAMEN ÆGILOPS, Gerſten-Walg. Siehe die 552. Kupffer-Platte. l. d.

Feſtula avenacea ſterilis elatior C. B. P. p. 9. Gramen avenaceum panicula ſparſa, locuſtis majoribus & ariſtatis. *Tournef.* 526. Bromos herba ſive avena ſterilis *Volck.* 163. Gramen avenaceum arvenſe glumis non villoſis & veluti compreſſis. *Rupp.* 254. *Scheuchzer.* 258. Floret Junio & Julio inter ſegetes in agrorum marginibus, ad ſepes, ſecus vias. Germanice appellatur Dort, Gerſten-Twalch; *Dillenius* 110. Ægilops prima, & avena fatua, Taub-Haber, Gauch-Haber, Gerſten-Twalch.

GRAMEN CRISTATUM. Siehe die 552. Kupffer-Platte. l. e.

Gramen pratenſe, criſtatum, ſeu ſpica oris criſtata læve. C. B. P. 3. Gramen criſtatum I. B. II. 468. Gramen ſpica criſtata lævi vel gramen criſtatum C. B. Prodrom. p. 8. n. XIIX. ſpicam habet tenuem, oblongam, pallide virentem, quæ galli criſtas plurimas, vel ſemen capitis gallinacei dictæ plantæ refert. Provenit in pratis paſſim, floret æſtate. Die Aehre iſt entweder blaß, oder röthlicht.

GRAMEN CARYOPHYLLATUM SPICA VARIA, Näglein-Gras. Siehe die 552. Kupffer-Platte. l. f.

Gramen Caryophyllatum, montanum, ſpica varia. C. B. P. Gramen caryophyllatum Polycarpon, fructu triangulo. *Scheuchzerus* 448. C. B. Prodrom. p. 9. n. XXIII. Folia palmum longa, anguſta, ut in gramine ſpicato caryophyllatæ foliis prodeunt: inter quæ culmi plures, tenues, foliis nudi, in ſummitate ſpicam modo divulſam, modo compactam ſuſtinentes. Floret Majo in ſiccioribus. *Volck.* 199.

GRAMEN MARINUM, Meer-Gras. Siehe die 552. Kupffer-Platte. l. g.

Scirpus maritimus capite glomerato, gramen Cyperoides maritimum. *Tournef.* 528. Granum Cyperoides maritimum C. B. P. p. 6. Gramen marinum Cyperoides *Scheuchzerus* 367. Scabioſa montana flore globoſo foliis anguſtioribus. *Herm.* H. A. L. B. Gramen marinum minus. Caryophyllus montanus minor. C. B. P. Caryophyllus flos aphyllo caulos vel Junceus minor. Floret in pratis ſiccioribus menſe Junio & Julio.

GRA-

GRAMEN PHALARIS, Canarien-Gras. Siehe die 552. Kupffer-Platte. l. h.

Froment de Canarie. *Gall.* Gramen paniculis elegantiſſimis, ſive ἐραγρώστις majus. C. B. P. p. 2. b. n. V. Gramen amoris dictum I. B. 2. 470. Gramen paniculatum ſativum, heragroſtis *Tabernæm.* Gramen Eranthemum ſeu ἐραγρώστις. Phalaroides, paniculatum, multiplici, tenui Bryzæ ſpicâ. Gramen tremulum maximum *Volckam.* p. 198. Gramen Amourettes provenit in agris & vineis, floret æſtate.

GRAMEN GLUMIS VARIIS. Siehe die 552. Kupffer-Platte. l. i.

C. B. Theat. 158. Gramen verſicolor. I. B. Gramen ſpicatum glumis variis. C. B. P. 10. Gramen montanum, ſpica craſſiori, purpuro cœrulea, brevi. *Schleuchzer.* 83. Es hat glänzende und gleichſam Himmel-blaue Aehren, und bringt aus einem groſſen Waſen ſehr viel Aehren. Es blühet in Mertz, April und May, auf Bergen und an freyen Oertern.

GRAMEN LANATUM PRATENSE, Wieſen-Gras. Siehe die 552. Kupffer-Platte. l. k.

Gramen pratenſe, paniculatum, molle. C. B. P. p. 2. Gramen lanatum Dalechampii. *Lugd.* 425. Gramen holoſericum *Hoffmann. Flor. Altorff.* Gramen pratenſe tomentoſum panicula ſparſa. Gnaphalium *Tragi.* Juncus Bombycinus. *J. B.* Gramen junceum lanatum, vel juncus bombycinus vulgaris. *Park.* Linum pratenſe *Cordi.* Floret Majo in pratis ſiccioribus. Der Halm iſt gantz wolligt, die kurtz und dicht aneinander ſtehet. Man findet es auf allen Wieſen, von unterſchiedener Farbe, meiſt weiß, etwas blaulicht oder röthlicht.

GRAMEN PENNATUM ALIIS SPARTEUM, Feder-Gras. Siehe die 553. Kupffer-Platte. l. a.

Gramen plumarium & ſplumeum. *Parck.* Spartum Auſtriacum pennatum. *Cluſii Hiſt.* CCXXI. Gramen Sparteum pennatum majus *Scheuchz.* 153. *Tournef.* 578. C. B. P. 5. In aſperis & apricis floret Junio. Colitur apud nos in hortis ob ſpicarum pennatarum elegantiam. Sponte vero provenit in Auſtria & Hungaria, perennatque. Differt à cæteris, granis aliquot longa, contortaque cauda inſignitis, Manucodiatarum plumulis quodammodo æmulis. *Volck.* 196.

Man nennet diß gefiederte Gras auch Marien-Gras. Die Blätter daran ſind faſt immer als die Binſen zuſammen gewunden; die Halme werden anderthalb bis zwey Schuh hoch, mit lauter ſehr ſubtilen, ſeydenen Fäden oder Haaren nach der Länge beſetzet, die als an den Vogel-Federn ſtehen. Es blühet im Junio und wächſt an rauhen und freyen Oertern. Man hat es wegen der anſehnlichen ſchönen Aehren bey uns in den Gärten, in Oeſterreich aber und Ungarn blühet es von ſelbſt. Es iſt an der ſehr langen Aehre, die wie eine Feder von dem Paradieß-Vogel ausſiehet, von anderen Gattungen leicht kennbahr.

GRAMEN JUNCEUM LANATUM, Woll-Gras. Siehe die 553. Kupffer-Platte. l. b.

Gramen pratenſe paniculatum, molle. Confer die 552. Kupffer-Platte. l. k. Es blühet auf allen Wieſen im May und Junio.

GRAMEN PALUSTRE PANICULA SPARSA, Sumpff-Gras mit zerſtreueten Büſcheln. Siehe die 553. Kupffer-Platte. l. c.

Granum paluſtre vel aculeatum panicula ſparſa. Gramen paluſtre aculeatum germanicum vel minus. C. B. P. 7. Variat ſpicis longioribus, rotundioribus ſæpe in eadem planta. An Gramen paniculatum, proliferum *Tournefortii?* p. 523. Obſervavit idem hanc graminis ſpeciem loco florum proferre ſoboles inſtar allii vel biſtortæ alpinæ minimæ. *Rupp.* 252. Duplex hujus datur ſpecies, una etenim capitulo eſt breviori, & hæc Bauhiniana illa eſt, altera autem capitulo donatur turbinato longiori, quæque *Lælio Triumfetto* dicitur gramen maritimum, Typhinum, brevi & craſſiori ſpica ad ſingula genicula prodeunte. *Scheuchz.* 85.

GRAMEN PANICUM SPICA DIVISA, Fenich-Gras. Siehe die 553. Kupffer-Platte. l. d.

Panicum ſylveſtre herbariorum. I. B. Panicum vulgare ſpica multiplici aſperiuscula *Tourn.* 515. Graminis genus quibusdam, Gallis dens Canis 2. ſive panicum ſylveſtre panicula diviſa. I. B. 2. 443. *Rupp.* 244. C. B. P. 8. *Scheuchzer.* p. 49. *Volck.* 196. Paniz. *Gall.* Panico. *Ital.* Panizo *Hiſp.*

Die Gröſſe dieſes Graſes iſt nach der Beſchaffenheit des Ortes unterſchieden. Die Blätter und Halme ſind in Gelencke oder Gewerbe vertheilet, der Saame iſt äuſſerlich ſchwartz, nach abgezogener Speltze aber weis. Es wächſt an allen Orten an den Rheinen und alten Mauren, neben den Wegen, unter den Kräutern, und blühet im Junio und Julio.

GRA-

GRAMEN NEMOROSUM HIRSUTUM MINUS. Siehe die 553. Kupffer-Platte. l. e.

Gramen nemorosum hirsutum angustifolium *Parck.* Gramen hirsutum capitulis Psyllii. C. B. P. p. 7. Gramen sylvaticum quartum *Tabernæm.* Gramen Luzulæ minus I. B. Herba Luzula Italorum *Cæsalpini*, Gramen rore lucidum, nemorense sive Luzulæ. Gramen nemorosum hirsutum vulgare *Raj. Scheuchz.* p. 315. Floret in pascuis Aprili & Majo. *Volck.* 198.

GRAMEN JUNCEUM FOLIO ARTICULATO AQUATICUM. Siehe die 553 Kupffer-Platte. l. f.

C. B. P. 5. *Prodr.* 12. *Theatr.* 76. Juncus foliaceus, capsulis triangulis. I. B. II. 521. Juncus foliis articulosis floribus umbellatis. *Tournef.* 247 Gramen aquaticum *Tabern.* Gramen aquaticum alterum *Lobel.*

Die Blumen haben sechs Blätter, die rund herum in einem Creiß stehen, sind oben gantz spitzig, das Saamen-Gefäß ist dreyeckigt, und wird gantz bräunlicht, worin sich sehr vieler kleiner Saamen findet. Es wächst an nassen und sümpfigten Orten, und blühet im Junio, Julio und Augusto.

GRAMEN PRATENSE CRISTATUM. Siehe die 553. Kupffer-Platte. l. g.

Gramen Typhinum plantaginis spica, glumis digitatis heteromallon majus *Scheuchz.* 79. *Rupp.* 257. In omnibus pratis communissimum est. Floret mense Majo & per totam fere æstatem.

GRAMEN PRATENSE MINUS, klein Wiesen-Gras. Siehe die 553. Kupffer-Platte. l. h.

Gramen pratense minus, rubrum. C. B. P. 2. Gramen paniculatum minus. *Tabern.* pratense minimum album & rubrum. *Park.* pratense minus seu vulgatissimum. *Raj. Volck.* p. 197. *Rupp.* 253. *Scheuchz.* 180. Ad semitas pratorum, & ad vias publicas passim floret toto ferè anno.

GRAMEN FLORIDUM, Blumen-Gras. Siehe die 553. Kupffer-Platte. l. i.

Alsine pratensis, gramineo folio, ampliori *Tournef.* Caryophyllus arvensis glaber flore majore & minore. *Rupp. Volck.* p. 21. Floret mense Majo in sylvis & dumetis nec non in pratis. Gramen Euphrasiæ. *Germanice* Augen-Trost Gras. *Thalius* 49.

GRAMEN TYPHOIDES SPICA MULTIPLICI. Siehe die 553. Kupffer-Platte. l. k.

Scheuchzer. p. 458. *Rupp.* 248. *Volck.* 296.

GRAMEN ARUNDINACEUM, Rohr-Gras. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. a.

Gramen arundinaceum Calamogrostis dictum, spica multiplici. C. B. P. p. 6. Calamogrostis sive Gramen arundinaceum majus. *Park.* Gramen Calamogrostis *Lob. Tournef.* 523. *Ruppius* 258. Provenit Majo & Junio & Julio, ad Lacus, Piscinas & locis udis. *Volck.* 197. Es ist gleichsam eine mittlere Gattung zwischen Rohr und Gras, und wächst nach Beschaffenheit des Ortes gröſſer oder kleiner. Das Vieh isset es nicht, und wenn es aus Noth daran frisset, ist es ihm mehrentheils schädlich, indem es sich dadurch den Hals und Schlund verwundet.

GRAMEN SYLVATICUM NEMOROSUM ASPERUM. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. b.

Gramen Cyperoides spicatum, minimum, spica divulsa, aculeata. *Rajus.* Gramen Cyperoides spicatum, minus, spica longa divulsa seu interrupta. Gramen nemorosum, spicis parvis, asperis C. B. P. 7. Scirpoides spica laxa, minus. Gramen Cyperoides, echinata & rara spica nemorum, minus. Gramen sylvaticum III. Tabernæmontani, parvum tenuifolium, cum spica aculeata. I. B. II. 509. *Scheuchzer.* 485. Provenit locis udis, itemque nemorosis, totaque æstate frequentissimè floret.

Wald-Gras hat eine rauhe, stachelichte Aehre, bald breitere, bald schmählere Blätter, findet sich häuffig in den Hecken, Wäldern, und etwas nassen Wiesen.

GRAMEN CYPEROIDES MINUS PANICULA SPARSA SUBFLAVESCENTE. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. c.

Cyperus minimus panicula sparsa & nigricante & subflavescente obvenit. *Tournef.* 527. Gramen pulchrum parvum, panicula lata compressa I. B. II. 470. cujus dantur & major & minor species *Scheuchzerus* p. 385. Invenitur locis udis & palustribus, floret tota æstate maxime Majo & Junio. C. B. P. p. 6. *Rupp.* 257. *Volck.* 199. *Hoffmann.*

GRAMEN CYPEROIDES MINUS PANICULIS ELEGANTISSIMIS. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. d. C. B. P. 2. wächst auf trockenen Bergen heißt auch Polyanthes, wegen der schönen Büschel oder den daran kommenden Blumen.

GRAMEN CYPEROIDES MINUS PANICULA SPARSA, Strauß-Gras. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. e.

Varietates saltem in paniculis deprehendun-

tur; florent eodem tempore atque loco. *Scheuchzerus* 384. & 385. C. B. P. p. 6. *Tournef.* 527. *Lugd.* 428.

GRAMEN TYPHOIDES MAXIMUM SPICA LONGISSIMA, gar groß Fuchs-Schwantz-Gras. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. f.

Gramen ſpicatum ſpica cylindriaca, longiſſima *Tournef.* 519. C. B. P. 4. *Prodr.* 10. Gramen cum cauda muris majoris longa majus. I. B. II. 472. *Rupp.* 248. creſcit in pratis lætioribus menſe Majo & Junio, verſus autumnum autem ſpicæ per maturitatem fuſcæ evadunt. *Scheuchzerus* p. 60. Die Blätter ſind rauch, die Aehren Hand hoch und offt noch höher, wenn man ſie abwärts ſtreichet, iſt ſie glatt, aufwärts aber rauch und faſt ſtachelicht, beſtehet aus unendlich vielen kleinen Schuppen, blühet im May und Junio auf fetten Wieſen, und trocknen Gras-Boden.

GRAMEN MANNÆ Gremil, Herbes aux perles, Schwaden. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. g.

Gramen Dactylon folio latiore C. B. P. p. 8. n. VIII. Gramen Dactylon eſculentum, Manna cœleſtis Germanorum. Graminis genus, dens Canis Ill. vel primum Sancti Galli crus. I. B. II. 444. Ischæmum Gramen ſanguinarium. *Tabernæm.* Gramen dactylon repens cum panicula graminis Mannæ *Tournef.* 520. *Rupp.* 248. *Volck.* 198. *Scheuchzer.* 102. Graminis ſpecies, cujus ſemina comeduntur loco oryzæ apud Zeylonenſes *Badhamu* appellatur. *Burmannus.* Annuum eſt.

Man nennet diß Gras Dactylon, weil deſſen Büſchel oder Aehren in vier, fünff bis ſechs Theile getheilet gleichſahm die ausgebreitete Finger an der Hand vorſtellen. Bey den Italiänern heiſſet es Capreola, Sanguinaria, weil deſſen mit zarten Spitzen beſetzte Aehren an den zarten Theilen des menſchlichen Leibes, als aus der Naſen, Blut hervorbringen. In Cärnthen, und den daſigen Gegenden wiſſen die Bauers Leute den Schwaden zu ſäen und als die Hirſe zu ſammlen, und in Fleiſch-Brühe zu kochen. Man nennet es auch pedem cornicis Krähen-Fuß, Himmels-Thau, Manna, Gras. Man ſäet es auch in Pohlen, und wird es von Dantzig aus ſtarck verfahren, und in den See-Städten zum Brey vielfältig gebraucht. D. Pauli zeiget an, daß es auch in der Inſul Laland häuffig wachſe. Man braucht es zwar nicht zur Artzeney. Doch führet D. Pauli an, daß es eben die Kräffte, als der Reys habe, mäßig den Leib adſtringire, die harten Brüſte erweiche, und in Speiſen mittelmäßige Nahrung gebe. Um Cüſtrin und Spandau wachſen ſie in den Brüchen und ſumpffigen Orten häuffig genug. Elßholtz. 25.

GRAMEN CANINUM ARVENSE, Hunds-Gras. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. h.

Gramen caninum arvenſe, ſive Gramen Dioſcoridis C. B. P. p. 1. n. 1. Gramen caninum arvenſe ſeu primum Dioſcoridis & Officinarum *Tournef.* 516. Gramen loliaceum radice repente *Boerhaave* II. 155. Canarium medicatum, *Lob.* Salſaparillaceum noſtrum *Hoffmann.* Quecken, Peden, Hunds-Zahn, Rech-Gras. Sive gramen officinarum, *Chabr.* 181. *Scheuchz.* p. 5.

Diß Hunds-Gras iſt das allergemeinſte auf den Aeckern, Gärten, Wegen, Mauren, Zäunen, und blühet meiſtens im Junio. Die Bauren pflegen es ſorgfältig mit dem Pflug heraus zu reiſſen, daß man ſelten deſſen Aehre ſiehet, als welche über dem von unterſchiedlicher Gattung iſt.

GRAMEN PRATENSE PANICULATUM MINUS, Heu. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. i.

Gramen pratenſe, paniculatum, minus, album. C. B. P. p. 3. & rubrum. *Parck.* Pratenſe minus ſeu vulgatiſſimum *Raj. Tournef.* 521. Tota æſtate viget ſecus vias & agrorum limites. *Volck.* 197. variat hoc panicula & culmis purpuraſcentibus albis. *Scheuchz.* 189. 190.

GRAMEN PRATENSE VULGATIUS, Fœnum, Heu, Gras. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. k.

C. B. P. p. 2. Gramen pratenſe paniculatum majus. Gramen pratenſe primum & vulgare, floret Majo in pratis herbidis. Hæc ſpecies mihi Theophraſti eſſe videtur. Es finden ſich unendlich viele unterſchiedene Gattungen von Heu, vornehmlich nach Beſchaffenheit des Ortes und der Aehren. Die Frantzoſen nennen den Saamen fleur de foin.

GRAMEN TREMULUM MAXIMUM, Gras-Zitter-Gras. Siehe die 554. Kupffer-Platte. l. l.

C. B. P. p. 2. *Prodrom.* 5. Gramen paniculatum, Locuſtis maximis, candicantibus, vel rufeſcentibus, tremulis *Tournef.* 523. Locuſtis maximis phœniceis, tremulis. *Ibid.* Gramen tremula panicula longiore & laxiore. Gramen Phalaroides majus, ferruginea nutante panicula. Gramen tremulum maximum Hiſpanicum. *Volck.* p. 198.

p. 198. *Scheuchzer.* p. 202. Colore panicularum variat, est & rufescentis & albi coloris. In Italia & Hispania est frequentissimum, apud nos colitur quandoque in hortis. *Chabr.* 184. amourettes tremblantes.

GRAMEN CYPEROIDES MAJUS LATIFOLIUM, CAREX, Cyper-Gras. Siehe die 555. Kupffer-Platte. l. a.

Gramen Cyperoides latifolium spica rufa seu caule triangulo C. B. P. p. 6. n. I. Gramen cyperoides cum paniculis nigris I. B. II. 494. Carex *Tragi.* Crescit humidioribus locis Majo, maxime circa loca aquosa, rivos, præcipue stagnantes, frequentissimum est. Datur etiam spicarum quoad colorem varietas. *Scheuchzer.* p. 458. *Volck.* 199. Cyper-Gras ist nach der Grösse und Farbe, Gestalt, Länge der Aehren, und auch nach den Blättern, die bald breiter bald schmähler sind, sehr unterschieden.

GRAMEN NEMOROSUM HIRSUTUM CAPITULIS PSYLLII. Siehe die 555. Kupffer-Platte. l. b.

Conf. die 553. Kupffer-Platte. l. e. C. B. P. 7.

GRAMEN JUNCEUM MONSTROSUM FOLIO ARTICULATO SYLVATICUM. Siehe die 555. Kupffer-Platte. l. c.

C. B. P. p. 5. *Dillen*, 110. ad vias pratorum humidas reperitur.

GRAMEN JUNCEUM FOLIO ARTICULATO. Siehe die 555. Kupffer-Platte. l. d.

Gramen junceum folio articulato aquaticum. C. B. P. Gramen junceum aquaticum alterum I. B. Juncus foliaceus capsulis triangulis. Floret Julio & Augusto in uliginosis & pratis udis. *Volck.* 198.

GRAMEN TREMULUM MINUS, Zitter-Gras. Siehe die 555. Kupffer-Platte. l. e.

Gramen tremulum minus panicula parva C. B. P. 2. *Prodrom.* p. 4. Gramen tremulum minus locustis parvis, tremulis *Tournef.* 524. In montosis sterilioribus frequens floret Majo & tota fere æstate. *Rupp.* 253. Flittern, Haasen-Brod.

GRAMEN HIRSUTUM CAPITULIS PSYLLII. Siehe die 555. Kupffer-Platte. l. f.

Scheuchzerus 310. ff. In pratis humidioribus Majo. *Dillen.* 54. 41.

GRAMEN LATIFOLIUM SPICA TRITICEA COMPACTA, Weitzen-Gras. Siehe die 555. Kupffer-Platte. l. g.

Gramen latifolium spica triticea latiore compacta C. B. P. 8. *Prodr.* p. 18. n. LII. Ad sepes & in agris frequenter floret Majo & Junio. *Scheuchzerus* p. 4. Variat latiore & angustiore folio, appellatur etiam Gramen avenaceum dumetorum spicatum. *Rupp.* 246.

GRAMEN STRIATUM, bunt gestreifft Gras. Siehe die 555. Kupffer-Platte. l. h.

Gramen striis pictum. I. B. Gramen paniculatum folio variegato. C. B. P. p. 3. Gramen sulcatum vel striatum album *Lob.* Gramen paniculatum, aquaticum, Phalaridis semine folio variegato, *Tournef.* 523. *Scheuchzer.* 127. Floret Junio in hortis. *Volck.* 197. Es heisset auch Welsch-Gras, Spanisch-Gras, die Blätter sind mit weissen, grünen, und graulichten Streiffen nach der Länge durchzogen, es ist die Farbe den Blättern nach, die bald grün, weißlicht, Leibfarb sind, unterschiedener Gattung.

GRAMEN TREMULUM MEDIUM, mittlers Zitter-Gras. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. a.

GRAMEN HORDEACEUM MINUS, klein Gersten-Gras. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. b.

Gramen hordeaceum minus & vulgare C. B. p. 9. Gramen spicatum vulgare secalinum *Tournef.* 517. Hordeum murinum I. B. II. 431. Hordeum spontaneum spurium. Holcus Plinii Anguillaræ *Lob.* Ad muros, sepes, & in ruderatis frequens floret æstate. *Rupp.* 247. *Scheuchzerus* p. 14. *Volck.* 196. Maus-Gras, taub Korn.

GRAMEN NODOSUM SPICA FLAVESCENTE, Knod-Gras. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. c.

C. B. P. p. 2. *Scheuchzer.* 237. Nascitur in segetibus, secus agrorum margines & in collibus inter alia gramina *Chabræus* 180. Die Wurtzeln dieses Grases sind knotigt, da ein Knote über den andern sitzet.

GRAMEN JUNCEUM ANGUSTIFOLIUM. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. d.

GRAMEN LOLIACEUM SPICA LONGIORE, Lülch-Gras. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. e.

Gramen Loliaceum spica longiore, seu Lolium Dioscoridis αἶρα dictum Lolium & æra Plinio. C. B. P. 9. Gramen Loliaceum spica longiore, aristas habens. Lolium gramineum, spicatum, caput tentans I. B. II. 437. Gramen frumentaceum quartum *Jungermanni Volk.* 196. Inter segetes passim nimis frequens floret æstate. *Germ.* Lülch, Trespen. *Rupp.* 245. *Scheuchzer.* p. 31.

GRAMEN MARITIMUM PANICULA LOLIACEA. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. f.

C. B.

C. B. P. p. 49. *Prodr.* p. 19. n. LXIII. Gramen Loliaceum panicula ramosa maritimum *Scheuchzerus* p. 274. In maritimis frequens est.

GRAMEN SPICA BRIZÆ MAJUS. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. g.

Scheuchzerus p. 36. Gramen loliaceum altissimum, spica brizæ perlonga aristis brevibus donata. *Tournef.* 517 C. B. P. p. 9. *Prodr.* 19. In asperis & apricis soli meridiano expositis, floret æstate, magnitudine variat. *Rupp.* 246.

GRAMEN JUNCEUM SECUNDUM. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. h.

Gramen junceum Polystachion. C. B. P. 5. Gramen junceum secundum vel junceum aquaticum majus *Tabernæm.* Floret Julio & Augusto in uliginosis. *Volck.* 198.

GRAMEN PRATENSE PANICULATUM MOLLE, Wiesen-Gras, Heu. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. i.

Floret Majo in pratis siccioribus. *Volck.* 193. Gramen lanatum C. B. P. 2. *Scheuchz.* 234.

GRAMEN CYPERINUM MINUS, klein Cyper-Gras. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. k.

Scheuchzer. 385. 386. C. B. P. 6. Gramen hirsutum exile Cyperoides *Lob.* Cyperella, floret Aprili in aridis passim.

GRAMEN PRATENSE PANICULA MULTIPLICI. Siehe die 556. Kupffer-Platte. l. l.

Die kleineste Art gemeines Grases, das aller Orten sonderlich auf den Wiesen schon im Anfang des Februarii, wenn das Wetter schön ist, hervorzugrünen pflegt.

Usus Medicus.

Ex innumeris fere graminis speciebus solum gramen Caninum sive Dioscoridis, quod Hoffmannus falsaparillaceum appellat, usui medico inservit, atque in officinis ejus radix inter quinque aperientes minores habetur. Radices enim multum salis essentialis, parum vero continentes olei, tenuium ac penetrantium partium participes, frigidæ sunt primo & siccæ secundo gradu. Virtutem habent refrigerandi, siccandi, aperiendi, subadstringendi, & consolidandi, quare ob recentium vulnerum consolidationem à nonnullis etiam uniola appellatur. His radicibus potissimum ad reserandas hepatis obstructiones & infarctus, & illius socii lienis, uti & mesenterii, maxime si febres ex iis scaturiunt, & in universum corpus redundant, itemque ad calculos renum eliminandos utimur. *S. Pauli* 528. Idem subjungit: Summa, ubi insignis Dyscrasia viscerum calida cum eorundem obstructione ægros affligit, vix exoptatius medicamen, quam radices graminis ars nostra nobis suppeditat. Adhibetur decoctum utiliter in Ictero, renum & vesicæ læsionibus, in malo hypochondriaco, podagra, scorbuto & atrophia. Prostat ex his aqua graminis destillata, urinam promovens, calculum pellens, lumbricos & præcipue vermes stomachi enecans. Semen graminis in potu datum, fortiter urinam provocat. Exterius usurpatum tumores discutit, contracturas, dolores nephriticos & stranguriam sanat. *Dale* 343. *Schröderus. Zornius. Flora Francica.*

Die so mannigfaltige, und fast unzählliche Arten und Geschlechte des Grases geben bekannter massen auch in mannigfältigen Dingen guten Nutzen. Zur Artzeney aber braucht man nur das eigentliche Gras, oder Quecken Gras, Hunds-Gras, Wurm-Gras, Quecken. Die Wurtzeln dieses Grases gehören zu den fünff eröffnenden kleinen Wurtzeln. Sie führen viel Sal essentiale aber wenig Oel bey sich; sind kalt im ersten, und trocken im andern Grad, haben über dem viele zarte und durchdringende Theilgen bey sich. Sie haben die Krafft zu kühlen, zu trocknen, zu eröffnen, gelinde anzuziehen, und zu heilen. Denn da es den frischen Wunden gut ist, pflegen es einige auch Uniolam zu nennen. Man brauchet diese Wurtzeln vornehmlich die verstopffte Leber, Miltz, Gekröse und andere innere Theile zu eröffnen, vornehmlich wann dergleichen Zufälle zu einen Fieber ausschlagen, und in schlimme Folgerungen ausbrechen wollen, ferner treiben sie den Nieren-Stein. In Summa saget S. Pauli, bey allen üblen Zuständen, sonderlich bey Verstopffungen der inneren Theile des Leibes hat man fast kein gewünschtere Artzeney-Mittel als die Wurtzeln das Quecken-Grases. Diese Wurtzel entweder in Wasser oder Milch gekocht wird auch in der Gelbsucht gegeben, ingleichen in Nieren- und Blasen-Verletzungen, im malo hypochondrico, im Podagra, scorbuto, und Abnehmung des Leibes. In den Apothecken findet man das gebrennte Quecken-Gras-Wasser, welches den Urin befördert, den Stein treibet, die Würmer tödtet. Heu-Saamen in einen Tranck gegeben, treibt den Urin gar starck. Aeusserlich im Umschlägen gebrauchet zertreibet es den Geschwulst, contracturen, Stein-Schmertzen und kalte Pisse.

GRA-

GRANATA.

GRANATA, Malus punica. ῥόα, ῥόα, αἷδε. *Græc.* Granatara. *Ital.* Granadero. *Hisp.* Granadier, Pommier de Grenades. *Gall.* Granat-tree. *Angl.* Granaat Boem. *Belg.* Granat-Eble, trä. *Dan.* Granat-Baum. *Germ.*

CHARACTER. Totius hujus plantæ habitus est fruticosus, & præeunte *Tournefortio* est plantæ genus flore rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constante, cujus calix campaniformis multifidus abit deinde in fructum ferè globosum, coronatum, in plura loculamenta divisum, acinis succi plenis fœta, placentæ affixis, membranis tenuissimis distinctis, & semine turgentibus, utplurimum oblongo. p. 636. Surgit autem malus punica ex radice brevi & per summa terræ adhærente; Truncus mediocris altitudinis, cortice cineritio obductus, lignoque flavescente repletus spargitur in ramulos rotundos flexiles, & in spinulas abeuntes, quibus mediantibus brevissimis pedunculis folia adhærent Olivæ aut Myrto æmula, crassiuscula nitidique viroris, intercursantibus venulis rubicantibus. Flores fructibus insidentes sunt perfecti, regulares, rosacei, colore ruberrimo, staminibus numerosissimis præditi. Calix est monophyllus, multifidus. De fructu seu malo punico infra mentionem facturi heic modo addimus, quod in calidis regionibus, & quidem non in Africa solum, sed & in Italia, Gallia, Hispania aliisque locis sponte sua proveniat, apud nos autem studiose in hortis culta Junio atque Julio floreat. *Dioscorides* L. I. c. 126. *Boerhaavius* II. 250. C. B. P. 437. *Volckamerus* 201. *Lugd.* 304.

Das gantze Ansehen des Granat-Baums ist einer Staude ähnlich, und ist er nach Tourneforts Beschreibung eine Art Pflantzen, deren Blume aus vielen im Kreyß stehenden Blättern bestehet, der Kelch an der Blume ist Klockenförmigt, und viel gespalten, welcher hernach zu einer fast runden, oben gekrönten Frucht wird; diese ist inwendig in viele Fächer getheilet und mit vielen safftigen Kernen oder Beerlein angefüllet, die an der placenta feste sitzen, durch sehr zarte Häutlein voneinander unterschieden sind, und von mehrentheils länglichten Saamen strotzen. Die Wurtzeln des Granat-Baums sind kurtz, und hängen oben an der Erde. Der Stamm ist von mittelmäßiger Höhe mit aschgrauer Rinde überzogen, das Holtz darunter ist gelblicht. Er theilet sich in viele biegsahme, runde, und mit Dornen besetzte sich endigende Aeste; an welchen vermittelst kurtzer Stiele die Blätter fast als an den Oliven und Myrten, jedoch nicht so spitzig, dick und glantzender grünen Farbe mit einigen röthlichten Adern erscheinen. Die über die Frucht sitzende Blumen sind vollkommen, regulair, bestehen aus vielen Blättern von hoch rother Farbe, und haben inwendig sehr viele Fäserchen, der Kelch ist einblätterigt und vielmahl getheilet. Von der Frucht wollen wir unten umständlicher handeln, und mercken nur noch an, daß der Granaten-Baum in warmen Ländern, und zwar nicht in Africa allein, sondern auch in Welschland, Spanien, Franckreich, und andern Orten von selbst wachse, bey uns aber in den Gärten im Junio und Julio blühe.

NOTA. Africa circa Carthaginem Punicum Malum cognomine sibi vindicat, inquit *Plinius Libr.* XIII. *C.* 19. alii granatum appellant vel à granis, quibus scatet, vel a Regno Granatensi, in quo copiosissime arbuscula hæc provenit. Varia ejus occurrunt genera. Dioscorides dulcia, acida, & vinosa recenset. Sunt autem vel sylvestres vel mitiores & in cultis nascentes, atque saitvæ; frugiferæ aut non frugiferæ; reliquas a Plinio adductas distinctiones sicco pede commode transire licet: à D. Burmanno in Thesauro Zeylanico *Granata Malus Zeylanica spinosa* adducitur flore luteo, Kathunaregam dicta: vide. *Hort.* Mal. p. IV. Tab. 13.

Da der Granaten-Baum in Africa um die Gegend der Stadt Charthago häuffig wächset, so hat er davon den Zunahmen Malus Punica bekommen, weil die Charthaginenser Pœni oder Puni benennet wurden. Andere nennen ihn Granaten-Baum, entweder von der grossen Menge Kerne, die in der Frucht enthalten, oder von dem Königreich Granada in Spanien, wo er am häuffigsten wächset. Man findet davon bey den Autoribus vielerley Geschlechte. Dioscorides unterscheidet sie nach dem Geschmack der Früchte in süße, saure, und Wein-säurlichte. Sie sind aber entweder wilde oder zahme, tragen entweder Früchte oder keine, die übrigen Abtheilungen des Plinii können wir mit Stillschweigen übergehen.

GRANATA SEU PUNICA FLORE SIMPLICI, Grenade, Granaten-Blum. Siehe die 557. Kupffer Platte. l. a.

Malus punica, quæ malum granatum fert. Malus punica sativa C. B. P. 438. n. 1. Malus punica sive granata *Tournef.* 636. *Boerh.* II. 250. Flores sativæ punicæ κῶδωνες dicuntur *Dioſc.* l. c. Cytinus enim fructus rudimentum est, quod deciduo flore primum apparet.

GRANATA SEU MALUS PUNICA, pomme de granade, Granat Apffel. Siehe die 557. Kupffer-Platte. l. b.

Fructus est pomiformis cortice lentissimo, Malicorium dicto, pulpa vinosa, in loculis multis condens semina plura. *Boerh.* II. 250. seu præeunte *Volckamero* 201. sunt semina plura, singula succo viroso, rubro circumdata, ac in favos quasi digesta, cum membrana intergerina fructum hinc inde transcurrente, quam cortex durioris siccioris que consistentiæ ambit, ac mali seu pomi figuram repræsentat. Differunt potissimum in succo, qui vel dulcis vel acidus vel medius est, qui vinosus dicitur *C. B. P.* 438. Raro apud nos ad maturitatem perveniunt fructus.

Der Granat-Apffel ist mit einer sehr zähen Haut, die man Malicorium nennet, überzogen, hat einen Weinsäurlichten Brey, und enthält in seinen vielen Fächern viele Saamen-Körner. Oder wie Herr D. Volckamer, setzet, es sind viele Saamen-Körner, deren jedes mit einem Weinsäurlichten, rothen Safft umgeben, und gleichsahm als die Honig-Scheiben unterschieden ist, mit einer inneren die gantze Frucht durchlauffenden Membrane, welche eine Rinde von härterer und trockener consistenz umgiebet, und also die Gestalt eines Apffels vorstellet. Diese Früchte sind, wie oben schon gedacht, nach dem Geschmack, der entweder süß oder sauer oder Weinsäurlich ist, unterschieden. Bey uns kommen dieselben selten zur Reiffe.

GRANATA FLORE PLENO, Grenadier, Gefüllte Granat-Blume. Siehe die 557. Kupffer Platte. l. c.

Malus punica sylvestris major, sive Balaustium majus. *Volck.* 207. Malus punica flore pleno *Boerh.* Balaustia Hispanica. Pomum granatum sylvestre, cujus flores Balaustia appellantur. C. B. P. 438. Punica flore adeo multiplici folio, ut rosæ videantur centifoliæ, colore saturato, decidunt autem flores, nec fructum relinquunt. Dieser unfruchtbahre Granat-Baum ist bloß eine Zierde des Gartens, die Blumen werden Balaustia genennet, und blühen offt so gefüllt, als eine Rose, und sind von schöner fast Feuer rothen Farbe. Sie fallen aber ab, ohne Frucht anzusetzen.

GRANATA HUMILIS FRUCTU MAJORI, Migraine. Siehe die 557. Kupffer-Platte. l. d.

C. B. P. 538. *Tournef.* 636.

Cultura.

Diversæ Granatæ seu Punicæ species eadem tamen gaudent cultura. Vasis vel fictilibus vel ligneis committi volunt. Terra sit optimi generis, fimo vaccino bene permixta, cui & fimus caballinus atque ovinus addi potest, cui sic radix immittitur, ut majores radicis partes supereminent, quæ fimo vaccino tegendæ sunt. Locus sit apertus, solisque expositus frequentissimis radiis. Punica frugifera terræ communi immitti potest. Sæpissime tamen sunt irrigandæ, & quidem bis nonnunquam qualibet die. Lignum inutile atque ramuli lascivientes caute sunt resecandi, nec unquam in ipso trunco ramuli sunt relinquendi, sed statim decerpendi. Propagatur autem incisis surculis, defixisque ramis, quibus pars aliqua materni corporis hæreat. Folia postquam deciderunt, sub Octobris initio Hibernaculo inferuntur, locoque, fornaci non adeo vicino, committuntur, sæpius irrigantur, nec ante Aprilis medium in hortum reportari solent. Observarunt nonnulli, quod malus punica, aqua, suillo stercore permixta, irrigata lætius proveniat. Alii cum terra quercinum miscent cinerem, aut fundo vasis bene contritos substernunt lateres. Der Niederländische Garten p. 75. *Munting.* p. 3. *Ferrarius* p. 371. Des Historischen Blumen-Gärtners dritter Theil cap II. p. 437. Elßholtz. 163.

Die dreyerley Sorten von Granat-Bäumen erfordern nur einerley Cultur. Man setzet sie gerne in höltzerne oder irdene Geschirre, welche man mit der besten Garten-Erde, der mit Küh-Mist, oder auch zugleich mit Pferd- und Schaaf-Mist wohl gedünget und vermischet ist, anfüllet, in welche man die Wurtzel so setzet, daß die stärckesten Aeste der Wurtzel oben hervor schauen, welche man mit guten Küh-Mist bedecket. Der Ort soll frey seyn und sehr viel Sonne haben. Der fruchtbahre Granat-Baum kan auch in die freye Garten Erde gesetzet werden. Doch verlangen sie allesamt eine fleißige und öffters Begiessung, ja wohl alle Tage, sonderlich im heissen Sommer, zweymahl. Das unnütze Holtz sonderlich die zu hoch vor andern hervorwachsende Zweige muß man abschneiden, und nie gönnen, daß an den Stamm sich junge Zweige setzen. Die

Ver-

Vermehrung geschiehet am sichersten durch die jungen neben der Wurtzel austreibende Schößlinge, die sticht man im Frühling ab, setzet sie in einen Kasten, und wann sie stärcker geworden, in eigene Scherben. Sie können auch durch die abgebrochne Zweiglein, ingleichen die fruchtbahren durch die Kerne fortgezielet worden, aber jenes ist ungewisser, und dieses erfordert längere Zeit. Man soll sie im Anfang des Octobers ins Winter-Haus bringen, nicht eben nah an Ofen stellen, fleißig begiessen, und nicht eher als in der Mitte des Aprils wieder in den Garten bringen. Es haben einige angemerckt, wenn man das Wasser mit Sau-Dung vermischte, so wüchse der Granaten-Baum desto leichter und geschwinder, ingleichen, wenn man das Erdreich mit eichener Asche vermischete, oder auf dem Boden des Kübels fein gestossene Ziegel-Steine legete.

Usus Medicus.

Malus punica & sativa & sylvestris usui inservit medico. Flores enim, cytini dicti, ex arbore sativa seu hortensi, & balaustia ex arbore sylvestri, (quamvis in officinis in genere balaustia appellitentur) calidi & sicci sunt secundo gradu, multum phlegmatis & Olei, Salis essentialis aut acidi continentes, virtuteque adstringendi, refrigerandi, siccandique gaudentes, quare creberrimus florum usus esse solet in omnis generis fluxionibus, v. g. Hæmoptysi, Diarrhoea, Dysenteria, Fluxu uterino, in sanguine vulnerum cohibendo, nec non in febribus. Præter flores autem & ipsi fructus seu Poma, Malicorium seu fructus cortex & semen usu receptum est. Poma succulenta, imprimis quæ vinosi saporis sunt, ventriculo conveniunt, ori grata, sitim abigunt, refrigerant, appetitum movent. Usus præcipue in Febribus biliosis, Gonorrhæa, Pica gravidarum compescenda, orisque putredine corrigenda. Cortex seu Malicorium ejusdem feré cum floribus censetur naturæ, præcipuique usus est in sedando fluxu hæmorrhoidum & mensium nimio, nariumque, vomitu violento &c. Semina refrigerant, adstringuntque, imprimis quæ ex pomis acidis collecta sunt. Adhibentur in Clysteribus & gargarismatibus. Prostat in officinis 1) succus Granatorum. 2) Vinum Granatorum. 3) Syrupus Granatorum, & Cortices. *Schræder. Tabernæm. Zornius. Dale* 370.

Sowohl an dem wilden, als fruchtbahren Granat-Baum sind die Blumen, welche insgemein in den Apothecken Balaustia heissen, im Gebrauch; Sie sind warm und trucken im andern Grad, enthalten viel Phlegma, Oel, Sal essentiale oder acidum, und ziehen an, verdicken, erfrischen, kühlen und trocknen; derohalben braucht man sie sehr häuffig bey allerley hefftigen Flüssen der Feuchtigkeiten, als dem Saamen-Fluß, Durchfall, Monathlicher Zeit, das Blut der Wunden zu stillen, ingleichen in Fiebern. Aber ausser diesen Blumen oder Balaustiis ist auch die Frucht selbst, nemlich der Granat-Apffel, die Rinde, Malicorium genannt, und der Saamen in der Artzeney gebräuchlich. Die Safft-volle Granat-Aepffel, vornehmlich die Weinsäuerlichen thun den Magen überaus wohl, und sind dem Munde höchst angenehm, sie vertreiben den Durst, erfrischen, kühlen und machen Appetit zum essen. Man braucht sie vornehmlich in Gallen-Fiebern, im Saamen-Fluß, in Mäßigung der ungereimten und seltsamen Gelüste der Weiber, die Fäulniß des Mundes zu vertreiben. Die Schaale von Granat-Apffel, Malicorium genannt, hat fast gleiche Natur und Krafft, als die Blumen, vornehmlich bedienet man sich derselben, dem allzustarcken Fluß der güldenen Ader und Monathlichen Geblüths zu mäßigen in Nasen Bluten, und gar zu hefftigem Erbrechen. Der Saame, sonderlich den man aus den sauren Aepffeln genommen, kühlet, und wird auch in Clystiren und Gurgel-Wassern gebraucht. Man hat in den Apothecken den fliessenden, oder rohen Granaten-Safft, Granaten-Wein, und Granaten-Syrup, wie auch noch die Schaalen des Granat-Apffels. *Valentini* P. I p. 232.

GRATIOLA.

GRATIOLA, Gratia Dei, Limnesium, Centauroides, Digitalis minima, Gratiola vulgaris & officinarum. Stanca cavallo. *Italice.* Herbe à pauvre homme. *Gall.* Hedge Hyssope. *Angl.* Gottsgenade. *Belg.* Panax Mnorosil Chironow. *Mosc.* Komm Trudtz. *Pol.* wild Aurin, Grazedo, GOttes-Gnade, Gnaden-Kraut, Gnade GOttes, GOttes-Hülffe, Erd-Galle. *Germ.*

CHARACTER. Gratiola est Plantæ genus flore monopetalo, utplurimum quadrifariam divi-

diviso, cujus semina ad singulum florem plura, minuta, oblongiuscula, pericarpio membranaceo, binis loculamentis diviso inclusa sunt. Ubertim autem luxuriant gratiolæ radices, pennæ anserinæ crassitudine, oblique repentes, albæ, crebris geniculis nodosæ, e quibus plurimæ demittuntur fibræ albæ. Caules plures dodrantales, propter terram rubentes, superius ex albo virescentes, creberrimis geniculis distincti: ad quorum singula folia bina, saponariæ minora, in ambitu nonnihil crenata nascuntur: & ex eorum alis modo surculi, foliis Hyssopi donati, modo flores singulares prodeunt. Flores sunt perfecti, irregulares, monopetali, tubulosi, striati, dilute communiter purpurascentes, nonnunquam flavi, aut albi, pediculo semunciali hærentes, ex calice quinque partito prodeuntes. Iis tandem succedit capsula seminalis bipartita, semina supra descripta continens. Frequens multis in Germaniæ locis udis, palustribus aut ad fluminum ripas obvenit, apud nos vero in hortis colitur. Junio & Julio floret & perennat. *Chabræus* 475. *Ruppius* 200. C.B.P. 278. *Tabernæm* II.84. *Lugd.* 1085. *Tournef. Alsat.* 81. *Schola Botanica* 23. *Ammannus* 410.

GOttes Gnade ist eine Art Pflantzen mit einer einblätterigten, und mehrentheils vierfach getheilten Blume, dessen Saame an einer jeden Blume vielfältig, sehr klein und länglicht ist, und in einem häutigen Saamen-Behältniß, das in zwey Fächer getheilet ist, eingeschlossen lieget. Die Wurtzeln an der GOttes-Gnade breiten sich weit aus, sind so dick als eine Gänse-Feder, gehen seitwärts weit neben sich, sind weis mit vielen knotigten Gleichen versehen, von welchen viele weisse Fäsern sich tieffer in die Erde senken. Die Stengel wachsen etwan Fuß hoch, neben der Erde sind sie röthlicht, obenher aber weißlicht grün, und durch viele Gleichen unterschieden; an deren jeden zwey gegeneinander überstehende Blätter kommen, kleiner als am Seiffen-Kraut, im Umfang etwas geschartet, aus deren Winckeln kommen bald Zweige mit Blättern als am Isop, oder die eintzeln Blumen. Diese Blumen aber sind vollkommen, irregulair, einblätterigt, röhrigt, gestreifft, gemeiniglich hell purpurfärbig, wiewohl auch zuweilen gelb oder weis, hängen an einem eines halben Zoll langen Stiel, und sind mit einem getheilten Kelch umfangen; hierauf folgt die zwey getheilte Saamen Capsel, die mit den oben beschriebenen Saamen angefüllet ist. Es wächst in Teutschland an vielen Orten, vornehmlich an nassen, sumpffichten Oertern, Wiesen, und auch den Ufern der Flüsse. Hier wird es in den Gärten gezogen, und blühet im Junio und Julio, die Wurtzel bleibt beständig.

NOTA. Veteribus Gratiolam fuisse incognitam aut sub alia, hactenus nondum definita, latuisse plantæ descriptione, facile liquet. Nomen Gratiolæ per antiphrasin, quod minus grata sit, dici nonnulli contendunt; aliis tamen ab usu ejus frequenti & singulari virtute atque efficacia derivandum potius esse existimant; & cum pauperes hoc medicamine facile potiuntur, a Gallis herbe a pauvre homme appellatur; ab Italis stanca cavallo, quod equi ejus Pabulo mire defatigentur. Gratiolam Tournefortius p. 65. & Morisonius ad digitalem referunt, & vocant Digitalem minimam Gratiolam dictam, cum tamen tota floris figura & situs à Digitali recedat. *Knauth.* p. 110. *Ammannus* 410. Species Centaurii minoris majore fortean jure appellanda. Varietates ejus recensет C. B. P. 278. aliam tradens esse flore purpurascente, aliam albo, & aliam, quæ rarior sit, luteo: atque aliam rursus esse foliis integris, aliamque profunde crenatis. Illarum etiam mentionem facit *Muntingius* p. 444. Elßholtz 233.

Das Kräutlein Gottes Gnade ist entweder den Alten nicht bekannt gewesen, oder sie haben es etwan unter ein ander Geschlecht und Nahmen, der noch nicht ausgemachet ist, vorgestellet. Einige meinen, es habe seinen Nahmen Gratiola von dem Gegentheil, daß es nemlich gar nicht angenehm sey. Andere aber behaupten mit besserem Recht, daß es wegen seiner besonderen Krafft und Tugend so seye genennet worden, weil auch die Armen diß Kraut, als ein gutes Artzeney-Mittel so leicht haben können, so haben es die Frantzosen herbe à pauvre homme Kraut für den armen Mann genennet. Die Italiäner heissen es Stanca Cavallo, weil das Futter von diesem Kraut die Pferde ungemein ermüden soll. Es hat Morison und Tournefort die Gottes Gnade zu dem Finger-Hut Kraut gebracht, dem doch, wie Knauth wohl angemercket, die Gestalt der Blume, und dessen gantzes Ansehen wiederspricht. Viel besser könte es etwan zu der kleinen Art des Tausend Gülden-Krauts gerechnet werden. Die Veränderung der Gratiolæ hat C. B. P. wohl bemercket, denn man findet sie mit einer weißlicht purpurfärbigen, mit einer gantz weissen, selten aber

mit

mit einer gelben Blume. Welches auch Munting bekräfftiget und hinzufüget, daß man ſie von den jungen Wurtzeln fortziehen könne.

Uſus Medicus.

Herbæ Gratiolæ ſingularem uſum & efficaciam adſcribunt Medici, hinc in plerisque officinis deprehenditur. Sicca eſt ſecundo, calida vero tertio gradu, multum continens & Olei & Salis eſſentialis. Propter intenſam amaritiem, qua Centaurium minus feré ſuperat, hæc herba excalefacit, ſiccat, incidit, attenuat, aperit, abſtergit, atque tam recens, quam ſicca ſumpta, macerata vel decocta, vel infuſa c. vino bilem & pituitam, tam per ſuperiorem quam inferiorem ventrem, potenter educit, ventris lumbricos pellit, putredinibus adverſatur, jecur & lienem ab obſtructionibus liberat, arthriticis coxendicisque doloribus & chronicis febribus, præcipue quartanis, interdum medetur. Magnus ejus eſt uſus in Hydrope, Ictero, Cachexia, Scorbuto &c. Tam violenter autem purgat, ut quidam Helleboro comparent, quidam inter Tithymalos Pityuſæ, quare caute adhibendam eſſe Gratiolam, Medici ſuadent. Externé inſperſus ejus pulvis vulneribus traumaticam obtinet virtutem. Inter præparata in nonnullis officinis exſtare adhuc ſolet Pulvis, Extractum, Aqua deſtillata, Sal & Conſerva. *Rolfinc.* S. *Pauli* 325. *Chabræus.* 649. *Schrœderus. Zornius. Dale* 262. Hecker 343.

Es ſchreiben die Medici der Gottes Gnade oder Aurin ſehr viele gute Wirckung, und Kräffte zu. Man hat derowegen in den meiſten Apothecken das Kraut davon, welches trocken im andern, und warm im dritten Grad iſt, auch viel Oel und Sal eſſentiale in ſich hält. Dieſes ſehr bittere Kraut, welches noch an Herbigkeit das Tauſendgulden Kraut übertrifft, erwärmet, trocknet, incidiret, verdünnet, öffnet, abſtergiret. Man mag es trocken oder friſch nehmen, in Waſſer weichen, oder in einem Tranck oder Kräuter-Wein nehmen, ſo führet es die Galle, den Schleim, ſowohl über, als unter ſich gewaltig aus, tödtet die Würmer, widerſtehet den Fäulungen, eröffnet die Leber und Miltz-Verſtopffungen, lindert die Glieder und Hüfften-Schmertzen, und hebet zuweilen alte eingewurtzelte kalte Fieber, beſonders das Quartan-Fieber. Man braucht es derowegen häuffig in der Waſſerſucht, Gelbſucht, übler Beſchaffenheit des Leibes, Scorbut, und dergleichen. Es purgiret aber ſo hefftig, daß es einige mit der Nießwurtzel vergleichen, andere aber zur Wolffs-Milch rechnen, weswegen auch die Medici anrathen, daß man es fürſichtig gebrauchen ſolle. Man hat in einigen Officinen davon das Pulver, den Extract, das gebrennte Waſſer, die Conſerv und das Saltz.

GROSSULARIA.

GROSSULARIA, Groſſula, Groſſularis, uva criſpa, uva ſpina, uva criſpina. *Lat.* Uva ſpina ò creſpina. *Ital.* Uva creſpa eſpina. *Hiſp.* Groſelier, groſſeilles, groiſſelets. *Gall.* Corans, & Gooſe berryes. *Angl.* Croesbeſien, Kruysbeſien, Steeckbeſien, Steeckbeer. *Belg.* Stickelbär. *Dan.* Smorodina. *Moſc.* Porynczky. *Polon.* Chlupata yahadi. *Bohem.* Embille, Ghaeſaarnbilla *Zeil.* Stachel-Beer, Stickel-Beer, Kreûſel-Beer, Kloſter-Beer. *Germ.*

CHARACTER. Groſſularia eſt frutex ſpinoſus totus enim illius habitus eſt fruticoſus, cubitalem, rariſſime bicubitalem aſſequitur altitudinem. Eſt vero plantæ genus flore roſaceo, plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, in inciſuris calicis monophylli & pelviformis naſcentibus. Hujus autem poſterior pars abit deinde in baccam globoſam vel ovatam, mollem, ſeminibus fœtam exiguis. *Tournefort.* 639. Nititur hic frutex radice gracili, dura, lignoſa, fibrisque obſita multis, ramulos agens multos vel albicantes vel ruffeſcentes, recto ſpinarum mucrocrone armatos. Folia illis adhærent parva, laciniata, vel hirſuta vel glabra, Apii, aut Oxiacanthæ æmula. Finis pedunculi fit ovarium, coronatum calice amplo, quinquefido, ſegmentis magnis reflexis. Flos eſt perfectus, regularis, pentapetalus, petalis ortis ex interſtitio ſegmentorum calicis, & inter ſingula petala unum ſtamen, herbaceus præterea atque pendulus. Ovarium ex centro apicis emittens tubam, per maturitatem calicem contrahit, qui fit umbilicus, fructus globoſus, ſeu bacca polypyrena, ſingularis plerumque in uno pediculo, ſeminibus exiguis, acinoſis ſcatens, & hirſuta, & præſertim ſylveſtris, acido & auſtero ſapore. At ubi maturitatem ſenſere, flaveſcunt & ſubdulces evadunt.

Sativa in hortis, ad pulvinos & areolas, aliisque seritur locis, sylvestris in sepibus & semicosis locis sponte provenit: viresçit Martio, floret Aprili, fructus fert Majo, Julio & Augusto maturos. *Boerhaav.* II. 253. *Tabernæm.* III. 165. *Rupp.* 40. *Chabræus* 112. *Ruellius* 113. *Tournef. Alſ.* 16.

Stachel-Beer iſt eine ſtachelichte Staude, denn das gantze Anſehen dieſes Gewächſes iſt einer Staude ähnlich, und wird dieſelbe Ellen, ſehr ſelten zwey Ellen hoch. Es iſt aber nach Tourneforts Definition die Stachel Beer eine Art Pflantzen mit einer Roſen-förmigen Blume, da nehmlich viele Blätter in der Ründe herum ſtehen, welche aus den Einſchnitten des einblätterigen und Beckenförmigen Kelches hervorwachſen. Des Kelches hinterer Theil aber wird hernach zu einer runden, oder als ein Ey geſtalteten weichen Beer, die mit kleinen Saamen angefüllet iſt. Die Wurtzel an dieſer Staude iſt geſchlanck, hart, holtzigt, mit vielen Faſern beſetzet. Die Ruthen ſind entweder mit einer weißlichten oder bräunlichten Rinde überzogen, und ſind mit geraden Dornen beſetzet. Die darvon abhangende Blätter ſind eben nicht groß, ausgeſchweifft, entweder glatt oder rauch, ſehen faſt aus als die am Epheu und Hagedorn. Am Ende der kleinen Stiele kommt ein gekröntes Saamen-Behältniß mit einem weiten, fünff geſpaltenen Kelch, deſſen groſſe Stücke hinter ſich gebogen ſind. Die Blume iſt vollkommen, regulair, fünffblätterigt, und kommen dieſe Blätter zwiſchen den Theilen des Kelches hervor, es findet ſich auch zwiſchen jeglichem Blätlein ein Fäſerchen. Sonſt iſt die Blume gemein grün, und hänget vor ſich nieder. Das Saamen-Behältniß, welches aus den Mittel-Punct ein Rohr ausläſſet, ziehet den Kelch endlich zuſammen, und wird daraus eine runde Frucht, oder viele Kerne habende Beere, gemeiniglich an einem Stiele nur eine, voll von kleinen körnigten Saamen, obenher etwas rauch. Die wilde vornehmlich hat einen ſauren herben Geſchmack, wann ſie aber zur Reiffe kommt, und gelb wird, wird ſie ziemlich ſüſſe. Die zahme Stachel-Beer hat man in Gärten an Betten und Geländern, die wilde findet ſich an Hecken und Zäunen. Sie ſchlagen im Mertz aus, blühen im April, und tragen bey uns im Julio und Auguſt reiffe Frucht.

NOTA. Veteribus & Græcis & Latinis Autoribus vel incognita vel indicta fuit Groſſularia, à recentioribus à cute fructus groſſa nomen accepit, uva autem criſpa ab intortis & veluti criſpis foliis & acinis, quos producit, vocatur; uva autem ab uvore i. e. humore vel ſucco intus concluſo dicitur. Duplex genus eſt, unum ſylveſtre, alterum cultum in hortis, minus ſpinoſum, & majores fructus ferens. Idem frutex vel ſpinoſus vel non ſpinoſus deprehenditur.

Stachel-Beeren ſind etwan bey den alten Griechiſchen und Lateiniſchen Autoribus nicht bekannt, oder nicht benennet worden, denn man hat aus der Erfahrung, daß dieſer Strauch lieber in kalten Gegenden als in den warmen fortkomme. Die neueren haben ihm den Nahmen Groſſularia, von der dicken Haut oder Schelffe um die Frucht gegeben. Stachel-Beer, Stückel-Beer heiſſet er von ſeinen vielen Dornen; Kräuſel-Beer, uva criſpa, weil ſeine Blätter, ſo wie an dem Epheu und Hage- oder weißen Dorn kräuſelicht ſind. Es iſt zweyerley Geſchlecht von Stachel-Beeren, die wilde, und die in Gärten gezogen wird, welche gemeiniglich gröſſere Früchte hat, und nicht ſo dornigt iſt. Man findet dieſe Staude mit Dornen, und auch ohne Dornen.

GROSSULARIA SEU UVA CRISPA, Groſeille, Stachel-Beer. Siehe die 558. Kupffer-Platte. l. d.

Groſſularia ſimplici acino vel ſpinoſa ſylveſtris. Groſſularia vulgaris. Criſpina uva C.B.P. 455. I. *Rupp.* 40.

GROSSULARIA FRUCTU OBSCURO FLAVESCENTE, Groſeilles, Groſſel-Beer. Siehe die 558. Kupffer-Platte. l. c.

Groſſularia ſativa altera foliis latioribus. *Rupp.* 40.

GROSSULARIA FRUCTU, FLAVESCENTE, wilde Kräuſel-Beer. Siehe die 558. Kupffer-Platte. l. d.

GROSSULARIA PICTA, bunte Kloſter-Beer. Siehe die 558. Kuffer-Platte. l. e.

GROSSULARIA FRUCTU RUBRO, SEU UVA CRISPA NON SPINOSA, Kloſter-Kräuſel. Siehe die 558. Kupffer-Platte. l. f.

Vide Groſſulariam ſpinis viduam baccis in racemo congeſtis, ſpadiceis, foliis crenatis, ovato acuminatis, *Embilla* Zeylonenſibus. *Burmannus.* Th. Zeyl.

Cultura.

Facili negotio frutex hicce propagatur, quod quidem triplici ratione fieri poteſt. 1) abſciſſis ramulis, id quod quotannis ſub plenilunio Martio aut Februario fieri ſolet, qui cuillibet ferè immiſſi terræ facile

le radices agunt. 2) ex adnatâ ad ipſum caudicem ſobole, quæ vel à matre ſeparanda vel deorſum in terram reclinanda, usque radices egerit, atque ſequente vere Februario aut Martio adoleſcente luna novo loco committenda. 3) ex ipſo fructu ſub pleni lunio decerpto, & loco arido expoſito, atque exſiccato, ſemen elicitur, quod vel Menſe Novembri, vel ineunte vere non quidem profunde ſeritur. Frutices, ex ſemine provenientes, tertio anno, præciſa principali radice, & quidem decreſcente luna tranſplantari amant. Ineunte quolibet vere terra circa hunc fruticem refricanda, atque ſi fimum vaccinum, ſeu novam ex illo paratam terram radici admovemus, fieri ſolet, ut fructus major & gratior evadat. Virides ſi animadvertantur in hoc frutice erucæ, foliis, fructui, ipſique arbuſculæ nocentiſſimæ, aſpergendus eſt aqua cum Tabaci foliis cocta, aut conſpergantur ſaltem folia Tabaci pulvere, quo ter vel quater facto erucæ intereunt. Ordine ſi multos Groſſulariæ frutices ad horti muros ſeu limites ponas, efficies perpetuam & præſtantiſſimam ſepem, quam nulla poterunt animalia, ac ne mures quidem commode penetrare, & ſic horti ab ejusmodi animalibus tuti erunt. *Chabr.* 602. *Munting.* 180.

Die Stachel-Beeren laſſen ſich mit leichter Mühe fortbringen. Die Fortpflantzung aber geſchiehet auf dreyerley Art. 1) Durch die jungen ein oder zweyjährigen Sträuchlein, denn man beſchneidet ſie doch alle Früh-Jahr, welche man nur in die Erde ſtecket, worinn ſie leichtlich Wurtzel ſchlagen. 2) Durch die jungen neben der Wurtzel austreibende Sproſſen, welche man entweder von der Mutter abnimmt, oder die Zweige in die Erde beuget, und in folgenden Früh-Jahr im Februario oder Martio mit wachſenden Mond abnimmt, und verſetzet. 3) Durch die im vollen Mond abgebrochene Frucht, die man an einem trocknen Ort dörret, und den Saamen entweder im Herbſt oder im angehenden Frühling ſäet: die davon kommende Sträuche ſoll man erſt im dritten Jahr verſetzen, und ihnen ihre Haupt-Wurtzel nehmen. Man thut wohl, wenn man im Frühling die Erde umb die Stachel-Beeren aufriegelt, und woferne man an die Wurtzel Küh-Miſt oder Erde davon bringet, ſo wachſen die Früchte ungemein gröſſer und ſchöner. Es finden ſich zuweilen an denſelben kleine grüne Raupen, die Blätter und Frucht verzehren, auch dem Stamm ſchädlich ſind. Man koche dagegen Tobacks-Blätter in Waſſer, und begieſſe mit dieſem Waſſer die Staude, oder auch beſtreue ſie mit dem trocknen Tobacks-Staub oder Pulver. Wenn man diß drey biß viermahl thut, ſterben die Raupen. Man ſetze die Stachel-Beeren nach der Länge an der Maur oder an den Geländern, ſo halten ſie als ein beſtändiger guter Zaun alle Unthiere, ſo gar auch die Mäuſe zurücke, und kan man alſo den Garten davor am beſten ſicher halten.

Uſus Medicus.

Culinaris magis, quam officinalis ſunt uſus Groſſulariæ ſive uvæ criſpæ, frigido autem ſunt temperamento & quidem gradu ſecundo, ubi autem maturuerunt, dulciores ſunt, hinc aliquantum ab his remittendum gradibus, quamvis etiam maturæ acrimoniam quandam retineant, hinc adſtringunt. Fructus tantum ineunte vere ad condiendos cibos maxime febricitantium, gonorrhæa, & profluvio albo laborantium decerpitur. Eſt vero immaturus ori ventriculoque gratus; cum frigida & ſicca temperie appetitum eorum languentem ſuſcitet, grataque ſua acciditate, humores attenuet & incidat, & omne ventris profluvium compescat; Maturus contra, deperdita ſcilicet illa qualitate, ſubdulcis eſt facileque Meſenterii vaſa obſtruit, tormina choleramque gignit. Commendatur contra mulierum picam, quod autem de fructu mediæ ætatis accipiendum eſt. Radix pulveriſata, & ante paroxiſmum aſſumta contra Febrem præſtare dicitur. Folia tenera adhuc & prorumpentia, decocta & pota, urinam & calculum promovere perhibentur. *Schröder. Dale* 375. *Pauli.* Zorn.

Man braucht die Stachel-Beeren zwar mehr in der Küche und an Speiſen als in den Apothecken zu Artzeneyen. Sie ſind aber von einen kalten Tempramenf, und zwar im andern Grad, wann ſie aber reiffer und folglich auch ſüſſer werden, muß man billig von dieſem Grad nachlaſſen, jedoch da ſie allemahl noch etwas ſäurliches an ſich behalten, ſo haben ſie ſtets was anziehendes an ſich. Im Anfang des Frühlings pflücket man die halbzeitige Frucht, die man an Speiſen vor die, die das Fieber haben, am Saamen-Fluß, und an weiſſen Fluß leyden, gebrauchet. Denn dieſe unreiffe Frucht iſt dem Munde und Magen angenehm, ſtellet den ſchwachen Appetit her, und verdünnet durch ſeine angenehme Schärffe die Feuchtigkeiten, ſtillet auch allen

allen Durchfall. Hergegen verliehret die reiffe Frucht diese Eigenschafft, verstopffet leicht die Gefässe des Gekröses, und bringet einen gallichten schmertzlichen Bauch-Fluß zuwegen. Man recommendiret die Frucht gegen die unordentliche Lust der Weiber, welches aber von der unreiffen zu verstehen. Die Wurtzel pulverisiret, und vor dem Paroxismo eingenommen soll vors Fieber gut seyn. Die noch harte und erst ausbrechende Blätter gekocht und getruncken, sollen den Urin und Stein treiben.

GUAJACANA.

GUAJACANA, seu Lotus Africana, λωτὸς λιβύη. *Dioscor.* Loto albero, Bagolaro, Perlaro. *Ital.* Almez. *Hispan.* Locaulier, Alissier. *Gall.* Lotus-Baum, Nessel-Baum, Zürgel-Baum, wild Frantzosen-Holtz. *Germ.*

CHARACTER. Habitus Guajacanæ, seu Loti Africanæ est arboreus, & præeunte *Dioscoride* L. 1. c. 133. Lotus arbor est vastæ magnitudinis ferens baccam, Pipere majorem, dulcem, cibis gratam, stomacho facilem. Est autem Gujacana plantæ genus flore monopetalo campaniformi, é cujus calice surgit pistillum, infimæ floris parti adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum mollem, subrotundum, multicapsularem, seminibus fœtum, ex J. *Bauhino* tanta duritie, ut vix dentibus atteri possint, *ex Cæsalpino* vero cartilagineis *Tournef.* 600. Caudex hujus arboris est brevis, ramis plurimis, longissimis, validissimis, ut totidem ferè arbores dicere liceat. Cortex cinereus, & herbaceus ferè. Folia alterna vel angusta vel lata, oblonga & caduca. Calix quadrifidus. Flos perfectus, monopetalus, campaniformis, infra tubulatus, supra in lacinias quinque utplurimum expansus. In centro calicis ovarium fit fructus mollis, subrotundus, multicapsularis, depressus, calice tetraphillo expanso sustentatus, continens semina plura, dura, in circulum disposita: *Boerhaav.* II. 220. seu referente *Volckamero* p. 262. sunt nuclei solitarii, oblongi, cum cortice duro, quadripartito, pericarpio seu baccis nigris oblongiusculis inclusa. Flores perfecti, bipetali, fructui insidentes. In Africa, Gallia & Italia frequens est arbor, apud nos autem colitur in hortis. Floret Junio & Autumno, fructus matures cit. C.B.P. 447. *Chabr.* 16.

Guajacana oder Africanischer Lotus hat die völlige Höhe eines Baums, und ist nach des Dioscoridis Beschreibung ein Baum von ungemeiner Höhe, der Beeren träget, welche grösser als der Pfeffer, süsse, in den Speisen angenehm, und den Magen leicht verdaulich sind. Es ist aber der Lotus-Baum eine Pflantze mit einer einblätterigten, Klockenförmigen Blume, aus dessen Kelch der Stempffel hervorkommt, welcher als ein Nagel an dem hintersten Theil der Blume fest eingeschlagen, der hernach zu einer weichen, rundlichten, und vielfächerichten Frucht wird, die mit solchen Saamen angefüllet, welcher, als Jo. Bauhinus saget, so hart ist, daß man ihn kaum mit den Zähnen zerbeissen kan, nach Cæsalpini Meynung aber knorpelicht ist. Der Stamm dieses Baums ist kurtz, mit vielen sehr langen, und starcken Aesten, die eben so viele Bäume zu seyn scheinen. Die Rinde ist Aschfarbe, und grün. Die Blätter stehen wechselsweis, sind entweder breit oder schmahl, länglicht, und fallen im Winter ab. Der Kelch ist vierfach gespalten. Die Blume ist vollkommen, einblätterigt, Klockenförmig, unten als eine Röhre, oben mehrentheils in fünff Ausschweiffungen vertheilet. In dem Mittel-Punct des Bechers, wird das Saamen-Behältniß eine weiche Frucht, welche rundlicht, vielfächerig, flach, mit einem dreyblätterigten Kelch unterstützet, und enthält vielen, harten, und im Creyß stehenden Saamen. Nach Herrn D. Volckameri Anmerckung liegen die länglichten Kerne allein, mit einer harten, vierhäutigen Rinde, in einem Saamen-Behältniß oder in länglichten schwartzen Beeren eingeschlossen. Die Blumen sind vollkommen, (zweyblätterigt) sitzen über die Frucht. Es wächst dieser Baum von selbst häuffig in Africa, Franckreich, und Welschland. Er wird aber bey uns in den Gärten fortgebracht. Blühet im May und Junio, und hat im Herbst reiffe Beeren.

NOTA. Lotus Africana Guajacana dicitur, quod ad Guajaci vires accedere illam existimarunt nonnulli recentiores Medici. Lotus Arbor triplex est Dalechampio in Plinium: prima, quæ λωτὸς δένδρον Discoridi. l. c. dicitur. Et Theoph. 4. hist. 4. λωτὸς (Celtis Gaza) magnitudine, quanta Pyrus, aut paulo minore, folium incisuras haber,

bet, ut Ilex; cujus genera plura fructibus inter se discreta traduntur, &c. Plinio L. 13. c. 17. arbori Loto, quam Celtim vocant, magnitudo, quæ Pyri, folio Ilicis, fructu dulci nunc exosse, nunc durum nucleum ambiente, colorem uvæ modo mutante, cum matureſcit, ex quo vinum exprimitur. Arbor Syrtica eidem L. 24. c. 2. Altera διόσπυρος *Theophr.* L. 3. c. 13. (Jovis flamma) quam improprie Loton vocant, ob fructus dulcedinem Ceraso similem, nucleo duro, & Plinio L. 16. c. 30. lotos, sive faba Græca &c. & L. 24. c. 2. Tertia, quæ Theophrasto secunda, quæ Lauro Cerasus quibusdam: quæ sententia Clusio non placet: Addi potest quarta, ipsius Polybii apud Athenæum L. 14. Sunt, qui Guajacanam, Tuberum alterum genus Plinii, quorum inter Mala meminit, velint. C. B. P. 447. inter arbores longævissimas à Plinio Lotus Africana refertur. *Greg. à Turre* p. 15.

Es haben die neueren Medici den Africanischen Lotus Baum Guajacanam genennet, weil dessen Kräffte dem Frantzosen-Holtz gleich kommen, und hiesse folglich so viel als eine Art Frantzosen-Holtz. Es hat Dalechampius über den Plinium dreyerley Gattungen davon angeführet. Die erste ist der Lotus-Baum bey dem Dioscoride, den wir droben beschrieben, und saget Theophrastus von eben dieser Gattung, daß er etwas kleiner als der Birn-Baum sey, seine Blätter wären eingeschnitten, als die Stein-Eiche; von welcher Art es vielerley gäbe, die nach den Früchten unterschieden. Der Lotus-Baum bey dem Plinio, den man Celtis nennet, ist so groß als ein Birnbaum, hat Blätter wie die Stein-Eiche, seine süsse Früchte sind entweder ohne Kerne, oder umbgeben einen harten Kern; die Frucht verändert sich in der Farbe, wie eine Traube, wann sie reiff wird, aus welcher man Wein machet. Bey eben demselben findet sich ein Baum gletcher Art Arbor Syrtica genennet: Die andere Gattung heißt bey dem Theophrasto διόσπυρος, soviel als des Jupiters Feuer, den man in uneigentlicher Bedeutung Lotum nennet, dessen Frucht wegen der Süßigkeit den Kirschen gleich kommt, mit harten Kern, welche Gattung bey dem Plinio, Faba Græca, die Griechische Bohne heisset. Die dritte Gattung, welche bey dem Theophrasto die andere ist, nennen einige Lauro Cerasum, welche Meynung aber dem Clusio nicht gefällt. Man kan noch die vierdte Art, nehmlich des Polybii bey dem Athenæo hinzuthun. Einige halten die Guajacanam für das andere Geschlecht der Tuberum bey dem Plinio, derer er unter den Aepffeln erwehnet. Man findet bey Plinio Exempel von ungemeinen altgewordenen Lotus-Bäumen.

GUAJACANA ANGUSTIFOLIA, SEU LOTUS AFRICANA. Siehe die 559. Kupffer-Platte. l. a.

Lotus-Africana seu angustifolia sive fœmina C. B. P. Pseudolotus, Italis Loto bastardo. *Matth. Comp.* 135. descriptio autem non exacte quadrat. Diospyros sive faba Græca angustifolia. *Lugd.* 349. Guajacum Patavinum angustioribus foliis *Boerhaav.* II. 220. Flores perhibentur minores, frugifera autem arbor non est.

Diese erste Gattung wird dadurch von der anderen unterschieden, daß sie einmahl schmählere Blätter hat, kleinere Blumen träget, und keine Früchte bringet, man nennet sie auch Lotus-Baum-Weiblein, oder wie Matthiolus, dessen Beschreibung doch eben nicht zu accurat ist, vermeynter Zürgl-Baum. Siehe Waltheri Designationem Plantarum Classe I. p. 26. Man erhält sie des Winters im Glas-Hause.

GUAJACANA LATIFOLIA, SEU LOTUS ARBOR FRUCTU CERASI, Alisier, Lotus-Baum. Siehe die 559. Kupffer-Platte. l. b.

Lotus fructu Cerasi C. B. P. 447. n. 1. Lotus arbor, Lotus sive faba Græca. *Boerh.* II. 220.

GUAJACANA MINOR. Siehe die 559. Kupffer-Platte. l. c.

An Guajacum Patavinum minus? Klein Pokhout van Padua *Muntingii* p. 70. An uvæ de India foliis Corno ferè similibus, longioribus, angustioribus, pallidioribus, venosis? *Lugd.* 350.

Cultura.

Guajacana seu Lotus Africana major & minor solum amant ex bona terra & carie arborum paratum, locum autem apertum, apricum & hilarem. Flores & fructus his in terris quidem ferunt, semen autem ad maturitatem non pervenit. Quod hyemis quidem perdurent molestias, Montingius autor est, apud nos autem ad hibernacula reportari volunt. Propagantur & ex semine, & ex adnata sobole. Soboles ad truncum aut circa radices adnata per incisuram plenilunio Martii factam, annoque vertente eodem tempore desectam transplantatur. Ollæ etiam rima dississæ appendi

pendi furculo, & actis radicibus, resecari possunt. Semen ex calidioribus regionibus adferendum Martio aut Aprili terræ luculentæ & levi committendum, quod primo statim anno progerminat quidem, sed arbuscula quinque vel sex annos intra domum aut sub tecto asservari vult, usque digiti crassitudinem assequuta est.

Africanischer Lotus-Baum sowohl der grössere als kleinere verlanget eine gute Erde, die mit dem Moll verfaulter Bäume durchmenget ist, ingleichen einen freyen, an der Sonne gelegenen lustigen Platz. Man siehet bey uns zwar Blüthe und Früchte davon, der Saamen aber wird nicht reiff. Munting saget zwar, daß diese Bäume alle Ungemächlichkeiten des Winters leicht überstünden, welches aber in unsern Gegenden nicht zutrifft, denn man muß sie ins Winter-Haus bringen. Man vermehret sie entweder durch die unten anwachsende junge Reiser, oder durch den Saamen. Die jungen Reiser können im Vollmond des Mertzens eingeschnitten, und mit Erde bedecket, auch nach Ablauff eines Jahrs abgenommen werden. Man kan auch Spalt-Töpffe anhängen, und nachdem die darinn begriffene Reiser Wurtzel gefasset, dieselben abschneiden. Den Saamen muß man aus warmen Ländern kommen lassen, und säet ihn im Mertz oder April in eine luckere, leichte Erde, welcher auch im ersten Jahr aufgehet, auch muß man das Bäumlein 4. bis 5. Jahr unter Dach halten, bis es etwan Fingers dick geworden.

Usus Medicus.

Ejusdem virtutis Guajacanam cum vero Guajaco esse sibi persuasit olim Fallopius, ejusdem loco commode adhiberi posse, arbitratus est; in dupla autem dosi dandam esse, alii addunt. Sudorem autem Guajacana promovet, & contra quoscunque venenosos præcipue præstat morbos, & morsus animalium. Folia & fructus adstringunt, quare in Diarrhœis & Hæmorrhagiis adhiberi possunt; nec non baccæ immaturæ in ulceribus oris præstant, & succus ex semimaturo fructu expressus spongiaque exceptus nimium & desperatum hæmorrhoidum fluxum cohibet. *Zorn.* Decoctum corticis Dysentericis, fœminisque profluvio laborantibus confert. *Dale Suppl.* p. 287. *Dioscorides* l. c.

Es hat der berühmte Welsche Artzt Fallopius dafür gehalten, daß Guajacana eine Art von Frantzosen-Holtz sey, und demselben auch gleiche Kräffte beyleget; doch setzen andere hinzu, müsse man es in einer doppelten Dosi geben. Es treibt aber Guajacana den Schweiß, und ist in allen gifftigen Kranckheiten nützlich. Die Blätter und Früchte halten an, weßwegen man sie in Durchfällen und bluten gebrauchen kan; ingleichen wird der noch unreiffen Beeren-Safft in Mund-Geschwären, und übermäßigen Fluß der güldenen Ader vermittelst eines Schwamms recommendiret. Der Tranck von der Rinde dienet in Durchfällen, und überflüßiger Monaths-Blume.

GUAJACUM.

GUAJACUM Lignum Indicum, Lignum Sanctum, Guaacan, Guajacan, Huajacum, Palus Sanctus; ἁγιόξυλον, Lignum Gallicum, Hoaxacan. *Ind.* alii, Mathlal quanhilt. *Hernandez* p. 62. Frantzosen-Holtz, Heilig-Holtz, Pocken-Holtz, Blatter-Holtz. *Germ.*

CHARACTER. Guajacum magna est Indiæ Occidentalis arbor, Ilicis magnitudine, ramosa, magna matrice, nigricante, materie quam Ebenus duriore, cortice crasso, gummoso seu pingui, & cum siccum est lignum, facile decidente, foliis exiguis, flore vel luteo, vel cœruleo, seu Cyaneo, cui succedit fructus rotundus, solidus, quo semina continentur veluti in Mespilo. *Lugd.* 1749. Cum vero verum Guajacum duplex sit, aliud magna matrice, & aliud propemodum, sine matrice, quamvis plures ejusdem arboris dare species non negamus, quæ tamen ad idem referri commode possunt genus, consultum duximus, utramque suis notis describere speciem, quam omnium optime ex Francisci Hernandez rerum medicarum novæ Hispaniæ Libr. III. cap. XXIX. desumi posse existimamus. Quæ etenim ex Pometio P. I. p. 139. & Valentino P. I. 264. aliisque desumuntur, pleraque cum Hernandez seu Recchо conveniunt.

Das Frantzosen-Holtz kommt von einem grossen Baum, der in West-Indien so gros als eine Stein-Eiche wächset, voller Aeste ist, einen grossen schwärtzlichten Stamm hat, wovon das Holtz härter, als das Eben-Holtz ist, mit einer dicken, gummischen oder fetten Rinde, die, wann das Holtz trocken wird, leichtlich abfällt, mit kleinen Blättern, und Blumen, die entwe-

entweder gelblicht, oder Himmel-blau, wie eine Korn-Blume aussehen, auf welche eine runde, feste Frucht erfolget, in welcher der Saame als in den Mespeln enthalten ist. Da aber das wahre Frantzosen-Holtz zweyerley ist, das eine mit sehr grosser Rinde, das andere fast mit gar keiner, wobey wir jedoch nicht in Abrede sind, daß es mehrere Gattungen von diesem Baum gebe, die jedoch füglich zu einerley Geschlecht gebracht werden können, so halten wir zum dienlichsten, die beyden von uns dargestellete Gattungen aus dem Hernandez oder aus dessen Nachrichten, aus welchen Recchi die Beschreibungen gemachet, eine deutliche, umständlichere Erklärung zu geben, um soviel mehr als Pomet, Valentini und andere aus erwehnten Buch ihre Beschreibungen etwan nur genommen haben.

GUAJACUM VERUM MAJUS, Bois saint, Frantzosen-Holtz. Siehe die 560. Kupfer-Platte. l. a.

Guajacum officinarum, sive Lignum sanctum Americanum primum fructu aceris sive legitimum *Breyn.* I. Prod. Jamaicense subrotundis foliis late virentibus, flore albo *Pluckn.* magna matrice. C. B. P. 448.

Guajacan est arbor Juglandis, vel Ilicis magnitudine, cujus cortex colore extrinsecus cineritio, permixtis tamen multis maculis viridibus, intrinsecus vero subruber, non admodum densus, sed immodice durus, crassitudinis nempe semi digitalis, is ligno recenter cæso adeo firmiter hæret, ut vix ferro separari queat, progressu vero temporis facile sejungitur.

Lignum in extremis colore, qui in Buxo interne nigrescente conspicitur, & meditullium ejus est maximum, totumque adeo ligneum splendida quadam donatum duritie.

Pinguedo ejus resinaceum quid spirat, uriturque odore non insuavi, & ab accenso gummi profluit, quod prædurum est, ubi refrixerit.

Pondus ejus, quale nulli præterea ligno: nulla ejus, quantumvis minima pars, in aqua fluitat, sed mergitur continuo, & subsidit, unde lignum est fortissimum, quod duritie omne robur superat, & id circo quam minime hiet, neque facile videas, quod rimas traxerit.

Sapor non ingratus, amarus statim, tum acrimonia miti palatum ac fauces compungens, qui semel cognitus, nunquam errare sinit emptorem in cognoscendo.

Decoctum ejus æstate ultra tertium diem non perdurat.

Folium crassum, parvum, durum, viride, multis venis distinctum: quidam arbuto comparant: in ramo situm habet ex opposito alterius, ut in Siliqua vel Lentisco videre licet, quaterna vel sena.

Flores multi quasi umbellam vel Corymbum constituentes, pediculis uncialibus insistunt pallidi, lutei, senis constantes foliolis: multis e medio, staminibusque prodeuntibus, in quorum medio rudimentum fructus bursam pastoris effigie refert.

Fructus a quibusdam Castaneis, ab aliis prunis similis refertur duobus lupinis sibi conjunctis, aliquando etiam tribus, ut Clusius refert, vel aceris fructibus, sed sine alis constat, cordis figuram elegantèr exprimentibus, levissima porro distractione unum ab altero sicut & aceris fructus divellitur.

Longitudo est transversi digiti, latitudo paulo minor, color totius Corii Castaneus, aliquantulum corrugatus pruni instar, in conjunctione cum altero fructu membrana est densitate, colore, duritie persimilis, ei, quæ juglandis semen bifariam dividit. Corium externum corrugatum mollius est, internum vero nucis interno putamini duritie & colore respondet ejus densitas, in icone ad vivum expressa.

Nucleus intus concluſus, appoſita figura exhibetur, colore & variis venarum ductibus Nuci Myristicæ, Nuci Muscati vel Buxi radici admodum similis, hunc si diu in ore volvas, quasi pulpam quandam abradis, quæ acrimoniam manifestam linguæ imprimit, & nucleus in recente fructu manet Coloris Castanei quasi transparentis, in aliis vero omnino niger.

Nucleum si secundum longitudinem findas, duritiem dactylorum offendes, totumque osseum flavum in recente, cinereum in obsoleto, albæ autem lineæ transversim parallelos, totum pertranseunt, ut admodum eleganter Lyncurium sive Belemnitem radius splendore referat.

In medio ejus cavitas est longa a summo ad imum pertingens, sed sine ulla feré latitudine, qualis in Evonymo etiam conspicitur, ubi seminis duo ovalia, sed plana viridia quasi foliola se juncta in summo uniuntur, corque extrorsum versus componunt, ad modum planè Evonymi, nisi quod Cor in Evonymo versus pediculum sit constitutum.

Crescit hæc arbor in Hispaniola, Jamaica & regione Megrando dicta variisque Americanis

ricanis locis tanta copia, ut numero superet Pinus Hispaniæ.

Guajacan ist ein Baum in der Größe als eine Stein-Eiche oder Nuß-Baum, dessen Rinde nach der äüsserlichen Farbe Aschgrau mit unterlauffenden vielen grünen Flecken, inwendig aber etwas röthlicht nicht eben dicht, aber ungemein hart, eines halben Fingers dick, dieselbe hängt an dem frisch gefälleten Baum so feste, daß man sie mit keinem Eisen abtrennen kan, läßt sich aber mit der Zeit leicht ablösen.

In dem äusseren Umfang ist das Holtz an der Farbe als der inwendig schwärtzlichte Bux-Baum, das inwendige Holtz aber ist das gröste, und folglich mit einer durchgängigen gläntzenden Härtigkeit versehen.

Seine Fetttigkeit hat etwas hartziges an sich, wann man es brennet, riechet es nicht übel, und alsdenn lässet es ein Gummi von sich, daß, nachdem es kalt geworden, sehr hart ist.

Es ist so schwehr, als sonst kein ander Holtz, und es mag ein Stück auch noch so klein seyn, so schwimmet es doch nicht, sondern gehet unter, es reisst auch nicht leicht, und und kriegt keine Ritzen.

Der Geschmack ist nicht unangenehm, zu erst bitter, und greifft mit einer gelinden Schärffe den Gaum und Halß an, wer diß einmahl empfunden, wird sich im Ankauf desselben nie betriegen.

Das Decoctum von diesem Holtz währet im Sommer nicht über drey Tage.

Die Blätter sind dicke, klein, hart, grün, mit vielen Adern durchstreifft, und vergleichen es einige mit dem Arbuto, oder Hag-Apffel-Blat; an den Aesten stehen allemahl zwey gegeneinander über, wie man sonst an Bocks-Horn und Mastix-Holtz zu sehen pfleget, vier oder sechs an einem Ast.

Die Blumen sitzen Büschelweis, und stehen an Zoll langen Stielen, sind von Farb blaß weiß, bestehen aus sechs Blättergen, aus deren Mitten Fäser hervor gehen, zwischen welcher Mitte der Ansatz einer Frucht, die dem Täschel-Kraut nicht ungleich siehet.

Einige vergleichen die Frucht mit den Castanien, andere aber mit den Pflaumen, sie haben zwey zuweilen auch wohl drey Kerne, oder als Feig-Bohnen; andere vergleichen sie den Ahorn-Früchten, doch ohne ausstehenden Flügeln welche die Gestalt als ein Hertz vorstellen, doch kan man sie leicht wie die Ahorn Frucht von einander reissen.

Sie ist etwas kleiner als ein quer Finger breit, die Farbe ist völlig als an den Castanien, die Haut aber etwas verschrumpfft wie eine Pflaume, die Haut, welche die eine Frucht mit der andern verbindet, ist so fest, so hart und gefärbt, als die inwendige Haut in einer Welschen Nuß.

Die äussere verschrumpffte lederne Haut ist weich, die innere aber ist so fest und hart als die innere Schaale an der Nuß. Der inwendig enthaltene Kern weiset sich in beygesetzter Figur.

Er ist an Farbe, und nach den Adern wie eine Muscat-Nuß oder den Buxbaum-Wurtzeln gleich, wenn man den Kern etwas lang im Mund hält, so schabet sich gleichsahm ein Brey davon ab, der scharff auf die Zungen fällt; der Kern ist in der frischen Frucht heller Castanien Farbe, bey andern aber völlig schwartz.

Wenn man den Kern nach der Länge spaltet, findet sich eine Härte, wie bey den Datteln Kernen, bey den frischen gelb, aschfärbig aber bey den ältern. Mitten durch aber gehen weisse Parallel Linien, deren Strahl sehr schön eine Belemniten oder Luchs-Stein vorstellen.

In derselben Mitte ist eine von oben biß unten gehende Höhlung, die fast gar keine Breite hat, eben so, wie man an dem Spindel-Baum siehet, woselbst man zwey oval-runde Saamen-Kerne, die aber als flache und grüne voneinander gesetzte Blättergen obenher aussehen, wahrnimmt, und aussenher ein Hertz formiren, eben so als an dem Spindel-Baum, ausser daß das Hertzlein an dem Spindel-Baum gegen den Stiel zugehet. Es wächst dieser Baum in Hispaniola, Jamaica und dem festen Lande, Megrando genannt, wie auch an vielen andern Orten in America, und in fast grösserer Menge, als die Spanischen Fichten.

GUAJACUM MINUS VERUM SIVE LIGNUM sanctum, Gayac, Frantzosen-Holtz. Siehe die 560. Kupffer-Platte. l. b.

Arbor est admodum similis Guajaco, sed minor, magnitudine populi, stipitibus veluti spinosis, cortex magis quam Guajaci pustulosus, cætera similis, maculisque conspersus, intrinsecus vero obscure rubet, & in recenti ligno etiam facile separatur. Lignum à Guajaco differt meditullio, quod in hoc est parvum, in ramis nullum. Ipsius ligni color magis albicat, & ad luteum quendam colorem vergit. Meditullium parce nigrum ad viride inclinat evidenter, imo Cyaneum est

est in viridi, unde nomen Hoaxacan traxit originem.

Tractanti nullus odor occurrit, æmulatur tamen Guajaci odorem, ut in decocto & oleo ejus destillato patet, qui tamen in integro non percipitur, adeo terreis partibus permixta est, ut ne ab inflammato quidem, nisi parum admodum defluat, cum tamen per destillationem plus Olei quam ex Guajaco extrahatur. Pondus Guajaco idem est, æque enim cito in aqua subsidit. Sapor amarus, sed acrimonia longe major & evidentior, adeo, ut amaritudo ab hac oppressa non statim percipiatur, ideoque piperis instar fauces pungit, mordicat, & pulvis ejus naribus inditus sternutamenta ciet, unde longe ab incolis ob vires Guajaco præfertur, nec enim tantum luem veneream & quidem facilius curat, sed & multos alios morbos, quibus Guajacum non sufficit, expugnat, & ob miros suos effectus in majori est usu, & Ligni Sancti nomen non sine ratione obtinuit, quamvis immoderato usu, & caloris vehementia possit hominem nimis excalefacere, decoctum ejus & amarius est, & magis odorum, quam Guajaci, flavumque colorem magis habet intensum.

Flos Vincæ Pervincæ admodum similis est colore & figura, sed sine aliqua longitudine, ejusque foliola quasi duplicata, sibi superposita apparent, florum etiam conjunctio ex pictura videtur ad Corymbum accedere.

Fructum auctor non addidit, nascitur copiose in Insula Borichen, quæ nunc St. Joannis ab Hispanis appellatur.

Dieser Baum ist dem Guajaco sehr gleich, aber nicht so gros, etwan so hoch, als der Espen-Baum, und sind seine Stämme gleichsahm dornigt, die Rinde ist auch aufgeworffener als an dem Guajaco, sonsten gleich, aschfärbig, äusserlich mit gleichen Flecken besprenget, inwendig etwas röthlicht, und lässt sich auch von dem frischen Holtz leicht abtrennen.

Das Holtz ist von dem Guajaco durch das innere Marck am meisten unterschieden, der sich sehr klein und in den Aesten gar nicht findet, die Farbe des Holtzes ist weißlichter, und fällt ins gelblichte. Des innern Marck ist wenig schwartz, und fällt aufs grüne, ja so klar, wie an der Korn-Blume, dahero auch der Indische Nahme Hoaxacan herrühret.

Wenn man es angreiffet, riecht es nicht, jedoch kommt es dem Geruch des Guajaci etwas bey, wie man es aus dem Decocto und dem destillirten Oel abnehmen kan; jedoch ist es so mit irdischen Theilgen vermischet, daß man es nicht gantz vermercket, so gar nicht einmahl, wenn es angezündet wird, wo es nicht allgemach abfliesset, da man doch durch das destilliren Oel heraus bringet, als aus den Guajaco. Es ist eben so schwehr, wie dieses, und sincket eben so zu Grunde. Der Geschmack ist bitter, die Schärffe aber weit gröSSer und mercklicher, so, daß man die durch die Schärffe unterdrückte Bitterkeit nicht gleich mercket, es ziehet also wie der Pfeffer den Hals zusammen, sticht und beißt, wann der Staub davon in die Nase kommt, macht er niessen; deßwegen es die Einwohner dem Guajaco weit vorziehen, denn es heilet nicht nur die Frantzosen, sondern auch andere Kranckheiten, wo jenes nicht hinreichen will; wegen so trefflichen Würckungen hat es den Nahmen heilig Holtz empfangen, wiewohl es wegen seiner starcken Wärme auch einen Menschen zu starck erhitzen könnte. Das Decoctum davon ist bitter, riecht stärcker, und ist auch gelber, als das von dem Guajaco.

Die Blätter sind etwas gröSSer als an den Rauten, nach Art der Linsen-Blätter, zwey immer gegeneinander über, doch ist oben kein eintziges übrig, wie man bey bey den Schoten-Früchten sonst siehet.

Die Blume kommt der Vincæ per Vincæ oder den Jungrün, sowohl an der Farbe als Gestalt sehr gleich, jedoch ohne die Länge, die Blättergen sind gleichsahm doppelt, und scheinen, als lägen sie übereinander, die viel verbundene Blumen scheinen auch eine Umbellam auszumachen. Eine Frucht hat der Autor nicht hinzugesetzet. Der Baum wächset häuffig in der Insel Borichen, welche itzt St. Johannis heisset.

NOTA. Ex utráque ergo descriptione, addit Autor, & figura manifestum est, has duas arbores inter se specie distinctas esse, quamvis sub eodem proximo genere contineantur. Plures ejus species etiam addit, & quid differentiæ illas inter obvenerit, sedulo annotavit C. B. P. 448. Annotavit etiam Pometus l. c. arbores has sexu masculino atque fœminino inter se differre. Memoratu etiam sunt digna, quæ *Clusius* in Nicolai Monardi simplic. Medic. historia p. 312. adduxit. Denique ex supra dictis constare arbitror, quæ nominum sit & derivatio & ratio.

Wenn man beyde angeregte Beschreibungen zusammen hält, so siehet man klar, daß die beyden Arten Blumen, zwar nach ihrer Gattung unterschieden, jedoch füglich zu einerley Geschlecht gebracht werden können.

können. Es sind auch noch andere Gattungen unterschieden, jedoch füglich zu einerley Geschlecht gebracht werden können. Es sind auch noch andere Gattungen davon, die C. B. P. sorgfältig angeführet. Pomet erwehnet auch, daß diese Bäume männlichen und weiblichen Geschlechtes untereinander wären. Auch alles das jenige, was man in Monardi Historie der Simplicium Med. von Clusio angeführet findet, verdienet wohl gelesen zu werden. Woher nehmlich die vielerley Benennung dieses Holtzes im Lateinischen und Teutschen gekommen, siehet man aus dem, was vorher gesaget ist, nehmlich aus den vortrefflichen Würckungen klar genug.

Usus Medicus.

Guajacum per universum nun fere orbem cognitum, inque officinis receptum deprehenditur: Usui autem Medico præcipue inserviunt Cortex atque Lignum, quæ primo gradu calida sunt. De cortice autem affirmat Recchi, quod calidus sit ordine secundo una cum foliis. Continent multum salis essentialis atque fixi, nec non olei. Gummi seu potius Resina arida, friabilis, pellucida, ex nigricante, sapore acri, odore grato, calida secundo & sicca tertio gradu, Guajacum Gomme de Gayac, appellatur. Lignum calefacit & siccat, sudorem ac urinam largiter promovet, adéoque sanguinem glutinosum, viscosum, acidum & impurum resolvit & mundificat, putredinique resistit. Usus præcipue in Arthritide, Scabie, Scorbuto, Hydrope, Catarrhis, Asthmate, Epilepsia, Gonorrhæa, Fluore albo, Odontalgia, aliisque affectibus à stagnationibus humorum frigidorum, & inde obstructionibus oriundis chronicis & contumacibus. Decoctum autem ejus specifice & singulariter imo radicitus curare luem veneream, nisi jam in solidis partibus venenum hæreat, experientia comprobatum est, unde etiam denominationem Germanicam accepit. *Schræd.* Quo fato autem factum, ut hæc virtus fuerit detecta, enarrat Clusius pluribus l. c.

Das Frantzosen-Holtz ist itzt fast durch die gantze Welt bekannt, und findet man es aller Orten in den Apothecken. Man braucht davon am meisten das Holtz und die Rinde, welche im ersten Grad warm sind. Recchi aber behauptet von der Rinde, daß sie nebst den Blättern im andern Grad warm seye. Sie enthalten aber viel Sal essentiale und fixum, auch Oel. Ferner ist der Gummi oder trockene Hartz, das sich zerreiben lässet, durchsichtig und schwärtzlicht, von scharffen Geschmack und angenehmen Geruch, warm, im andern und trocken im dritten Grad. Das Holtz erwärmet, trocknet, befördert den Schweis und Harn reichlich, resolvirt und reiniget also das zähe, saure und unreine Geblüth, und widerstehet der Fäulniß. Man braucht es vornehmlich in der Glieder-Kranckheit, Krätze, Scharbock, Wassersucht, Flüssen, Keichen, in der Freyß, unreinen Saamen- und weissen Fluß, Zahn-Schmertzen, und andern Kranckheiten mehr, welche von Verstopffung durch zähe, kalte Feuchtigkeiten ihren Ursprung nehmen, und unter die lang gedaureten und schlimmen gerechnet werden. Vor allen andern braucht man es als ein bewehrtes und besonderes Artzeney-Mittel gegen die Frantzosen in Tränckten, daher es auch seine Benennung in unserer Sprache hat. Denn die Erfahrung bestättiget es, daß sie diese Kranckheit aus den Grund hebe, wo anderst nicht schon selbige in denen festen Theilen des Leibes-Wurtzel gefasset. Wie dieses Holtzes Krafft in solchen Zufällen seye entdecket worden, beschreibet nebst andern Clusius. Die Rinde dieses Holtzes ist zwar nicht so hitzig, doch hat sie mit den Holtz gleiche Krafft. Die hartzigte Substantz, welche unter andern den zähen Unflat in der Nase vortrefflich auflöset, ist hitziger als das Holtz, jedoch thut es mit diesen einerley Würckung. Præparata davon seynd der Spiritus, das stinckende brandige Oel, wie auch der Extract und das Saltz in den Officinen zu finden.

Usus Mechanicus.

Tanta cum Lignum Guajacum sit duritie, ut ægrius findatur, nec facile rimas admittat, ejus patet usus in rebus domesticis atque mechanicis. Pometus Autor non solum est, quod in Gallia varia exinde fabricentur instrumenta & opera scrininaria, sed etiam in Germania mortaria cum pistillis hoc ex ligno conficiantur. Tacemus alios usus.

Da obangeregter massen das Frantzosen-Holtz so ungemein hart ist, daß man es schwerlich spalten kan, dasselbe auch nicht leicht Ritzen bekommt; so erhellet daraus klar, zu wievielerley dasselbe in mechanischen und Haus-Sachen könne genutzet werden. Pomet führet nicht nur an, daß in Franckreich vielerley Werckzeuge, und Tischler-Arbeit daraus verfertiget werden, sondern es werden auch in Teutschland davon Mörser und Keulen gedrehet; andern Gebrauch vorjetzt zu geschweigen.

GUANA-

GUANABANUS.

GUANABANUS JAVANENSIS folio ficulneo *Munting:* Arbor Fici Africana, fructu Cypriis Cucurbitis haud absimili, seminibus Leporinis, renibus similibus. *Thevet.* Arbor Lagenaria. Guanabane. *Gall.* Flesche boom met Vige bladeren. *Belg.* Flaschen-Baum. *Germ.* Siehe die 561. Kupffer Platte. l. a.

Guanabanus Oviedi, fructu squamato I. B. I. 114. Anona Indica Hernandez p. 90. Anona Maram. Hort. Mal. III. 23. cum nostro Guanabano non convenit, Guanabanus enim Oviedi Doerianæ, de qua supra egimus, proxime accedit. Conf. *Boerhaavii Ind.* II. p. 249. quo etiam *Linnæi* Characteres in generibus plantarum p. 148. n. 446. spectant. Ficui potius similis est arbor fructu oblongo. Ficus Nigritarum *Theveto.* C. B. P. 457. b. n. V.

Eadem ipsa potius arbor est, cujus *Clusius* ad Garciam Exot. Libr. VII. p. 231. meminit. Postquam enim Guanabani Scaligeriani mentionem fecerat, cujus pictura à nostra non quidem abhorret, huic etiam simillimum, addit, foliis tamen ab hoc diversis describit Thevetus cap. X. Libr. Singularium Americæ his verbis: Tres sunt Hesperidum insulæ ad Æthiopum promontorium, Caput viride vulgo appellant: In harum una arbor invenitur folio nostratis fici, fructu duorum feré pedum longitudine, crasso, magnis oblongisque Cypriis cucurbitis haud absimili. Nonnulli eo fructu vescuntur, ut nos Melonibus: continet vero semina fabæ magnitudine, leporinis renibus similia. His quidem simias alunt. Alii monilia ex his collo aptanda conficiunt: siccata enim & bene matura, aspectu pulcherrima sunt. Hæc fusius prosecutus est *Muntingius* in der vvaaren Oeffening der planthen p. 98. ex qua Dn. Weinmannus iconem desumpsit. Arbor hæc perpetua fronde virens non solum in variis Africæ sed etiam in Americæ reperitur regionibus. Quatuor ejus species innotuere Muntingio, qui modum illas in hortis colendi, ex semine propagandi, contra omnes casus protegendi, disertis docet verbis. Raro autem fieri solet, ut his in terris longe vivant, Muntingius enim, omni quamvis adhibita cura, ultra tres annos servare istas non potuit.

Der Flaschen-Baum mit Feigen-Blättern ist eine Art eines Africanischen Feigen-Baums, dessen Frucht den Cypriſchen Kürbißen nicht ungleich siehet, der in der Frucht enthaltene Saame aber den Haasen-Nieren gleichet. Wegen der Gestalt der Frucht ist es geschehen, daß man ihn den Flaschen-Baum genennet. Der Guanabanus des Oviedi mit einer schuppichten Frucht ist von unsern Flaschen-Baum unterschieden, und ist vielmehr die Doeriana, welche wir oben beschrieben haben: Die Anona Maram, welche man im Horto Mal. siehet, kommt etwan mit unserm Flaschen-Baum den Geschlecht nach überein. Es ist vielmehr der von C. B. P. angeführte einem Feigen-Baum gleichender Baum mit einer länglichten Frucht, und eben derselbe Baum, dessen Clusius von den Ausländischen Gewächsen Libr. VII. über den Garziam erwehnet. Denn nachdem er den Guanabanum, welchen Scaliger beschrieben, angeführet, dessen Bildniß von dem unserigen nicht unterschieden ist, so saget er: Einen Baum von gleicher Art, der nur bloß durch die Blätter unterschieden ist, führet Thevetus in dem Buch von den Merckwürdigkeiten Americæ mit diesen Worten an: Es sind drey Hesperides, oder an dem Æthiopischen Vorgebürge, das grüne insgemein genennet, liegende Insuln. Auf deren einer findet man einen Baum, dessen Blätter als unsere Feigen-Blätter aussehen, die Frucht ist zwey Fuß lang, dick, und den grossen länglichten Cypriſchen Kürbissen nicht ungleich. Einige essen die Frucht, wie wir die Melonen. Der darin enthaltene Saame ist so groß als eine Bohne die den Haasen-Nieren gleichet. Einige füttern die Affen damit, andere tragen sie als Corallen am Hals, denn getrocknet sehen sie ungemein schön aus. Diesen Baum hat Munting in der wahren Oeffnung der Pflantzen umständlicher beschrieben, aus welchem auch Herr Weinmann das Kupfer genommen. Es sind demselben vier Gattungen von diesem Flaschen-Baum bekannt geworden. Man findet ihn nicht nur in vielen Africanischen, sondern auch Americanischen Ländern, und bleibt er beständig grün. Munting giebet auch Anweisung, wie man diesen Baum im Garten haben, aus dem Saamen vermehren, und sonst erhalten könne. Er gestehet aber dabey selbst, daß der Baum hier zu Lande nicht alt werden, und bey aller seiner Mühe doch nicht über das 4te Jahr habe bleiben wollen.

GUAJAVA.

GUAJAVA Indica. Guayabo Pomifera Indica, Guayabo arbor, at fructus Guayaba dicitur Oviedo, Guayavas, Guayavos. Xalxochotl. ſ. Pomum Arenoſum in *America*. Pera ſeu Pelouka. *Malabarenſibus*. Pera Brachmanis. Guajavas. *Portug.* Gajave. *Gall.* Goejaves. *Belg.* Siehe die 561. Kupffer-Platte. l. b.

CHARACTER. Guajava eſt plantæ genus, auctore *Plumerio* flore roſaceo ex plurimis ſcilicet petalis in orbem poſitis conſtante, cujus calix infundibuliformis abit deinde in fructum ovatum, coronatum, mollem, in cujus carne multa ſemina exigua nidulantur. *Tournef.* 660. Addit *Boerhaavius* Ind. II. p. 250. Finis pedunculi abit in ovarium, ovatum, coronatum corona, calicis inſtar quinquefida. Flos roſaceus, pentapetalus, ovario intra coronam, innatus, ſtaminibus quam plurimis præditus. Ovarium tuba longa inſtructum fit fructus carnoſus, ſeminibus numeroſiſſimis, exiguis refertus. Vide Linnæum p. 140. n. 393. Variæ ejus dantur ſpecies, alia ſativa, alia ſylveſtris: alia pomis longiuſculis aut rotundis, luteis aut viridibus: pulpa aliis rubra, aliis candida. C. B. P. 437. Quia fructus orbicularis, granulis, ficuum granulis ferè ſimilibus, refertus eſt, inde nomen Pomi arenoſi traxit. *Hernandez* 84.

Guajava iſt eine Art Pflantzen nach Plumiers angeben mit einer Roſen-förmigen Blume, die nemlich aus vielen rund herum in einen Kreiß ſtehenden Blättern zuſammen geſetzet iſt, deſſen Becher-förmiger Kelch zur Frucht wird, die als ein Ey geſtaltet, mit einer Krone gekrönet, weich, und mit vielen, kleinen, eingeſtelten Saamen angefüllet iſt. *Tournef.* das Ende des Stiels, ſetzet Boerhaave hinzu, wird zu einen Saamen-Behältniß, das mit einer Krone gekrönet, und als ein Kelch fünffmahl geſpalten iſt. Die Roſen-förmige Blume iſt fünff-blätterigt, und wächſt aus den Saamen-Behältniß innerhalb der Krone, iſt auch mit ſehr vielen Faſern verſehen. Das Saamen-Behältniß hat eine lange Röhre, und wird zu einer fleiſchigten, mit ſehr vielen, kleinen Saamen angefüllten Frucht. Es gibt von dieſem Baum vielerley Gattungen: eine zahme, und wilde, eine andere hat länglichte, eine andere runde Frucht, von Farbe gelb oder grün, und iſt bey einigen der inwendige fleiſchigte Safft röthlicht, bey anderm weis, weil die Frucht inwendig mit ſolchen Körnlein angefüllet iſt, als faſt unſere Feigen, ſo heiſſt ſie deßwegen in Weſt-Indien Pomum arenoſum, ein ſandiger Apffel.

Plenior illius, quam tabula noſtra picta exhibet, ſpeciei deſcriptio exſtat in Horto Malabarico. P. III. p. 31. Eſt Guajava arbor juſtæ magnitudinis, viginti circiter pedes alta, caudice recto, præduro, ſesquipedali craſſitudine, multisque ramis donato, qui cortice glabro, rubrovirente, ſaporisque auſteri obducti ſunt; novellis tamen omnino virentibus, quadrangulis, ac undique alatis. Radix ruſſo cortice tecta fibris ſuis late per terram diffunditur. Folia decuſſatim brevibus craſſisque pediculis, ramis, ſurculisque cohærent, craſſa, oblonga, acuminata, & nonnihil criſpa, nervis aliquot ex media coſta in latera excurrentibus, inferne ſcabra ſeu aſpera, ſuperne nequaquam; color ex atro vireſcens, odor gratus, ſapor vero auſterus. Flores candidi, & inodori, quatuor, quinisve tenuibus, oblongo rotundis foliolis conſtant, multis in medio ſtaminulis præditi albicantibus, quæ tamen apicibus, ſeu potius nodulis flaveſcentibus eleganter ſunt ornata.

Fructus noſtratibus pyris haud abſimiles, in vertice umbilico præditi lacunoſo ac tenui, & è viridi albicante cortice cincti; maturi gratum ſpirant odorem, maturitatis indicium, carne intus albicante, & ſucculenta, dulcisque ac grati ſaporis referti, quæ tamen in immaturis valdé dura & adſtringens; intra quam numeroſa, ſubrotunda ac prædura obſervantur grana. Arbor hæc nusquam ſponte in Malabar naſcitur, ſed facili negotio in hortis alitur. Seminibus ſata tertio anno fructus fert, quos plerumque menſe Januario & Februario maturos exhibet, manetque frugifera ultra triginta annos.

Von der Gattung des Guajavæ-Baums, die wir auf unſer Kupffer-Platte vorgeſtellet, findet ſich eine vollſtändigere Beſchreibung in dem Horto Malab. Es iſt ein Baum von ordentlicher Gröſſe und Höhe, ohngefehr zwantzig Schuh hoch, mit einem geraden, ſehr harten, und anderthalb Fuß dicken Stamm, der mit vielen Aeſten verſehen, die mit einer glatten, röthlich-grünen Rinde überzogen, welche herb von Geſchmack iſt, ſo lange aber dieſe Aeſte noch jung ſind, ſehen ſie grün aus, ſind viereckigt, und von allen Seiten geflü-

gelt.

gelt. Die Wurtzel ist mit einer röthlichten Rinde überzogen, und die Fäser daran verbreiten sich weit in die Erde. Die Blätter hängen überzwerch an kurtzen und dicken Stielen, an den Aesten und Reisern, sind aber dick, länglicht, zugespitzt, und etwas krauß; aus der mittleren Rippe gehen einige Adern an die Seiten hinaus, sie sind untenher rauch, obenher aber gar nicht; die Farbe ist schwartz-grün, der Geruch angenehm, der Geschmack aber ist herbe. Die weissen Blumen haben keinen Geruch, und bestehen aus vier oder fünff dünnen länglicht runden Blätterchen, in der Mitten zeigen sich viele weißlichte Fäser, welche aber mit gelben Spitzen oder vielmehr kleinen Knoten sehr schön gezieret sind. Die Früchte sind unsern Birnen nicht eben ungleich, oben an der Spitze mit einen etwas tieffen Nabel versehen, und mit einer dünnen, grünlicht-weissen Schaale überzogen. Wann sie reiff werden, riechen sie schön, und diß ist das Kennzeichen, daß sie reiff sind: das inwendige Fleisch ist weißlicht und safftig, von einem süssen und lieblichen Geschmack, hingegen ist bey den unreiffen das Fleisch sehr hart und anziehend. Innerhalb dieses Fleisches finden sich sehr viele, fast runde und sehr harte Körner. Es wächst dieser Baum in Malabar nirgends von selbst, wird aber mit leichter Mühe in den Gärten gezogen. Wenn man ihn von den Saamen erzielet, bringet er im dritten Jahr Früchte, die gemeiniglich im Januario und Februario reiff werden, und trägt er über dreyßig Jahre.

Altera Guajavæ species ibidem p. 33. descripta a priori vix differt nisi foliorum & florum magnitudine. Fructus autem rotundiores, ac malis potius assimilantur, intus carne punicea acidiuscula præditi. *confer. Recbi.* p. 84. & 85.

Die andere ebenfalls im Horto Malab. beschriebene Gattung des Guajavæ Baums ist von der ersteren bloß durch die Grösse der Blumen und Blätter unterschieden. Die Frucht aber ist runder, und vergleicht sich mehr einem Apfel, das inwendige Fleisch ist röthlicht, und etwas säuerlich von Geschmack.

Usus Medicus.

In officinas nostras Guajava nondum ingressa est, testantur autem supra allegati Autores, quod usui inserviat medico: Ex foliis hujus arboris, inquit Autor Hort. Malab. in aqua coctis balneum conficitur, quod sua caliditate sudores movendo febrem sanat. Nec non é corticibus, radicibusque decoctum paratur, quod subinde assumptum viscerum obstructiones reserat, aquas hydropicorum ducit, & Icterum tollit. Fructus in aceto Vini cocti diarrhæam ac dysenteriam sistunt; iidemque maturi avide comeduntur, & in bellariis esse solent, alvumque laxant. *Recchius* l. c. addit: Folia sunt acida, adstringentia & valdè odora, scabiem curant, & lotionibus solent adhiberi. Cortex frigidus & siccus est, atque adstringens. Jus decocti ejus tumentibus cruribus fert opem, & fistulosis ulceribus medetur. Conferre quoque referunt surditati, & dolores ventris tollere, partium quarundam calidarum, quarum expers non est, ministerio. Pomum calidum est ac siccum, ac præcipue exterior illius, ac solidior pars: nam interior, quæ mollis est, majorem præ se ferre videtur calorem. Cimices quadantenus olet, & tamen non postremum in mensis, imo jucundum permultis exhibet alimentum, sed non omnino inculpatum, etsi quidam contendunt, coctionem juvare & calefacere ventriculum ob frigus imbecillum &c.

Es ist zwar bey uns die Guajava nicht gebräuchlich, allein nach dem Zeugniß erwehnter Autorum in Ost- und West-Indien. Aus den in Wasser abgekochten Blättern dieses Baums, sagt der Autor des H. Mal. macht man ein Bad, welches durch seine Wärme den Schweiß treibet, und das Fieber curiret. Man machet aus den Rinden und Wurtzeln ein Decoctum, welches zuweilen genommen die Verstopffungen des Eingeweides hebet, das Wasser der Wassersüchtigen abführet, und die Gelbsucht heilet. Die Früchte in Wein gekocht, stillen den Durchfall und Ruhr. Sie werden reiff viel gegessen, und auf den Nachtisch gebracht, laxiren gelinde. Rechius setzet hinzu: Die Blätter sind säuerlich, ziehen an, und riechen starck, curiren die Krätze, und werden zu Bädern und waschen gebraucht. Die Rinde ist kalt und trocken, ziehet auch an. Die Brühe von dem Decocto hilfft vor geschwollene Schienbeine, und in fistuleusen Geschwären. Man sagt auch, daß sie vor die Taubheit gut seye, und die Bauch-Schmertzen wegen ihrer warmen Theilgen, davon sie nicht leer ist, stille. Die Frucht ist warm und trocken, und vornehmlich deren äusserer und fester Theil; denn der innere ist weich, und scheinet eine gelindere Wärme zu haben. Sie riecht wie Wantzen (die andere Gattung aber nicht) jedoch braucht man sie

zum essen, und gibts einigen eine angenehme Nahrung, die aber wohl eben nicht die beste seyn mag, ob gleich einige davor halten, daß die Kochung dazu diene, und einen erkälteten schwachen Magen erwärme.

GUTTA GAMANDRA.

GUTTA GAMANDRA, GOMME GUTTE, Gummi-Gutt. Siehe die 561. Kupfer-Platte. l. c.

NOTA. Qualis ista sit planta vel arbor, ex qua Gummi Gutta, seu Cambogium officinarum destillet, obscura fuit hactenus quæstio. Plerique Tithymali seu Esulæ, aut Scammonii esse speciem sibi facile persuaserunt; hinc factum etiam esse existimamus, ut *Pometius*, *Valentini* aliique figuram, ad Esulæ quandam speciem accedentem, æri incidi curaverint. Quorum vestigia quidem secutus est etiam Dominus Weinmannus, rectiora autem edoctus ex Horto Malabarico, veram figuram dare, aliique loco inserere promisit. Certum itaque constitutumque est, Gummi Gutta ex arbore Indica distillare, cui nomen CODDAM-PULLI seu OTA PULLI est; cujus descriptionem ex Horto *Malab.* P. I. p. 41. dare etiam liceat.

Man ist lange Zeit her zweiffelhafft und streitig darüber gewesen, was es vor eine Pflantze oder Baum seyn müsse, von welchen das bekannte Gummi Gutta flösse, welches man aller Orten in den Officinen hat. Es haben die meisten sich leicht überreden lassen, daß es eine Art vom Tithymalo oder Scammonio sey, um so vielmehr als es nicht ohne ist, daß aus einer dem Indischen Tithymalo gleichenden Gattung eine andere Art Gummi fliesset. Diß ist auch etwan die Ursache gewesen, daß Pomet, Valentini, und andere, dergleichen Gewächse in ihren Kupffern haben vorstellen lassen. Denen zwar auch Herr Weinmann anfänglich gefolget, und in Ermangelung einer besseren Idee, die Vorstellung auf unserer Platte von benannten Autoribus entnommen. Da er aber eines besseren aus dem Horto Malabarico ist verständiget worden, so will er daher die wahre Vorstellung mahlen, und bey füglicher Gelegenheit an einen andern Ort einrücken lassen. Es ist indessen jetzt wohl ausser allen Streit und Zweiffel, daß der jenige Baum, von welchen unser Gummi Gutta kommt, ein Ost-Indisches Gewächse Coddam-Pulli oder Otà-Pulli genannt, sey; dessen Beschreibung wir aus oberwähnten Ort nehmen wollen.

CHARACTER. Coddàm Pulli seu Otà-Pulli ling. Bram. Dàrambò est arbor procera, nascens, in arenosis, densis & opacis frondibus latè sparsis.

Radix crassa brachia seu ramos subtus ac super terram latè diffundens, cortice albicante subflavo, qui crusta nigricante obductus est, & sub ea rubescit, ligno albicante & subflavo; Incisa per viscosum humorem, qui saporis est nullius, exudans.

Caudex ambitum duorum hominum amplexum implens, cortice quoque eodem, ut radix, ligno albicante.

Folia in surculis bina & bina, petiolis brevibus, viridibus, interius planis proveniunt. Suntque oblongo-rotunda, anteriora versus in cuspidem angustam, quæ versus unam partem nonnihil inflexa est, contracta, ad petiolum quoque stricta, cum oris versus exteriora nonnihil inflexa, suntque contextura crassa, spissa, & solida, viroris in recta fusci & nitentis, in adversa clari.

Ex costa media, quæ in adversa alta extuberat, & tenuiter in recta, venulæ procedunt obliquè anteriora versus, quæ folium subeunt, & in adversa parte sub exteriore folii cuticula tenuiter prominent; præter eas nullæ aliæ venæ sunt conspicuæ; foliis sapor est acidus.

Flores in vertice surculorum foliaceorum brevissimis pedunculis insident, suntque incarnati seu rosaceo-saturi & flavescentes, constantes quatuor foliis rotundis parum oblongis & versus interiora cochleata cavis, suntque folia crassa & densa sine venis, intus magis flavescentia & exterius ad oras; in medio florum emicat globulus viridis rudimentum fructus in octo latera oblonga per strias distinctus, in vertice, capitulo seu umbilico, quod ex gemmis albicantibus constat, quæ velut ad eandem orbitam extenduntur, obsitus, estque circumdatus staminibus surrectis albicantibus, quæ in vertice flavo-rubris nodulis dotata sunt; flores odoris nullius & saporis subacidi.

Calix est quatuor viridi-dilutorum flavescentium, cochleato-cavorum foliorum.

Fructus, qui uncialibus petiolis appendent, grandes sunt, rotundi, octo, novem, decem costulis extuberantes, ac in vertice capi-

capitulo parvo; quod etiam costulis striatum est, eminentes, primum virides, dein flavescentes, cum maturi, albescentes, sapore acido-dulci.

In medio Pulpæ semina cum sua longitudine in longitudine fructus consita, oblonga magnitudine unius articuli compressa, colore cœruleo nigro.

Hæc arbor flores & fructus semel in anno dat in Martio.

Coddàm-Pulli oder Otà-Pulli, in der Sprache der Braminen Dàrambò ist ein hoher an sandigten Orten wachsender Baum, dessen dichte und schattige Zweige sich weit ausbreiten.

Die dicke Wurtzel vertheilet ihre Arme oder Zweige über und unter der Erde sehr weit, ist mit einer weißlicht-gelben Rinde überzogen, über welche noch ein schwärtzlichter Borck ist, unten ist die Rinde röthlicht, das Holtz aber weißlicht, und etwas gelb; wenn man die Wurtzel einschneidet, fliesset daher eine leimigte Feuchtigkeit, die gar keinen Geschmack hat.

Der Stamm ist zwey Mann dick, und ebenfalls mit solcher Rinde, als die Wurtzel, überzogen, das Holtz ist weißlicht.

An den Zweigen kommen allemahl zwey und zwey Blätter, an kurtzen, grünen, und innerhalb flachen Stielen; diese Blätter sind länglicht-rund, gehen oben spitzig zu, und ist die eine Seite etwas eingebogen, unten am Stiel sind sie auch enge, auch ist der äussere Rand etwas eingebogen; sie sind von dicken, festen Gewebe, obenher bräunlicht-glantzend grün, unten her aber heilgrün.

Aus der mittleren Rippe, welche unten her sehr hoch, oben her aber nur wenig heraus stehet, kommen Aederchen, die schieff oben her durch das Blat gehen, unten her aber unter dem äusserlichen Häutgen des Blats gantz zart hervorragen; ausser denselben siehet man sonst keine Adern, der Geschmack der Blätter ist säuerlich.

Die Blumen sitzen oben an den blätterigten Reysern an sehr kurtzen Stielen, und sind fleischfarb, oder satt Rosen-farb und gelb, bestehen aus vier runden Blättern, die wenig länglicht, und inwendig hohl sind: Diese Blätter sind dick, dicht, ohne Adern, inwendig mehr gelb und aussen her an den Kanten. In der Mitte derer Blumen schimmert ein grünes Kügelchen hervor, als der Ansatz der Frucht, die in acht länglichte Seiten durch Streiffen unterschieden ist, oben an der Spitze mit einem Häuptel oder Nabel, der aus weißlichten Edelgsteinen die gleichsahm an denselben Rand sich aus dehnen, besetzet, und ist mit aufwärts stehenden weissen Fäsern umgeben, welche oben an der Spitze mit gelblich rothen Knöpffen gezieret sind, die Blumen haben keinen Geruch, aber einen etwas säuerlichen Geschmack.

Der Kelch bestehet aus vier Blättern, die aus dem grünen lichtgelbe und als ein Löffel ausgehöhlet sind.

Die an eines Zoll langen Stielen hängende Blätter sind gros, rund, mit acht, neun oder zehen hervorgehenden Rippen, oben an der Spitze raget ein kleines Häuptlein, welches auch mit kleinen Rippen gestreiffet ist, hervor; Sie sind erstlich grün, hernach gelb, und wann sie reiff werden, weißlicht, von sauer-süßlichten Geschmack.

Der in dem Brey enthaltene Saame lieget nach der Länge der Frucht auch in der Länge hin, die Grösse ist als ein Glied, länglicht dicht zusammen gepresset, schwartz blau von Farbe.

Dieser Baum bringet einmahl im Jahr und zwar im Meitzen Blüthe und Frucht.

NOTA. Quæ arboris sit differentia, ex Hermanni literis patet. Arboris, inquit, Indicæ sunt folia & flores, quæ Gummi guttæ fundit, fructu acido, sulcato, aureo, mali magnitudine, Corcápali Acostæ, Ghoraka Cingalensibus dicta. Mox subjungit: Hisce adde folia & flores alterius speciei, arboris nempe Indicæ, quæ Gummi Gottæ fundit, fructu dulci rotundo, cerasi magnitudine, Carcapuli Linscot (NB. quod Bauhinus in Pinace utramque perperam comprehenderit sub una specie, Carcapuli Acostæ, & Carcapuli Linschot. Differunt enim inter se flore ac fructu, licet in reliquis conveniant) Cingalensibus vocatur Kanna Ghoraka, id est, Ghoraka dulcis. Binæ hæ arbores ex trunco inciso Gummi Gottæ fundunt, præstat autem illud quod ex Kanna Ghoraka. *Hort. Malab.* P. I. p. 42. *not.*

Was für Unterscheid bey diesen Baum sey, ersiehet man aus Hermanni Brief: der Indianische-Baum, saget er, hat Blumen und Blätter, der Gummi Gottæ giebet; die Frucht ist sauer, in Furchen getheilet, Gold gelb von Farb, in der Grösse als ein Apffel, welche Acosta Carcapuli, die Cingalier aber Ghoraka nennen. Bald darauf setzet er hinzu: Siehe nebst diesen die Blätter und Blumen einer anderen Gattung, nemlich des Indianischen-Baumes, welcher Gummi Gottæ von sich giebet, mit einer runden,

den, süssen Frucht, in der Grösse als eine Kirsche, die Linscot Carcapuli nennet, (die C. Bauhinus beyde, aber unrecht, unter einer Gattung, nehmlich Carcapuli Acosta und Carcapuli Linscot begriffen, da sie doch nach der Blume und Frucht unterschieden sind, ob sie gleich im übrigen überein kommen) die Cingalier aber heissen sie Kanna Ghoraka das ist süsse Ghoraka. Beyde Bäume geben, wenn man sie ritzet oder einschneidet, aus ihren Stamm das Gummi Guttæ, das aber wird vor das beste gehalten, das aus dem Kanna Ghoraka fließet.

Usus Medicus.

Apud Medicos Indorum hæc arbor aut ejus Gummi in usu non est. Frequenti autem apud nos usu receptum est Gummi, Gutta Gamba, Gutta Germandra, Gutta Gamandra, Gutta Gemeæ, Cattagauma vel Gemu & Jemou dicta. Succus ille Indicus seu gummosus seu lac resinosum induratum, flavum, aut aurei coloris est saporis acriusculi nauseosi. Multum Olei, Salis essentialis acidi & acris penetrantisque secum vehit. Expurgat autem vehementer & copiosè per superiora & inferiora præcipue humores serosos & aquosos, tum quoque omnem saburram vitiosorum humorum ex toto corpore educit. Hinc usus ejus creber est in Hydrope, Scabie, Arthritide, Podagra, Lepra, & morbis similibus, ubi fortioribus opus est purgantibus. Curatur tamen ejus vis per admixtos acidos liquores & pulveres tartareos. *Schræderus.* Quod Quartanam tutissime curet, *Zornius* ex multis autoribus affirmat. Aſt cum multis cautioribus Medicis tanquam purgans drasticum & quasi corrosivum non amplius arrideat, ab ejus usu potius abstinent.

Die Indianischen Aertzte brauchen nichts von diesen Baum in der Medicin. Bey uns aber wird das Gummi Guttæ häuffig gebrauchet. Es ist eigentlich eine gummische, hartzigte, gehärtete Substanz, von gelber oder Gold gelber Farbe, scharffen und eckelhafften Geschmack, und enthält viel Oel, auch essentiales scharffes, säuerliches und penetrantes Saltz. Es purgiret scharff, und überflüßig über und unter sich, vornehmlich führet es alle schleimigte und wässerigte Feuchtigkeiten ab, ingleichen allen Unrath der verdorbenen Feuchtigkeiten. Dahero braucht man es häuffig in der Wasser-Sucht, Krätze, Glieder-Kranckheit, Podagra, Aussatz, und dergleichen, wo hefftige Purgier-Mittel statt finden. Jedoch wird seine Hefftigkeit durch Zumischung saurer Pulver und Säffte gemildert. Daß es das viertägige Fieber am sichersten curire, hat Zornius aus vielen Autoribus erwiesen. Da aber dieses hefftig würckende Abführungs-Mittel vielen behutsamen Medicis nicht mehr wohl anstehen will, enthalten sie sich auch billich selbiges anzurathen.

Ende des Buchstabens G.

HÆMANTHUS.

HAEMANTHUS AFRICANUS, seu Narcissus Indicus serpentarius. Tulipa Capensis sive Promontorii bonæ spei. Narcissus Indicus serpentarius, παχύφυλλος & πολύφυλλος *Fab. Colin. Hernand.* 885. & 899. Hæmanthus Africanus caule maculato. Narcissus Indicus puniceus H. A. P. Lilio Narcissus. *Boerh.* II. 149. Siehe die 562. Kupffer-Platte.

CHARACTER. Hæmanthus est Plantæ genus flore liliaceo, monopetalo, in sex lacinias diviso, cujus calix abit deinde in capsulam fere globosam, in tria loculamenta divisam, seminibusque fœtam oblongis. His notis addendum est; flores Hæmanthi in capitulum nasci sex foliolis compositum. *Tournef.* 657. Radicem habet bulbosam, pugnis duobus majorem, squamatam (hoc est squamis constat imbricatim invicem incumbentibus) & albicantem, ex ipsa basi fibræ enituntur albicantes longitudine & crassitudine calamo scriptorio pares. Ex qua radice ipso Octobri (*Ferrar.* Septembri) caulis prodit trium septimanarum spatio sesquipedalis, non exacte rotundus, sed nonnihil depressus, qui albis maculis guttisque purpureis cujuscumque figuræ undique variegatus est, & ab ipsa prima è tellure proruptione capitulum in summitate gerit nucis juglandis magnitudine, & instar caulis nonnihil depressum, castanei coloris, quod sensim aperitur, & septem petalorum (aut hexapetalorum) florem

florem dicam, an perianthium? aliis flosculis perfectis, priusquam aperiatur, tegumenti instar inserviens repræsentat, quæ petala crassa, subrotunda, ab utraque parte colorem sanguineum exhibentia (hinc illi nomen Hæmanthi) continent plusquam triginta flores monopetalos in sex lacinias divisos, rubicundos, qui præter stilum nutritivum stamina habent sex albicantia, capitulis flavescentibus prædita: parvis albicantibus pediculis flores innituntur, quorum quisque è capitulo triquetro provenit, tres cavitates, totidem refertas seminibus, continente; quod etiamsi observare licuit, perfecta tamen maturaque semina produxit nulla. Flore aperto sensim ab uno caulis latere ex ipsa radice duo apparent folia, crassa, pedalia, viridia, & subrotunda, quæ caule evanido humi strata ex opposito jacent. *Hort. Amstelod.* p. II. p. 127. *Hort. Carols Rubanus* p. 25. n. 279. *Walthérus* Cl. 1. p. 26.

Hæmanthus Blut-Blume ist eine Art Pflantzen mit einer Lilien-förmigen einblätterigten Blume, die in sechs Ausschweiffungen oder Stücke getheilet ist, deren Kelch hernach zu einer fast runden und in drey Fächer getheilten Capsel wird, die mit vielen länglichten Saamen angefüllet ist. Hierzu setzet man noch, daß die Blumen dieses Hæmanthi in ein Häuptel wachsen, das aus sechs Blätterchen bestehet. *Tournef.* Sie hat eine Zwiebel, dicker als zwey Faust dick, an welcher die Schuppen als Hohl-Ziegel übereinander ligen, weis von Farbe, aus deren Grund weißlichte Fäser, nach der Länge und Dicke als eine Schreib-Feder gros sich unter und seitenwerts sencken. Aus dieser Wurtzel kommt im October (oder September) ein Stengel, der innerhalb drey Wochen anderthalb Schuh hoch wächset, nicht völlig rund, sondern etwas flach, der an sich selbst weis mit rothen, bunten Flecken und Tropffen von allerley Figur scheckigt ist. So bald als er aus der Erde hervorbricht, hat er oben ein Häuptlein in der Grösse als eine Welsche Nuß, das eben so als der Stengel etwas flach ist, Castanien-braun von Farbe. Dieses Häuptel öffnet sich allmählig, und stellet, ich weiß nicht soll ich eine Blume oder Kelch sagen, vor, welche, ehe sie sich öffnet, andern vollkommnen kleineren Blumen als eine Decke dienet. Diese Blätter sind dick, etwas rund, und von beyden Seiten blutroth, daher auch die Blume den Nahmen hat; Sie enthalten mehr als dreyßig einblätterigte, in sechs Ausschweiffungen getheilte röthliche Blumen, die ausser dem Blumen Stiel noch sechs weiße Fäsern, mit gelblichten Häuptlein versehen, haben; sie stehen an kleinen weißlichten Stielen, deren jeder aus einem dreyeckigten Häuptel kommt, das drey mit so viel Saamen angefüllte Höhlungen begreifft; ob man nun gleich dergleichen wahrgenommen, so hat man doch keinen reiffen Saamen daran gesehen. Nach eröffneter Blume kommen allgemach an einer Seite des Stengels selbst aus der Bulbe zwey dicke, Fuß lange, grüne, und etwas runde Blätter, welche nach verwelckten Stengel auf der Erden gerade gegen einander über ligen.

NOTA. Florem accuratius *Boerhaavius* descripsit: Flos nudus, hexapetalus, vel heptapetalus apparet; sed videtur accuratius observanti flos flosculosus, habens calicem hexaphyllum, vel heptaphyllum, instar Tulipæ factum, valde coloratum rubrum, intra quem flores monopetali, hexapetaloides, sex longis, gracilibus, profunde incisis segmentis constantes, parte infima tubulosi, sex staminibus præditi, innati ovario trigono, tricapsulari, in cujus loculis semina oblonga: talia ovaria & flores ad triginta usque uno illo calice continentur.

Die Blume hat Boerhaave umständlicher beschrieben. Es scheinet eine blosse, sechs- oder sieben blätterigte Blume, wenn man sie aber genau betrachtet, ist es vielmehr eine aus vielen andern zusammen gesetzte Blume, die einen sechs- oder sieben blätterigten Kelch hat, der als eine Tulipane gestaltet ist, sehr hochroth gefärbt, innerhalb desselben sind einblätterigte, aus sechs langen, geschlancken, tieff eingeschnittenen Stücken bestehende Blumen, die unten her röhrigt, mit sechs Fäsern versehen sind, und an dem dreyeckigten, dreyfächerigten, mit langen Saamen angefüllten Saamen-Behältnisse stehen. Dergleichen Blumen und Saamen-Behältnisse sind biß dreyßig an der Zahl in dem einem Kelch enthalten.

NOTA. De semine sic *Ferrarius* L. II. p. 135. scribit: Floseulis postea delapsis subjecta capitula turgent in folliculos ardenti colore rubros, trifidos aut quadrifidos, oleam æquantes, racemi seu corymbi aspectu conglobatos; quibus terna continentur aut quaterna nigella grana, minusculi Phaseoli figura & similitudine. *conf. Rupp.* Plantas flore regulari monopetalo capsula tripartita p. 27. *Ammannus* p. 411. Pericarpium Baccam subrotundam, trilocularem appellat *Linnæus* Gen. Pl. p. 97. Fructus profert, inquit *Fab. Columna in Annot. & Addit. ad Hern.* p.

899. Olivæ nuclei magnitudine trigonos, quibus floſculi inſident, ut diximus, copioſe numero plusquam centum: qui floſculis deciſis rubeſcunt, aream trigonam in ſummo eorum deferentes, ternas cellulas habentes, in quibus ſingula ſemina ab imo ex brevi petiolo trigona dependebant &c. Sapore erant ex acerbo amaro &c.

Von dem Saamen der Blut-Blume ſchreibet noch Ferrarius: Nachdem die Blümlein abgefallen, ſo werden die Häuptlein, worauf die Blumen ſtunden, zu kleinen Bälgen oder Behältniß, von Farbe hochroth, drey oder vierfach geſpalten, ſo gros als eine Olive, und hängen den äuſſerlichen Anſehen nach Trauben- oder Büſchel-weiß, in welchen zwey bis drey ſchwärtzlichte Saamen-Körner enthalten ſind, von Geſtalt und Gröſſe den gantz kleinen Faſohlen gleich. Ruppe rechnet ſie zu den Pflantzen mit einer regulairen, einblätterigten Blume mit einer dreyfächerigten Capſel. Diß Saamen-Behältniß nennet Linnæus eine rundlichte, dreyfächerigte Beere. Fabius Columna ſetzet endlich hinzu: ſie bringet dreyeckigte, nach der Geſtalt und Gröſſe einer Oliven gleichende Früchte, über welche, wie wir bereits geſaget, die Blümlein ſitzen, und zwar ſind der Früchte wohl hundert, welche nach abgefallenen Blumen roth werden, ſtellen oben eine dreyeckigte Ebene vor, haben drey Fächergen, in deren jeden ein Saamen-Korn von unten auf an einen kurtzen dreyeckigten Stiel hänget, welcher von Geſchmack herbe und bitter waren.

Cultura.

Adſeruntur Hæmanthi bulbæ, teſte *Commelino*, quotannis ex Africa, nec adeò raræ in Germania hodie quidem ſunt. Solum amant aridum & arenoſum, vas fictile, locum calidiſſimum; his etenim regionibus non niſi vaſe fictili fimo caballino impoſito, ægre progerminant, nec proceritatem nec coloris elegantiam apud nos adſequuntur, ſed appingi curavit Dn. Weinmannus figuram minorem pallidam, eo usque enim pervenerat, quem in ſuo hibernaculo coluerat, Hæmanthus.

Nach Commelini Zeugniß werden die Zwiebeln deß Hæmanthi jährlich aus Africa gebracht, doch ſind ſie jetzt ſo ſehr rar in Teutſchland nicht. Sie wollen ein ſehr trocknes ſandigtes Erdreich, einen hellen, warmen und heiſſen Orth, und zwar in einen Gefäß, Kübel, oder Scherben: denn wo man in dieſen Gegenden den Scherben mit dieſer Blume nicht auf warmen Miſt ſetzet, und ſo treibet, kommen ſie ſchwerlich fort, und erlangen weder die Höhe noch die ſchöne Farbe: Darum hat Herr Weinmann eine kleinere blaße-Figur auf der Kupffer-Platte vorſtellen laſſen, denn ſo weit hat er dieſe Blut-Blume in ſeinem Winter-Hauſe bringen können.

HALIMUS.

HALIMUS. Alimus ἅλιμος. *Græc.* Portulaca marina, Atriplex ſpuria maritima. *Lat.* Halimo, Bidone. *Ital.* Pourpier marin. *Gall.* Seapourlain. *Angl.* Zee porcelein. *Belg.* Salguedeinas. *Luſit.* Meer-Melde, Meer-Portulac, Meer-Gewächs, Meer-Burtzel. *Germ.*

CHARACTER. Halimus eſt Atriplicis ſpecies: Spuriæ tamen Atriplices vocantur halimi ab notam characteriſticam, qua à genuinis Atriplicum ſpeciebus differunt. Eſt autem Atriplex maritima Plantæ genus floribus imperfectis ſeu ſtamineis aut muſcoſis, pluribus ſimul congeſtis, cui ſunt ſemina orbiculata, ſolitaria, compreſſa, ſublutea, in pericarpio folliculaceo connivente latitantia. Variæ ſunt plantæ à Botanicis Halimi nomine deſcriptæ, Dioſcoridis vero Halimus frutex eſt parvus radicem habens altam, inflexam, longius evagantem, craſſam, duram: caules multos, latius in orbem terram opacentes, cubito altiores, anguloſos, ramoſos: folia multa in ſurculis, per caules, cauliumque ramulos imparibus intervallis diſpoſitis acervatim, cumulata craſſa, candida, Oleæ ſimilia, breviora, quamvis Rhamno longitudine paria interdum ſint, qualia in ſecundo genere Halimi ſuſ deſcribit Cluſius, latiora Dioſcoridi, molliora Plinio, utrumque enim verum eſt, etiam hyeme virentia: ſaporis primum quidem ſalſi ac ſubaſtringentis, qualis permultis maritimis plantis percipitur, deinde ſubdulcis. Ab hoc ſalſo ſapore Halimo, ut diximus, nomen poſitum eſt, ne quis à maritimis ſolum natalibus dictum exiſtimans alibi provenire neget. Naſcitur plerumque locis maritimis, præruptis, atque ſepibus. Apud nos colitur in hortis. *Dioſcor.* L. I. c. 121. *Volckamer.* 53. 54. *Boerhaav.* II. 89. C. B. P. 120. *Cbabr.* 67. *Dale Suppl.* 54. *Rupp.*

54. *Rupp.* 274. *Clusius* 53. *Lugd.* 552. *Boccone* 170. Elßholtz 41.

Meer-Melde oder Meer-Portulac ist eine Art der Melde; Es werden die Meer-Melden aber die unächten genennet, weil sie die wahren Kennzeichen und Eigenschafften der Melde nicht haben. Es ist aber die Meer-Melde eine Art Pflantzen mit einer unvollkommnen, faserigten oder moosigten Blume, deren viel beysammen stehen, der darauf folgende rundlichte Saamen stehet einsahm, zusammen gedruckt, gelblicht, und liegt in einem blätterigten durchsichtigen Saamen-Behältniß verborgen. Es haben die Kräuter-Verständige vielen Plantzen den Nahmen Halimus beygeleget, die Meer-Melde des Dioscoridis ist eine kleine Staude, die eine tieffe, eingebogene, weit ausschweiffende, dicke, harte Wurtzel hat, viele Stengel, welche weit und breit die Erde beschatten, höher als eine Elle, und sonst winckeligt, und vielästig; an den Reisern, Stengeln und Zweigen stehen viele, in ungleicher Distantz Tropp weis gehäuffte, dicke, weißlichte, den Oel-Blättern gleichende Blätter, jedoch sind sie kürtzer, wiewohl sie so lang sind, als an dem Creutz-Dorn, dergleichen Clusius von seinem andern Geschlecht schreibet, Dioscorides beschreibet sie aber breiter, und Plinius weicher, ist auch beydes wahr, sie bleiben auch im Winter grün. Zu erst haben sie einen saltzigen, und etwas anziehenden Geschmack, dergleichen man bey sehr vielen an dem Meer wachsenden Pflantzen findet, hernach sind sie etwas süßlicht. Von diesem saltzigen Geschmack hat Halimus seinen Nahmen, damit nicht jemand meyne, daß sie nur an See-Oertern wachse, und sonst nirgends. Denn sie wächst zwar gemeiniglich an See Ufern und Gestatten, wird aber jedoch auch an steilen, stickelen Orten, und an den Zäunen gefunden. Bey uns wird es in den Gärten geziehlet.

NOTA. Halimus ab ἅλς mare, quia maritimis locis plerumque provenit. Plinius autem legit Alimus seu Olus maritimum salsum. Cum Atriplice quoad semen quidem convenit, in reliquis differt. Generum duorum Plinius scribit, sylvestre & mitius seu sativum. Varii varias ejus adducunt species. Muntingio autem præeunte est arboreſcens vulgaris, latifolius & angustifolius.

Mit der Melde kommt zwar die Meer-Melde den Saamen nach überein, in dem übrigen aber ist sie unterschieden. Plinius machet zwey Geschlechte, der gesäete und wilde; andere führen allerley Gattungen an. Munting aber hat die drey, die Baum-Melde, so gemeine, breite, und schmahle Blätter haben.

HALIMUS FRUTICOSUS, POURPIER MARIN, Meer-Melde. Siehe die 563. Kupffer-Platte. l. a.

Halimus, quæ Portulaca maritima fruticosa: Atriplex spuria maritima, Halimus, vulgo Halimus fruticosus, Halimus *Dioſc.* C. B. P. 120. *Volckamerus* p. 54. Halimus latifolius seu fruticosus. Meer-Gewächs, Meer-Burtzel. Lusitani *Salgueiras* à salsugine, Hispalenses *Marisma*, quod maritimis crescat, appellant. Floret æstate, semen autumno maturescit; sponte provenit locis maritimis, salinis &c. apud nos colitur in hortis: *Clusius Rar. Pl. Hist.* L. I. p. 53. Quodsi verus Dioscoridis est Halimus, ejus folia ciborum gratia, Olerum modo coqui possunt, & Galenus scribit, Halimi plurimum esse in Cilicia præcipue proventum, recentiaque esitari gramina, ac in posterum usui reponi.

Breitblätterigter oder staudigter Meer-Burtzel, Meer-Melde, blühet im Sommer, und hat im Herbst reiffen Saamen. Sie wächst an den See-Kanten, Saltz-Quellen, und dergleichen Oertern; bey uns aber hat man sie im Garten. Woferne diese die wahre See-Melde oder Halimus des Dioscorides ist, so können dessen Blätter zur Speise genossen werden; und Galenus schreibet, daß viel See-Melden in Cilicien wachse, davon man das frische Gras isset, und auch zum künfftigen Gebrauch aufhebe.

HALIMUS SEU PORTULACA MARINA, Meer-Portulac. Siehe die 563. Kupffer-Platte. l. b.

Halimus seu Portulaca marina folio sinuato. Halimus vulgaris. Sandalida Cretensibus. C. B. P. 120. Num Halimus supinus Polygono folio *Bocconi* p. 117. fig. 100.? quæ tamen cum nostra non adeo convenit. De Portulaca marina S. *Pauli* p. 443. asserit, quod illam nuspiam lætius fruticantem viderit, quam in via, qua Brugis recte Ostendam pergimus, illamque, quæ in littore maris Balthici nascitur, Portulacam non esse, sed Alsines genus Pelagicum. An Atriplex spuria, folio hastato, Atriplex sylvestris annua, folio Deltoide, triangulari, sinuato, & mucronato hastæ cuspidi simili? *Morif.* H. 2. Atriplex sylvestris folio hastato seu Deltoide. *Volck.* 53.? floret Junio in ruderatis oleraceis & fimetis.

Diese Meer-Melde oder Meer-Portulac wächst an alten Gemäuer und Mist-Stät-

Stätten. D. Pauli hat sie auf dem Weg von Brüg nach Ostende häuffig gefunden, die jenige aber, welche an der Ost-See wächst, ist vielmehr eine Alsine.

HALIMUS ANGUSTIFOLIUS PROCUMBENS, schmahl blätterigte auf der Erde liegende Meer-Melde. Siehe die 563. Kupffer-Platte. l. c.

Hanc *Bocconis* potius esse Halimum persuadeor. Atriplex maritima angustissimo folio *Morison* H. 2. vide Clusius, cujus Halimus est secundus. Elßholtz 41.

Usus Medicus.

Usu receptum esse Halimum, & ejus quidem radicem atque folia, ex *Dios.* affirmat *Dale Suppl.* 54. Radix enim convulsa, rupta, torminaque mitigat drachmæ pondere in aqua mulsa pota: eadem lactis ubertatem facit. Folia decoquuntur ciborum gratia. Plinius deinde referente *Clusio* p. 54. scribit: utrumque genus prodesse Dysentericis etiam exulceratis cum pane, stomacho vero ex aceto ulceribus vetustis illini crudum, & recentium vulnerum impetus lenire, & luxatorum pedum, ac vesicæ dolores &c. Hodie ejus usus exulat.

Dioscorides und Plinius weisen der Meer-Melde in der Medicin ihren Nutzen an. Denn von der Wurtzel eines Quintleins schwehr in Meth-Wasser genommen, lindert das zerquetschte, zerbrochene, und die reissende Leibes-Schmertzen; eben diese Wurtzel macht Uberfluß an Milch. Die Blätter kocht man zur Speyse. Plinius setzet noch hinzu, daß beyde Arten der Meer-Melde so gar auch in der Ruhr, wo die Gedärme bereits angegriffen, mit Brod helffen, und mit Eßig genommen, den Magen heilsahm seyen. Es würden damit alte Geschwüre bestrichen, und stille es den hefftigen Schmertzen frischer Wunden, auch der verrenckten Füsse, und der Blase. Es wird aber nun nicht mehr gebraucht.

HEDERA.

HEDERA, κίσσος κίττος. Hedera. *Ital.* Edera. *Hisp.* Lierre. *Gall.* Ivis, Ivi. *Angl.* Veil & Clyf. *Belg.* Wedbende paatrâ. *Dan.* Gudra. *Moscovv.* Blusoz. *Pol.* Jonosians-Role. *Lituan.* Brectom. *Bohem.* Folyo borostyan. *Hungar.* Hedera baccifera Bachica, Muralis. *Latine.* Epheu, Aeppich, Baum-Epheu, Baum-Winde, Eppich, Winter-grün. *Germ.*

CHARACTER. De hedera arborea primo nobis cum sermo sit, quam plantis Parasiticis nonnulli annumerant, definimus illam præeunte *Tournefortio* p. 612. quod sit plantæ genus flore rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constante, è cujus meditullio surgit pistillum, quod deinde abit in baccam ferè globosam, seminibus fœtam hinc gibbis, inde vero planis. Est quidem universa hedera radice numerosa, densa, flexuosa, surculosa, crassa, nec nimis alta, sed præcipue nigra. Ex hac progerminant sarmenta seu flagella, aspera, cineritio cortice obducta, primo quidem repentia, postea autem non solum in sylvis excelsas arbores scandentia, sed etiam ædificia, urbium mœnia arctissime adhærentia; Cirri etenim Parasitici radicantes in quodcunque sustentaculum, hunc in finem hederæ datæ esse videntur, ut super aliud vitam & quidem lætiorem degat. Folia sarmentis adnascuntur primo exortu oblonga, quæ deinde temporis tractu triangularia, lævia, crassa, robustaque evadunt, longisque dependent pedunculis. Flores sunt perfecti, regulares, hexapetali, (plerumque tamen petala tantum quinque observare licet) radiati, in umbellam digesti. Ovarium in fundo floris fit bacca globosa, pulposa, nigricans, unilocularis, semina continens utplurimum quinque, hinc gibba inde plana. Florere incipiunt flores, folia enim semper virent, Septembri, Octobri & Novembri baccæ ferè maturæ evadunt. Nascitur in sylvis, in campis, in hortis & ædificiorum muris, tamque firmiter illis adnascitur, ut ægre separari possit. *Dioscorid.* L. II. c. 172. *Matth. Comment. & Compend.* p. 367. *Lugdun.* 1418. *Boerhaave* II. 231. *S. Pauli* 326. *König* 177. *Linnæus* 16. *Zorn.* 340. *Ammannus* 412. *Dale* 376. *Tournef. Alsat.* p. 37. *Volckamerus, Flora Ulmensis, Ruppius.* 110.

Wir müssen zu erst von dem Baum-Eppich handeln, von welchem viele nicht unbillig behaupten, daß es eine Art Pflantzen sey, die nur bey andern schmarotze, und sie aussauge. Der Baum-Eppich aber ist nach Tourneforts Beschreibung eine Art Pflantzen mit einer Rosen-förmigen Blume, oder da viele Blätter zusammen in einem Creyse stehen, aus deren Mittel-Punct der Stempffel hervortritt, welcher hernach zu einer run-

den

den Beere wird, die mit Saamen, der an einer Seite höckerigt, an der andern aber flach, angefüllet ist. Das gantze Geschlecht deß Baum-Eppichs hat eine Zahlreiche, dichte, beugsahme, ästige, harte, nicht eben tieffe, aber schwartze Wurtzel. Aus derselben kommen viele Reisig oder rauhe Rancken, die mit einer Aschfarben Rinde überzogen sind. Diese kriechen zwar anfangs auf der Erde, aber winden sich bald nicht nur um die höchsten Bäume in den Wäldern, sondern auch an Häuser, Stadt- Mauren aufs allergenaueste und festeste, denn eben die zwischen den Blättern aller Orten hervorkommende Fäden umbschlingen alles, was sie nur erreichen können, und scheinets, als habe die Natur dem Epheu diese Fäden und Seile gegeben, damit er über andere Pflantzen leben, und seine Nahrung davon ziehen könne, welche er aber aussauget, und verdirbet. Die an den Rancken stehende Blätter sind erstlich länglicht, werden aber mit der Zeit dreyeckigt, glatt, dick und starck, und hängen an langen Stielen herunterwärts. Die Blumen sind vollkommen, regulair, sechsblätterigt, wiewohl man nur mehrentheils fünff Blätter wahrnimmt, stehen strahlenweis an einer Dolden. Das auf dem Grunde der Blume stehendes Saamen-Behältniß wird eine ründe mit Brey angefüllte, schwärtzlichte, einfächerichte Beere, und enthält mehrentheils fünff an einer Seiten ungleiche, an der anderen flache Saamen Körner. Die Blätter grünen beständig, die Blumen fangen im Herbst an zu blühen, die Beeren werden im October und fast erst im November reiff. Der Epheu wächst, wie gesagt, in Wäldern, Gärten, an Häusern, Mauren so fest, daß man ihn schwerlich davon trennen kan.

NOTA. Quæ ex antiqua Græca Mythologia, & Poëtarum lusibus de Hedera dicuntur, ad rem botanicam parum spectare arbitramur. Hedera Latinis sic dicta creditur, vel quod hæreat, vel etiam quod edita petat, aut ab edendo. Arborum enim ac macerierum importuna Amasia eas tandem demolitur, enecat & exedit; & quamvis pluribus locis incidatur, vivit tamen & perdurat. De variis Hederæ arboreæ speciebus longa est inter veteres disceptatio, quam longa ambage prosecutus est *Lugdunensis*. Hedera autem, inquit *Dioscorides*, differentias multas in specie sortitur. summas autem genere tres. Nam quædam candida est, altera nigra, tertia Helix. Candida fert fructum candidum, nigra nigrum, aut Croci æmulum, quem vulgus Dionysiam vocat. Helix fructum non gignit, sed albas habet viticulas, & folia parva, angulosa & concinniora &c. Differentia itaque omnis a solo fructu est desumta.

Man findet in den Alterthümern, vornehmlich in den Griechischen, in ihrer Götter Historie, und in den Gedichten der Poëten vieles und mancherley von dem Epheu, und dessen Gebrauch bey Kriegerischen und Geistlichen Handlungen, da dieselbe aber zur Botanic nicht gehören, übergehen wir es billig. Das Lateinische Wort Hedera kommt entweder von hangen und anhangen, oder von sich empor heben und winden, oder von verzehren her, indem, was das letztere betrifft, der Epheu würcklich dasjenige aussauget, verzehret, und verdirbt, woran er sich hänget. Von dem vielfältigen Unterscheid des Baum-Epheu machen die Alten viel Worte. Dioscorides saget, es sey überhaupt dreyerley Epheu, der weisse, der weisse Beeren trage, der schwartze, der schwartze Beeren trage, oder dem Croco gleich komme, den der gemeine Mann Dionysiam nenne, der dritte heisse Helix, der keine Frucht trage, sondern weisse kleine Rancken habe, und kleine, winckeligte, und artigere Blätter. Man siehet aus diesem von Dioscoride gemachten Unterscheid, daß es nicht besondere Gattungen, sondern daß der gantze Unterscheid nur von der mancherley Frucht herrühre.

HEDERA ARBOREA, Lierre, Baum-Epheu. Siehe die 563. Kupffer Platte. l. d.

Hedera baccifera, Corymbosa communis, communis major, Hedera scandens, Corymbosa nigra C.B.P. 305. Variat, cultu enim arborescit, & cum ad eam ætatem pervenit, in qua fructum ferre potest, totam faciem mutat, nam per se erigitur, nullum adminiculum quærens, & hanc Orthocissum antiqui dicunt, quæ Hedera arborea recta. Folia mutat, ut quæ prius in plures angulos desinebant, angulis obliteratis, excepto eo, qui in summo est, retundantur, maculis albis, aliquando subrubentibus, inferne distinguuntur. Baccæ maturitate nigræ, raro flavæ.

Baum Epheu, Mauer Epheu, Baum-Winde, Iwen-Blätter, Iooff, Klimop, Wintergrün ist mancherley Gattungen, man kan ihn so ziehen, daß er selbst zum Baum wird, und wann er zu dem Alter gelanget, da er Früchte tragen kan, verändert er seine gantze Gestalt; denn er richtet sich von selbst in die Höhe, und braucht keiner Unterstützung oder Anhalte. Diese Gattung haben die alten Orthocissum den geraden Baum-Epheu genennet.

Er verändert auch die Blätter, denn die jenigen, welche vorher viele Ecken gehabt, stossen dieselben ab, und behalten nur blos die obere Ecken, und sind mit weissen, zuweilen etwas röthlichten Flecken unten her gemercket. Die reiffen Beeren sind schwartz, selten gelb.

HEDERA ARBOREA FOLIIS PICTIS, Bunter Epheu. Siehe die 563. Kupffer-Platte l. c.

Eadem est arbor foliis pictis argenteis. Hedera arborea ex argenteo & viridi foliis eleganter variegatis. Pluknet. Almag. Bot. reperitur nonnunquam in sylvis, colitur autem in hortis. Es wächst hier um Regenspurg hinter Abach neben der Donau an den Bergen wild. *Volck.*

HEDERA INDICA QUINQUEFOLIATA, Indianischer fünffblätterigter Epheu. Siehe die 564. Kupffer-Platte. l. a.

Hedera quinque folia Canadensis *Cornuti*, Vitis hederacea Indica *Bod. à Stapel.* Hedera Canadensis, inquit *Ammannus* p. 412. non est convolvulus, sed vitis. Majori autem jure inter Hederas collocatur; cujus & datur alia species, Hedera trifolia Canadensis Cornuti. Nostra floret Julio in hortis curiosorum.

Das ist ein Reben-Gewächs, das vor wenig Jahren erstlich aus der Landschafft Virginia nach Holland überbracht worden; Ist ein Geschlecht des Weinstocks, aber nicht wegen der Trauben, sondern wegen der Gestalt. Es wird im Frühling an die Mittags Mauer gepflantzet wie ein Weinstock, und also aufgebunden, und ausgebreitet, so dann ein zimlich Ansehen der Wand und dem Garten gibt, uud stehen allemahl fünff Blätter beysammen, so ziemlich gros, wie das Laub am Epheu, aber gröSSer. Die Frucht, so es bringt, sind kleine Beeren in Trauben-Gestalt. Man kan es auch an Stangen in die Garten-Betten pflantzen, und aufführen wie das Periploca, so dann auch nicht unzierlich in einem Garten stehet. Wegen der fünff Blätter wird es auch genennet vitis quinque folia, und wird durch einlegung der Rancken fortgepflantzet, Herr Weinmann ziehet es in Scherben, setzet es aber des Winters in das Winter-Hauß, sie hat bey ihm noch nicht geblühet. Heße. Heucher p. 43.

HEDERA TERRESTRIS, χαμαίκισσος. *Græc.* Lierre terrestre. *Gall.* Ground Jve. *Angl.* Onderhaven, Honties draf. *Belg.* Vedpende. *Dan.* Kurdwan, Kunrad. *Pol.* Ponetz. *Bob.* Fody folyo borostian fiu. *Hung.* Gundel-Reb, Grund-Reb, Tonner-Reb, Grunden-Mann, Gunder-Mann, Erd-Epheu. *Germ.*

CHARACTER. Hederam terrestrem *Tournefortius* sub Calamintha, *Boerhaavius* sub voce Chamæclema, *Ruppius* sub v. Chamæcissus, & *Linnæus* sub v. Glechoma complexus est. Est autem plantæ genus flore monopetalo labiato, cujus labium superius surrectum est, subrotundum, bifidum, inferius vero tripartitum, seu præeunte *Ruppio* quadripartitum. Ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, & quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina ovata, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita. Chamæcissos, definiente *Dioscoride* L. IV. c. CX. folio est hederæ tenuiori, longiusculo, ramulis a radice quinis senisve, dodrantalibus, foliosis, flore violæ albæ simili, candidiore & tenuiore, gustu supra modum amaro, radice tenui, candida, inutili. Nascitur in cultis. Sunt autem semina hederæ ad singulum florem quaterna, nuda, lævia, in Perianthio aperto latitantia, flores perfecti, monopetali, barbati & galeati, barba quadripartita galea divisa. Folia subrotunda, crassa, rugosa, crenata. Cauliculi repentes in flagella distributi. Floret Aprili & Majo in umbrosis, ad sepes & muros. *Volckamerus* 201. *Boerhaav.* I. p. 172. *Ammannus* 412. *Ruppius* 188. *Linnæus* n. 477. *Dale* 221.

Erd-Epheu, oder Gundel-Reb, kommt bey Tournefort unter dem Titel Calamintha, bey *Boerhaave* unter Chamæclema, bey Ruppio unter Chamæcissus, bey Linnæo unter Glechoma vor. Es ist aber Erd-Epheu eine Art Pflantzen mit einer einblätterigten, Leffzen-förmigen Blume, wovon die obere Leffze gerad aufstehet, rundlicht, und zweymahl getheilet, die untere aber dreymahl, oder wie Ruppius will, viermahl getheilet ist. Aus dem Kelch, der an dem hinteren Theil der Blume als ein Nagel fest eingeschlagen, entstehet der Stempffel, welcher gleichsahm mit vier jungen Früchten umgeben ist, die hernach zu eben so viel Ey-runden Saamen-Körnern werden, die in eine Capsel, so vorher der Kelch gewesen, eingeschlossen sind. Nach Dioscorides Beschreibung hat Chamæcissus, oder der niedrige Erd-Epheu, zärtere und länglichtere Blätter als der Baum-Epheu; von der Wurtzel kommen fünff oder sechs, mit Blättern besetzte, etwan eines halben Schuh hohe Aestlein; die Blume ist der weissen Viole gleich, doch weisser und zärter von ungemein bitteren Geschmack. Die Wurtzel ist zart, weis und unbrauchbahr. Er wächst an gebauten Oertern. Man findet aber an dem

dem Erd-Epheu unter jeder Blume vier, blosse, glatte, in einem offenen Behältniß liegende Saamen-Körner. Die Blumen sind einblätterigt, vollkommen, irregulair, haben einen Bart und Helm. Der Bart ist viermahl gespalten, der Helm ist auch getheilet. Die Blätter sind fast rund, dick, runtzlicht, gekerbt. Die auf der Erde herum kriechende Stengel vertheilen sich in Rancken. Er blühet im April und May an den Zäunen und Mauren.

NOTA. Chamæcissus idem est ac hedera humi prostrata, seu à terra se non attollens; quibusdam Malacocissus quasi mollis hedera, aliis Chamæclema, quasi Clematis humilis repens. A Tournefortio Hedera terrestris ad Calamintham refertur, & Calamintha humilior folio rotundiori vocatur, cum tamen flores hederæ terrestris é foliorum alis non sparsi & in petiolis ramosis egrediantur, ut in Calamintha, sed conferti magis è singulis foliorum alis tres quatuorve aut etiam plures proveniant, quorum singuli petiolis singulis innituntur, & versus unam præcipue partem vergunt. *Knauth.* 103. Hedera terrestris magnitudine variat pro loci natalis diversitate, sed non differt, teste *D. Rivino* in Ord. Plant. fl. irreg. monopetalo. Hederæ terrestri aliquando adnascitur tuberculum quoddam galliforme, ab insecti punctura, uti reliqua hujus generis, ortum, quod dissectum vermiculos, ab insecti ovulis ortos continet, deprehenditur *Ruppius* p. 188. Duplex autem est hedera terrestris; major, quæ vulgata, minor elegantior, cauliculis erectioribus, brevioribus, ut & foliis: floribus magis cœruleis albisque, quæ locis humidioribus circa arbores antiquas reperitur. *C. B. P.* 306.

Chamæcissus heist so viel als niedriger Epheu, der sich von der Erde nicht erhebt; bey einigen heist er Malacocissus, gleichsam weicher Epheu oder Chamæclema, niedrige Winde. Es hat Tournefort den Erd-Epheu zu Calamintha gerechnet, welches aber D. Knauth nicht billiget, indem die Blumen deß Erd-Epheu aus den Winckeln der Blätter nicht verstreuet, noch an ästigen Stielen hervorkommen, wie an der Calamintha, sondern sie stehen mehr dicht aneinander, und kommen aus jeglichen Winckel die Blätter, drey, vier, oder auch wohl mehrere, derer jede an ihrem besondern Stiel sitzet, und wenden sich vornemlich auf eine Seite. Der Erd-Epheu ist in der Grösse nach Beschaffenheit des Bodens, da er wächset, unterschieden, sonst findet sich aber kein Haupt-Unterscheid. An dem Erd-Epheu wächset zuweilen eine kleine Beule, als ein Gall-Apffel gestaltet, die von dem stechen deß Ungeziefers, wie bey dergleichen Art mehr geschiehet, entstehet, wenn man diese Beule zerschneidet, so findet man darin kleine von den Eyergen deß Ungeziefers erzeigte Würmlein. Es ist aber ein grosser und kleiner Epheu, der grössere ist der ordentliche und gemeine, der kleinere aber siehet schöner aus, hat geradere und kurtzere Stengelgen und Blätter; die Blumen sind blaulichter und weis; dieser kleine Epheu wächst an feuchten Oertern um die alten Bäume.

HEDERA TERRESTRIS MAJOR, Lierre terrestre, Gundel-Reb. Siehe die 564. Kupffer-Platte. l. b.

Chamæcissus, Hedera terrestris & officinarum, Calamintha humilior folio rotundiori Tournefort. 194. Hedera terrestris vulgaris C. B. P. 306.

HEDERA TERRESTRIS MINOR FLORE ALBO, kleine Gundel-Reb mit weisser Blume. Siehe die 564. Kupffer-Platte. l. c.

HEDERA TERRESTRIS MINOR FLORE COERULEO, kleine Gundel-Reb mit blauer Blume. Siehe die 564. Kupffer-Platte. l. d.

Usus Medicus.

Hedera arborea officinalis est, cujus folia, baccæ, lacryma & lignum Medicinam ingrediuntur. Herba calida & sicca est, sapore amaro, ingrato & resinoso, & præter calefaciendi atque siccandi facultatem adstringit, aperit, abstergit, consolidat, & inter herbas valnerarias haud infimo loco habetur. Internus ejus usus, quia capiti nervisque adversatur, rarus est; intus tamen, teste Königio p. 177. in obstructionibus prodest, & interna viserum vulnera & ulcera, præcipue renum abstergit & consolidat, sanguinemque grumosum resolvit. In calculo mire prodesse hederam, si acetarii loco comedatur, abstersiva enim vi & subamaricante egregiè calculum adoriri, ejusque exitum facilitare perhibetur; sed cautiori forsan & parciori ejus opus erit usu. Peculiariter fissuris mammarum, si folium ejus apponatur, medetur, id quod etiam in Podagra fieri consuevit. Folia hederæ fonticulis imposita ab inflammatione tuentur, & humores exsiccant, unde etiam in Achoribus exsiccandis & sanandis locum habent. Succus hederæ narium fœtorem reprimit, & aqua ex foliis destillata externè visui conducit. *Baccæ* per superiora & inferiora purgant,

unde

unde & contra febres à vulgo adhiberi solent, & in Hydrope, mensium Obstructione, Sabulo & Calculo expellendis dantur. In peste ob virtutem diaphoreticam has baccas præstare, multis observationibus comprobatum esse dicitur. *Substantia* ex trunco vulnerato stillans *resinosa*, arida, dura & compacta, ex saturo virore fere nigricans, vitreo nitore sed non pellucido, saporis subacris & adstringentis, odoris nullius causticum & psilothrum est insigne, pediculos enecare, lendesque reprimere dicitur. Ingrediens adhuc esse pilularum Beccherianarum adeò celebrium assolet. *Schræderus. Lignum* demum specialem habet facultatem attrahendi humores, quare in fonticulis loco pisi adhiberi solet, fabre facta exinde pocula, cochlearia &c. splenecticis & phthysicis inservire multi contendunt. *König* 177. *S. Pauli* 326. *Dale* 376. *Hecker* 345. *Chabr.* 614. *Zornius.*

Baum-Epheu ist in den Apothecken zu finden; man braucht zur Artzeney die Blätter, die Beeren, das Hartz, und das Holtz. Das Kraut ist warm und trocken, bitter, unangenehm und hartzigt von Geschmack, und über diß, daß es wärmet und trocknet, hat es die Krafft anzuziehen, zu eröffnen, abzuwischen und zu heilen. Man hält es vor ein gutes Wunds-Kraut. Inwendig braucht man es gar selten, weil es dem Haupt und Nerven schädlich. Jedoch bezeuget D. König, daß es in Verstopffungen gut seye, die Verletzungen der Ingeweyde, und die Geschwäre, vornehmlich der Nieren abwische und zusammen heffte, und das geronnene Blut vertheile. In Stein-Schmertzen ist der Epheu sehr gut, wenn man ihn an statt des Salats isset, denn wegen seiner abstergirenden und bittern Krafft greifft er den Stein trefflich an, und befördert dessen Abgang; Allein es erfordert doch bey dessen Gebrauch grosse Vorsicht, und muß der Uberfluß vermieten werden. Er heilet vornehmlich die zersprungene Wartzen der Brüste, wenn man ein Blat davon überleget, welches auch in Podagra gut thut. Man leget die Blätter auch auf die Fontanellen, da sie vor Entzündung bewahren, und die Feuchtigkeiten austrocknen, dahero sie auch zu Abtrocknung und Abheilung böser Köpffe gebraucht werden. Der Safft aus den Blättern vertreibt den Gestanck aus der Nase, das davon gebrennte Wasser soll äusserlich gebraucht dem Gesicht gut seyn. Die Beeren purgiren über und unter sich, und nimmt sie der gemeine Mann vors Fieber ein. Man gibt sie auch in der Wassersucht, Verhaltung der Monathlichen Zeit, und Sand und Stein auszutreiben. Man hat durch viele Erfahrungen gefunden, daß diese Beere wegen ihrer Schweißtreibenden Krafft gut vor die Pest sind; Die aus den verletzten Stamm fliessende hartzige, trockene, harte und feste Substanz von dunckler schwartz grüner Farbe, scheinet als Glas, ist aber nicht durchsichtig, hat einen scharffen, anziehenden Geschmack, aber keinen Geruch, ist ein ätzendes Medicament, befodert das ausfallen der Haare, tödtet die Läuse und Nüsse in den Haaren. Es wird übrigens zu denen Beccherischen Pillen, welche so sehr berühmt sind, genommen. Das Holtz endlich hat eine besondere Krafft die Feuchtigkeiten an sich zu ziehen, deßwegen man es in Fontanellen an statt der Erbsen zu gebrauchen pfleget. Viele behaupten, daß die aus diesem Holtz gemachte Becher, Löffel, oder andere Geschirre den Miltz- und Lungensichtigen sehr heilsahm seyen.

Herba Hederæ terrestris cum floribus officinalis etiam est. Odorem habet terreum, gravem, saporem subamarum, acrem, multum salivæ provocantem & linguam detergentem, hinc sale alcalino aromatico principio acido coagulanti & putredinoso potenter resistit; calefacit & siccat, glutinat. Sale abundat essentiali & oleo. Præcipue herba est polychresta, vulneraria, aperiens, abstergens & consolidans, quæ in consolidatione impedit, quo minus fœda cicatrice relinguatur. *König* 177. Usus creberrimi in tartaro tam pulmonum quam renum aliarumque, partium incidendo ac resolvendo, adeoque confert obstructionibus inde natis & Jctero. *Schræderus, Dale* 221. Decoctum ejus vel aqua vel vino obstructiones hepatis lienisque aperit. Frequenter ingredi solet decocta & infusa, hinc pectoralem usum obtinet singularem, ut à quibusdam Panacæa pectoris vocata fuerit. Commendatur in Nephritide, Hernia, Podagra, Diarrhæa & Dysenteria, aliisque morbis opitulatur. Quod cum Veronica ejusdem sit virtutis atque indolis, affirmant multi. Inter præparata in officinis prostant Sirupus, Conserva & Aqua destillata hederæ terrestris.

Das Kraut von Gundel-Reben oder Erd-Epheu mit der Blüthe ist in den Apothecken zu finden; es hat einen erdigten, starcken Geruch, etwas bittern und scharffen Geschmack, der viel Speichel ziehet, und die Zunge reiniget. Es ist wegen seines alcalinischen und aromatischen Saltzes allem sauren und verdickenden faulem Wesen zuwider, erwärmet, trock-

trocknet und heilet. Es führet viel essentielles Saltz und Oehl mit sich. Ist ein in vielen Kranckheiten dienliches Kraut, besonders aber ein Wund-Kraut, eröffnet, wischet ab, und füget zusammen, verhindert auch eben in der zusammenfügung der Wunden, daß keine garstige Narben erfolgen. Man braucht es häuffig in dicken zähen Unreinigkeiten, so wohl der Lunge als der Nieren und anderer Theile, indeme es auflöset und zertheilet, folglich wiederstehet es den Verstopfungen, die daher rühren, hat auch seinen guten Nutzen in der Gelbsucht. Man bereitet das Decoctum davon entweder in Wein oder Wasser, welches die Verstopffungen der Leber und Miltz eröffnet. Es wird gar offt zu Infusis und Tränken gebraucht. In Brust- und Lungen-Kranckheiten ist es vortrefflich, daher es auch einige Brust-Panacée genennet. Es behaupten einige, daß es mit der Veronica gleiche Krafft und Tugend habe. Sonsten wird es noch in Stein-Schmertzen, Brüchen, Podagra, Durchfällen und Ruhren recommendirt, und thut in verschiedenen anderen Maladien gute Würckung. In den Apothecken hat man davon den Syrup, die Conserve oder Zucker, und das distillirte Wasser.

HEDYSARUM.

HEDYSARUM ἑδύσαρον. *Græc.* Hedisare. *Ital.* Hathcheveth. *Angl.* Schilddraagende Hedysarum. *Belg.* Wickä wonna. *Pol.* Peltschen. *Germ.*

CHARACTER. Hedysarum quod cum Securidaca eodem numero atque ordine habuerunt veteres fere omnes, à recentioribus accurate ab illa distinguitur; atque est, definiente *Tournefortio* p. 401. Hedysarum plantæ genus flore papilionaceo, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde, abit in siliquam articulosam, undulatam, semine fœtam in singulis articulis utplurimum reniformi. Cum plantis leguminosis pleraque communia habet Hedysarum. Caules sunt erecti, bi vel tripedales, ferè geniculati. Folia in quibusdam pinnata, subrotunda, in quibusdam etiam terna, Glyzyrrhizæ ferè æmula, sed breviora. Flores sunt perfecti, irregulares, tetrapetali, papilionacei, in spicam dispositi. Semina reniformia, in pericarpio siliquoso, simplici, articulato, aspero. Sponte provenit in montosis Italiæ & Siciliæ, apud nos colitur in hortis, floret æstate, & quidem Junio & Julio. Herba est odore haud ingrata. *Boerhaav.* II. 51. *Volckamerus* 202. *Linnæus* p. 225. n. 595. *Rivinus* Ordine Plant. flore irregulari tetrapetalo 16-18. *Ammannus* 413. *Ruppius* 215. C. B. P. 342.

Peltschen ist mit Securidaca von den Alten allemahl vor eines gehalten, und zu einerley Claß gebracht worden; jedoch haben die neuen Botanici es mit Fleiß davon unterschieden. Hedysarum aber oder Peltschen ist nach Tournefortes Beschreibung eine Art Pflantzen, die eine Schmetterlings-Blume trägt, oder davon die Blume oben eine Fahne, an beyden Seiten Flügel, unten aber einen hohlen Boden hat; aus dem Kelch kommt der Stempfel, welcher nachhero zu einer in Glieder abgetheilten, und als Wasserwogen gestalteten Schote wird, in deren jeden Gliede ein mehrentheils Nierenförmiger Saame zu finden ist. Peltschen hat mit den Hülsen-Früchten das übrige fast gemeinschafftlich. Die Stengel stehen gerade auf, zwey biß drey Fuß hoch, und fast in Geleiche getheilet. Die Blätter stehen bey einigen Flügel oder Fittichen weis, und sind etwas rund, bey einigen finden sich auch drey und drey Blätter beysammen, die dem Süßholtz fast gleichkommen, jedoch kürtzer sind. Die Blumen sind vollkommen, irregulair, vierblätterigt, an einer Aehre hinauf gereyhet. Der Saame ist Nierenförmig, in einen schotigten, einfachen, Glieder weis getheilten, rauhen Saamen-Behältniße enthalten. Es wächst von selbst an bergigten Orten in Italien und Sicilien, wird aber bey uns im Garten gezogen. Es blühet im Sommer, und zwar im Junio und Julio, das Kraut hat einen annehmlichen Geruch.

NOTA. Hedysarum differt à Securidaca fructus & seminis forma, ab Ornithopodio siliquarum dispositione *Tournef.* 402. Hedysari enim siliqua est articulosa, undulata, fœta semine in singulis articulis reniformi. Securidaca autem siliquam habet rectam, planam, annulatam, articulosam, in singulis articulis fœtam semine rhomboideo introrsum emarginato *Boerh.* II. 51. 52. seu securidaca est siliquosa papilionacea, semine quadrato in siliqua angustiore cornuta. *Ammann.* 413. n. h. confer. *Knauthium.* p. 183. Hedysarum clypeatum, inquit Rivinus l. c. communiter nuncuparunt, cujus siliquæ pluribus componuntur orbiculis, clypei formibus, & asperis, articulatim cohærentibus: a

qua figura orbiculari articulorum in cordiformem declinat Hedysarum Americanum, semine tamen reniformi satis convenit, atque sic tolerari potest inter cætera, præsertim cum alibi commodiorem non reperiet locum.

Hedysarum ist von der Securidaca nach der Gestalt der Frucht und des Saamens unterschieden, von dem Ornithopodio durch die Lage und Ordnung der Schoten. Denn das Hedysarum hat eine in Glieder abgetheilte und als Wasser-Wellen gestaltete Schote, in deren jeden Gliede ein Nieren-förmiger Saamen liget. Securidaca aber hat eine gerade, ebene, in Ringe und Glieder getheilte Schote, in deren jeden Gliede ein Saame als ein geschobenes Quadrat, oder verlängte Vierung, inwendig hinein mit einem Rand versehen: oder Securidaca ist eine Schoten-Frucht, mit einer Schmetterlings-Blume, mit viereckigten Saamen der in einer engeren, und gehörnten Schote enthalten. Man nennt es gemeiniglich Schild-tragendes Hedysarum, indem dessen Schoten aus vielen runden Schild-förmigen und rauchen Kreysen bestehen, die Gliederweis zusammen hängen; von welcher runden Figur der Glieder das Hedysarum Americanum in eine Hertz-förmige abweichet, jedoch sonst mit dem Nieren-förmigen Saamen den übrigen gleich kommt; folglich kan es unter den übrigen seinen Platz behalten, umb so vielmehr, weil es sonst nirgends hin füglich kan gebracht werden.

HEDYSARUM ARGENTEUM, Feld-Schön mit einem Silber-Blat. Siehe die 564. Kupffer-Platte. l. e.

Hedysarum Ægyptiacum argenteum, Hedysarum argenteum Creticum est papilionacea bivalvis, siliqua erecta. *Ammannus* p. 413.

HEDYSARUM CANADENSE TRIFOLIATUM, Feld-Schön. Siehe die 564. Kupffer-Platte. l. f.

Hedysarum trifoliatum *Rivin. ord. Pl. flore irreg: tetrapet.* Onobrychis major perennis Canadensis triphylla, siliculis articulatis, asperis, triangularibus *Morif.* H. 2. Onobrychis Americana floribus spicatis, foliis ternis canescentibus siliculis asperis *Plukenet. Phytograph. Tab.* 308. *f.* 5. Hedysarum triphyllum Canadense *Cornut.* Trifolium Americanum spicatum *Margraff. Tournefort.* 407. Es blühet in den Gärten der Liebhaber im Julio, die Wurtzel bleibt beständig. Ob diese Pflantze gleich ziemlich Kälte vertragen kan, so pflegt man sie doch ins Winter-Hauß zu bringen. *Volckamer* 294. Ammann. 413.

HEDYSARUM CLYPEATUM FLORE ALBO, Schild-tragendes Hedysarum mit weisser Blume. Siehe die 565. Kupffer-Platte. l. a.

Colitur in hortis, floret Junio: perennat.

HEDYSARUM CLYPEATUM FLORE RUBRO, Braune-Peltschen. Siehe die 565. Kupffer-Platte. l. b.

Hedysarum clypeatum vulgare *Parck.* Onobrychis major perennis, siliculis articulatis, asperis, clypeatis, rectà junctis, flore ruberrimo *Morison.* H. 2. p. 129. Onobrychis semine clypeato aspero major. C. B. P. 350. Astragalus Romanus, seu Hedysarum clypeatum siliquis asperis I. B. Floret Junio *Volckamer.* 201. *Boerhaave.* II. n. 3. Die beyden letzteren blühen in Herr Weinmanns Garten fast den gantzen Sommer durch.

HEDYSARUM PERENNE FLORE CARNEO, Peltschen. Siehe die 565. Kupffer-Platte. l. c.

Cultura.

Hedysarum clypeatum solum amat bonum, commune, arenosum, mediocriter fimo caballino bimato stercoratum, locum apertum, calidum & opportunum, multum simul irrigationis. Hedysarum flore albo & rubro ad hibernacula referri solent, Hedysarum autem flore carneo omnes frigoris & reliquas hyemis molestias facile fert. Propagantur ex semine, quod secundo anno maturum reddunt; spargitur vero semen crescente luna mense vel Aprili vel Majo, quod primo anno progerminat, altero vero floret & semen maturum producit. *Munting.* 447.

Das Schild-tragende Hedysarum verlanget eine gute, gemeine, sandigte, mit zwey jährigen Pferde-Mist mässig gedüngete Erde, einen freyen, warmen und wohlgelegenen Platz, und will öffters begossen seyn. Peltschen mit weisser und rother Blume muß des Winters im Glaß-Hause aufbehalten werden. Peltschen aber mit einer Leibfarbenen Blume kan alle Kälte und Ungemächlichkeit des Winters leicht ertragen. Man vermehret sie allein durch den Saamen, den sie im andern Jahr völlig reiff geben. Denselben säet man im wachsenden Mond des Aprils oder im May. Er gehet in dem ersten Jahr auf, bringet aber erst in andern Jahr Blumen und reiffen Saamen.

Usus

Usus Medicus.

Hedysarum veteribus usui fuisse constat: hoc seculo nulla est officina, cui illius radix, herba, flos aut semen placet. *Pauli.* 66. Lemery autem affirmat, herbam hanc multum salis & olei continere, atque resolvere, attenuare, aperire, mundificare, vulneribus inservire, intus atque extus adhiberi. Qua de re autem apud reliquos autores nihil occurrit.

Es ist bekannt, daß die Alten das Hedysarum zur Artzeney gebraucht, gegenwärtig aber ist weder Wurtzel noch Kraut, noch Blume, noch Saame in den Officinen mehr gebräuchlich. Lemery aber behauptet, daß diß Kraut viel Saltz und Oel in sich fasse, daß es zertheile, verdünne, eröffne und reinige, daß es ferner zu den Wunden diene, und man es äusserlich und innerlich gebrauche. Wovon aber bey anderen Autoribus nichts vorkommt.

HELENIUM.

HELENIUM, Enula campana Officinarum. ἑλένιον. *Græc.* Enole. *Ital.* Raitz del l' alla. *Hisp.* Aulne, Aunale, vulgo Enule campane. *Gall.* Elecampane. *Angl.* Alant-Wortel. *Belg.* Holdß Urt. *Dan.* Oman. *Pol.* DrBesselay. *Lituan.* Woman. *Boh.* öveny gyöker, örkeny fiu. *Hung.* Alant, Alant-Wurtz, Olt-Wurtz, Glocken-Wurtz, Helena-Kraut. *Germ.* Stehe die 565. Kupffer-Platte. l. d.

CHARACTER. Helenium seu Enula apud *Tournefortium* sub titulo *Aster* occurrit, estque illi, Aster omnium maximus, Helenium dictus, a quo tamen certo respectu differt. *Vide notam.* Est autem Helenium seu Enula Plantæ genus, cujus ordo flosculorum exterior ex flosculis planipetalis constat, qui instar coronæ radiatæ cæteros disci flores complectuntur, quorum embryones calice squamoso, expansoque comprehensi, deinde abeunt in semina pappis instructa, thalamoque affixa. *Tourn.* 481. Surgit autem Helenium ex radice oblonga, tortuosa, grandi, crassa, foris fusca, intus albida, saporis aromatici, acris & amaricantis, odoris fragrantis. Folia agit verbasco majora, longiora, aspera, lata, in acutum desinentia dorso proeminente inferne, venisque transcursantibus, in ambitu crenata, nullis intervenientibus pedunculis cauli adnascentia; Caulis ex foliis prodiens est rectus, villosus, aliquot alis concavus, duos, tres, nonnunquam quatuor cubitos procerus. Flores in caulium summitatibus sunt perfecti, regulares, compositi ex planifoliis, qui radium, & tubulosis in summitate quinquefidis brevioribus, qui discum constituunt, quorum singuli singulis insident seminibus. Semina sunt oblonga, nuda, sub pappo delitescentia. Provenit Helenium in pratis lætioribus & pinguioribus, & hortis gramineis, quandoque etiam montosis. Floret Julio & Augusto. Radix perennat, herba autem annua est. *Dioscorides* L. I. c. 26. *Tabernæm.* II. 265. *Lugdunensis* 867. *Cbabr.* 361. *Boerhaave* I. 941. *Volckamer. Dillenius* 118. *Linnæus* n. 652.

Alant kommt bey Tournefort unter dem Titel Aster, und dem Nahmen, der gröste Aster, Helenium genannt, von welchem er doch gewisser massen unterschieden ist. Alant aber ist eine Art Pflantzen mit einer Blume die mit Strahlen umgeben, daran die äussere Reyhe der Blumen aus ebenblätterigten Blumen bestehet, die als eine strahlende Krone die übrigen in der Scheibe enthaltene Blumen umfassen, die jungen Ansetzlinge, welche in einem schuppichten, ausgebreiteten Kelche begriffen sind, werden hernach zum Saamen, der mit einer kleinen Bürste versehen, und an dem Bette feste sitzet. Es wächst aber der Alant aus einer, länglichten, krummen, grossen, dicken, auswendig bräunlichten, inwendig weißen Wurtzel, die von Geschmack gewürtzhafftig, bitter und von starcken Geruch ist. Die Blätter sind gröſſer, länger, als an der Wull-Wurtz, breit, gehen spitzig zu, haben mitten durch eine Rippe, und gehen zur Seiten aus mit vielen Adern, sind im Umfang eingekerbt, haben keine Stiele. Der zwischen den Blättern hervortrettende Stengel ist gerade, haarigt, hat etliche hohe Flügel, wird zwey, drey, zuweilen vier Ellen oder Manns hoch. Die an den Spitzen der Stengel hervorkommende Blumen sind vollkommen, regulair, zusammen gesetzt, und zwar aus flachen Blätterchen, die am Rande stehen, und röhrichten oben fünffach getheilten Blättern, die die Scheibe ausmachen, davon ein jedes über seinen Saamen sitzet. Der Saame ist länglicht, blos, und mit einer kleinen Bürste oder Wolle versehen. Es wächst der Alant auf lustigen, fetten Wiesen, auf dem Grasboden in Gärten, und auch zuweilen auf Bergen. Er blühet im Julio, und August; Die Wurtzel bleibt beständig,

ständig, das Kraut aber wächst alle Jahr.

NOTA. Planta Latinis Enula, Officinis Enula campana, & Plinio Inula dicta, Græcorum est Helenium, nomenque id apud illos sortita creditur, non quidem ab ejus lacrymis, ut Poëtæ fabulantur, sed quod contra serpentes ex eo primum ab Helena remedium inventum sit, quod Menelao comiti suo, in Ægyptum naviganti, ostenderit, alii ab Helena Insula, ubi copiose provenit. Differt Helenium ab Astere non solum petalorum apicibus crenatis, sed & florum dispositione; flores enim marginales Asteris sunt integri, qui in Helenio crenati observantur, deinde Aster flores plures in summis caulibus & ramis dispositos habet, qui contra singulares in Helenio sunt, ut de perianthii squamis nihil dicam, nec de totius Plantæ magnitudine. *Knauth.* 143. *Ruppius.* 141.

Helenium Alant ist ein Griechisches Wort; die Poeten fabuliren, daß es von der Helene ihren Thränen erwachsen, oder besser, daß die Helena es ihrem Gefährten als ein Mittel gegen die Schlangen gewiesen, oder daß es in der Insel Helena häufig wächset. Es ist aber Helenium von dem Stern-Kraut unterschieden, nicht nur durch die gekerbte Blumen Blätter, sondern auch durch die Gestalt und Lage der gantzen Blume, denn die am Rand der Aster stehende Blumen Blätter sind gantz, bey dem Alant aber gekerbet, an den Aster finden sich oben an dem Stengel viele Blumen, an dem Alant nicht; ohne der Schuppen an dem Kelch zu gedencken, oder der Grösse der gantzen Plantze.

Usus Medicus.

Enula campana seu Helenium officinale est, radix enim ejus c. floribus est pulmonica, Stomachica, Alexipharmica, Sudorifera, & variis præterea est destinata usibus. Salis essentialis atque fixi nec non Olei continens multum: calida & sicca est secundo, seu ut aliis videtur gradu tertio. Acris præterea est & abundat particulis balsamicis, oleosis, volatilibus, cujus ratione potenter viscosos humores in corpore ubivis stabulantes dissolvit, calefacit & siccat, abstergit, discutit, attenuat, aperit. Usus ejus præcipuus est pectoralis in Tussi, Pleuritide, Asthmate, in eruditatibus ventriculi emendandis, ureteribus reserandis, in peste, cotagiosisque morbis arcendis. Insignem utilitatem præstat morbillis & variolis expellendis, purificando sanguine, promovendo sudore, in scorbuto, febri quartana, & in hydropis initio, nec non contra lumbricos, & omne venenum atque serpentum morbum. Externe Enula adhibetur in scabie humida exsiccanda, spasmo, & ischiadico affectu, mammarum dolore atque tumore, & demum in vulneribus consolidandis. Prostant inter præparata in officinis ex radice destillata Aqua Helenii, Radices conditæ, Essentia, Conserva, Extractum, quod adhibetur in pilulis, rotulis, trochiscisque pectoralibus. *Dioscor.* l. c. *Dale* 150. *König* 160. *Gregorius à Turre* Libr. II. c. 196. p. 34. S. Pauli 328.

Die Alant-Wurtzel nebst der Blume ist in den Apothecken gebräuchlich, denn sie ist ein vortreffliches Mittel vor die Lunge und Magen, wiederstehet dem Gifft, und treibet den Schweiß, wird auch sonst noch zu mancherley Nutzen in der Artzney verwendet. Es enthält diese Wurtzel viel Oel, Sal essentiale und fixum, und ist warm und trocken im andern, oder wie andere wollen, im dritten Grad. Sie ist scharff, und stecket voll von balsamischen, öligten und flüchtigen Theilen, weßwegen sie vortrefflich die schleimigten Feuchtigkeiten, die sich aller Orten im gantzen Leibe aufhalten, abführet, sie zertheilet, erwärmet, trocknet, abwischet, verdünnet, vertreibet, eröffnet. Es wird diese Wurtzel vornehmlich gebraucht in Brust-Kranckheiten, als Husten, Keichen, Seiten-Schmertzen, wie auch die Cruditæten des Magens zu verbessern, die Harn Gänge zu eröffnen, die Pest, und ansteckende Kranckheiten von sich abzuhalten. Eben diese Wurtzel hat besondere Krafft die Masern und Blattern auszutreiben, das Blut zu reinigen, den Schweiß zu befördern, im Scorbut, und dem Anfang der Wassersucht, wie auch im viertägigen Fieber, wieder die Würmer, und wieder alles Gifft, auch der Schlangen selbst. Aeusserlich braucht man die Alant-Wurtzel, die fette Krätze auszutrocknen, in Krampff, Hüfften-Schmertzen, in Geschwulst und Schmertzen der Brüste, und zu schliessung der Wunden. Man hat in den Apothecken das aus der Wurtzel distillirte Alant-Wasser, die eingemachte Wurtzel, die Essenz, den Extract, welcher zu Brust-Pillen, und Zeltlein genommen wird, und die Salbe.

Inter præstantissima remedia Helenium seu Enula adeo habetur, ut celebres Medici illam Aroma Germanicum appellent, & præ Zingibere & aliis Indicis locum tribuant. Experientia etiam docuit, quod Enula tristitiam levet, hilaritatem animo inducat, ac malorum oblivionem afferre videatur,

deatur, id quod in hypochondriacis maxime obſervatum eſt. Conſuetudine etiam apud multos Germaniæ populos maxime ſeptentrionales receptum eſt, ut jejuni vel Enulam aut condita ejus admordeant, aut in ore teneant, quippe non adverſus ſolum peſtem, ſed etiam contra aeris intempeſtatem, nebulas, & contra plures morbos illam inſigniter conducere exiſtimant. Vinum, quod ex Helenii radicibus in Germania paratur, frequenter in potu ſumtum mirificæ eſt virtutis, ſtomachum præcipue roborat, & omnia illa efficere dicitur, quæ ſupra de ipſa Helenii prædicavimus radice. Injicitur demum in Boruſſia, Polonia & regionibus ad maris Baltici littora ſitis Enulæ radix ferventi muſo, unde Muſum Enulæ conficitur, quod inter pectoralia præſtantiſſima habetur medicamina, Quæ de oleo & ſirupo Enulæ ab aliis prædicantur, quia communis non ſunt uſus, facile miſſa facimus.

Alant wird von den berühmteſten Aertzten nicht nur zu den vortrefflichſten Artzney Mitteln gezehlet, ſondern auch vor ein Gewürtz der Teutſchen gehalten, welches den Ingöer und andere Indianiſche Gewürtze weit übertrifft. Es hat die Erfahrung gelehret, daß der Alant die Traurigkeit erleichtere, ein fröliches Hertze mache, und man ſagt, daß man durch deſſen Gebrauch aller Sorgen und Kümmernüſſe vergeſſe, welches man bey den Hypochondriacis am meiſten wahrgenommen. Es iſt bey den mehreſten Teutſchen, ſonderlich gegen Norden wohnenden Völckern der Gebrauch, daß ſie des Morgens nüchtern entweder die bloſſe, oder eingemachte Alant-Wurtzel in den Mund nehmen, denn man glaubt, daß ſie nicht nur vor die Peſt, ſondern auch böſe Lufft, garſtigen Nebel, und allerley Kranckheiten ſicher ſtelle. Der Wein, den man aus den Alant-Wurtzeln in Teutſchland machet, iſt bekannt genug, und ſchreibet man ihm gar beſondere Krafft zu, ſonderlich ſtärcket er den Magen, und kan alles das jenige, ausrichten, was droben von der Alant-Wurtzel ſelbſt iſt geſaget worden. In Preuſſen, Pohlen, und denen an der Oſt-See liegenden Ländern wirfft man die Alant-Wurtzel in den ſiedenden Meth, daraus den ein Alant-Meth wird, welcher vor die Bruſt vortrefflich gut gehalten wird. Was man ſonſt noch von dem Alant-Oel und Syrup findet, übergehen wir billig, weil es nicht durchgängig gebräuchlich iſt.

HELIOTROPIUM.

HELIOTROPIUM, ἡλιοτρόπιον, σκορπίουρον. *Græce.* Giraſole. *Ital.* Tournaſol. *Hiſp.* Tourneſol, Herbe au chancre, herbe aus verues. *Gall.* Tourneſole, Scorpion tayle. *Angl.* Sonnewende, Kreeſtkruid. *Belg.* Scorpion Urt, Soolwender. *Dan.* Scorpiewa, Oßtib. *Moſcov.* Bradawnick. *Pol.* Herba Cancri, Verrucaria, Scorpioides, Soliſequium, Cauda Scorpionis, Campoides, Vermaria, Helioſcopium, Helioſtrophium. *Lat.* Sonnen-Wirbel, Scorpion-Kraut, Soñen-Wende, Wartzen-Kraut, Scorpion-Schwantz, Krebs-Blume. *Germ.*

Es hat Clusius zwar diß Americanische Gewächse beschrieben, der Verfasser aber der allgemeinen Historie der Pflantzen gibt p. 1843. davon umständlichere Nachricht. Dieser Baum, schreibt man, wächst in America, und erlangt die Höhe als unser Birn-Baum; seine Blätter sind drey biß vier Finger lang, und zwey Finger breit, und grünen das gantze Jahr durch. Er hat eine weißlichte Rinde, und wann ein Aestlein abgehauen wird, gibt er einen weissen und fast milchigten Safft. Wann der Baum selbst umgehauen wird, gibt er einen garstigen und recht abscheulichen Geruch. Deßwegen brauchen ihn die Barbaren zu nichts, und nicht einmahl zum Brenn-Holtz. Die Frucht ist an Grösse als eine mittelmäßige Castanie, weiß, und von Gestalt als ein Griechisches Delta. In derselben, und vornehmlich in dem Kern stecket eine tödtliche und vergifftende Eigenschafft, wodurch die Barbaren, wann sie um der liederlichsten Ursache willen mit ihren Weibern zürnen, dieselben aus dem Weg räumen, die Weiber sich aber auf gleiche Weise an ihren Männern rächen. Deßwegen können die Ausländer diese frisch gesammlete Früchte von den Barbarn weder durch Geld noch Bitten erhalten. Ja sie lassen ihren Kindern dieselben nicht in die Hände kommen, ehe und bevor der Kern ausgenommen worden. Wann das geschehen, machen sie aus den Schalen Schellen, und binden sie an die Füsse, welche alsdenn eben so gut als unsere Schellen klingen. Nachdem der berühmte Clusius von dem Guanabano gehandelt, setzet er von erwehnter Frucht hinzu: Ich besitze von dieser oder einer ihr sehr gleich kommenden Frucht, aus welcher die Kerne genommen sind, zwey Riemen, die aus Baumwollnen Fäden gewebet sind, ingleichen zwey andere von einer winckeligten Frucht. Es bestehen aber jegliche Riemen aus einer, zwey, oder dreyfachen Ordnung Baumwollener Fäden, die als ein Netz zusammen geflochten, aus welchen die leere Früchte hangen. (Siehe die Kupffer-Platte.) Diese binden die Cantbalen bey ihren Täntzen um die Knie, und brauchen sie so wie die Mohren und Spanier ihre Schellen und Klocken: denn es ist nicht zu sagen, wie guten Klang diese leere Früchte von sich geben.

HORDEUM.

HORDEUM κρθὴ. *Græc.* Orzio, Orzo. *Ital.* Cavada, Cevada. *Hisp.*. Orge, Escourgeon. *Gall.* Barley. *Angl.* Geerste. *Belg.* Byge. *Dan.* Gechmen. *Bohem.* Jaczmien. *Pol.* Miezley. *Lituan.* Arpa. *Hung.* Xahaer. *Arab.* Scheorah. *Hebr.* Gerste, Gersten, Garsten. *Germ.*

CHARACTER. Hordeum est planta culmifera spicata, graminifolia, flore imperfecto, staminco, seu definiente *Tournefortio* p. 413. est plantæ genus flore apetalo, per fasciculos in spicam disposito: singuli nempe flores plurimis staminibus constant ex calice surgentibus. Pistillum autem abit deinde in semen oblongum farinaceum, utrinque acutum, ventre tumido, glumæ, quæ calix floris fuit, arctè adhærescens; monente Spigelio, singuli fasciculi axi dentatæ affixi spicam constituunt. Radice hordeum nititur fibrata, & plerumque quasi trifida, prodit vero folio gramineo in stipula simplici, quam Triticum, latiore, scabrioreque; culmo humiliore, ac fragiliore: pluribus articulis, senis scilicet, & aliquando pluribus geniculato. Spica crassa variè in versus striata, compactior, productioribus aculeis seu comis prædita. Semina seu grana oblonga, tenuique gluma inclusa ei firmius inhæret. Nascitur passim in universa ferè Europa. Floret æstate.

Gerste ist ein Halm tragendes, geährtes Gewächß, mit Blättern als am Graß, mit unvollkommner fäserigter Blume. Oder nach Tourneforts Beschreibung ist es eine Art Pflantzen mit einer unblätterigten Blume, welche Büschelweiß an der Aehre hingereihet stehet. Denn alle Blumen bestehen aus sehr vielen Fäsern, die aus dem Kelch hervortretten. Der Stempffel wird aber hernach zur Frucht, die länglicht, mehligt, und an beyden Seiten spitzig ist, mit einen schwülstigen Bauch, und hänget

an

an der Speltze, die der Blumen Kelch gewesen, sehr fest an. Oder wie Spiegel erinnert, so sind alle Büschel an einer zahnigten Axt angeheffet, und machen zusammen eine Aehre aus: die Gerste hat eine faserigte Wurtzel, die mehrentheils dreyfach getheilet ist, es stehet an dem Halm immer nur ein einzeles grasigtes Blat, welches breiter und strauffer, als das Weitzen-Graß ist; zugleich ist der Halm nidriger und schwächer als der Weitzen, denn er bestehet aus sechs und zuweilen noch mehr Knoten oder Gleichen. Die Aehre ist dick auf verschiedene Art zeilen weis eingefachet, die zimlich fest auf einander stehen, und mit langen Haaren, oder Stacheln versehen sind. Der Saame oder die Korner sind länglicht, in einem dünnen Speltz eingeschlossen, woran es sehr feste hänget. Es wächst die Gerste fast aller Orten in Europa, und blühet in Sommer.

NOTA. Hordeum κριθὴ, ἀπὸ τῦ διακρίνειν, quod eo reperto & in usum recepto, glandibus spretis, à brutis homines distincti sunt, antiquissimum enim in cibis hordeum fuisse, passim apud veteres legitur autores. Hordeum vel ab horrore dictum, utpote cui mordacior sit arista quam Tritico, vel ab oriendi celeritate, vel a vocabulo hordus, quod gravidum significat. Incommode autem à φέρβω, alo, derivatur, ac si dicas Forbeum pro Hordeum. In Hordei autem genere aliud est binis versibus, aliud ternis, aliud quaternis cumque plurimum senis. Spicæ etiam aliis grandiores rarioresque, aliis minores frequentioresque, aliis distantiores à foliis aliis, proximiores. Unius saltem meminit Hordei Dioscorides, recentiores vero cum Columella & Palladio hordeum in hexastichum sive polystichum olim Cantherinum dictum, quod majus est, & Autumno seritur, atque in distichum, Galaticum dictum, quod minus est, & vere seritur. Plures autem species adductas à recentioribus apud *Boerhaavium* & *Tournefortium* videre licet. Differt autem hordeum à Tritico, quod illi sit latius folium, culmus brevior, & palea insuavior quam Tritico, atque etiam quoniam inversus spicatur, quod in Tritico minus observatur. *Chabr.* 175.

Gersten heisst bey den Griechen Krithæ, und heisst so viel als was unterschieden worden, weil die Menschen, nachdem sie die Gerste erfunden, die Eicheln nicht mehr geachtet, und dadurch sich von den Thieren unterschieden, wie denn hin und wieder bey den Scribenten vorkommt, daß die Gerste eine der ältesten Speisen gewesen. Man siehet bey den Gattungen der Gersten einige mit zwey Zeilen, andere mit drey, vier, gemeiniglich aber mit sechs Zeilen. Bey einigen sind grössere aber wenigere, bey andern kleinere aber häuffigere Aehren; bey einigen Gattungen stehen die Aehren nahe, bey andern ferne von den Blättern. Dioscorides weiß nur von einer Art der Gerste, die neueren aber nebst Columella, und Palladio haben die viel ährigte oder die Winter-Gerste, und die zwey ährigte nemlich die Sommer-Gerste. Daß man andere Gattungen gegenwärtig kenne, ist aus den neueren zu ersehen, die Gerste aber ist von dem Weitzen dadurch unterschieden, daß sich ein breiteres Blat, kürtzerer Halm, und schärffere Spreu als an den Weitzen findet, über dem stehet die Gerste Zeilen-weiß, welches wir an dem Weitzen nicht finden.

HORDEUM, Orge, Gerste. Siehe die 577. Kupffer-Platte. l. b.

Hordeum distichon. Hordeum binis versibus. Hordeum æstivum trimestre. Colitur in agris, annuaque est planta. Gemeine Gerste, die nur zwey Zeilen hat, Sommer-Gerste. Orge à deux ragns. *Gall.*

HORDEUM POLYSTICHUM HIBERNUM, Escourgeon, Winter-Gersten. Siehe die 577. Kupffer-Platte. l. c.

Hordeum hyemale seritur in arvis autumno, & sequenti anno colligitur, hinc annua est planta, Winter-Gerste, man säet ihn ihm Herbst, und erndtet ihn im folgenden Jahr: Es heisset auch Früh-Gersten.

Usus Medicus.

Hordeum mundatum, orbiculatum seu perlatum, nec non farina hordacea medicinam ingredi solent. Hordeum enim frigidum & siccum est primo gradu, multum quidem Olei, parum autem continens Salis essentialis atque volatilis virtutem habet refrigerandi & siccandi, abstergendi, aperiendi, digerendi, emolliendi, estque diureticum atque nutritivum. Experientia enim abunde docet, hordeum excoriatum seu decorticatum insigniter nutrire, & potum inde factum ptisanam dictum ægrotis Pleuritide, Hectica, Quartana, Variolis &c. laborantibus vehementer conducere. Commendat Hippocrates ptisanam contra humorum acrimoniam, ac subinde contra asperitatem arteriæ ejusdemque exulcerationes, quibus morbosis etiam affectionibus æque opponi potest ptisana triticea; habet tamen hordeacea ptisana hoc peculiare, quod urinam cieat abstergatque, ut notum est; quæ vero cum fœniculi semine

fit, & sorbetur, lactis abundantiam causatur; proditur tamen esse maturantis etiam facultatis cum œdemata compescere valeat, si ejus farina cum caricis, aqua mulsa subacta parti apponatur; sub qua ratione etiam inflammationes dissolvit: cum pice vero, resina, simoque columbino emollit durities, coquitque; quod si cum meliloto, & capitibus papaveris misceatur, doloribus lateris occurrit, cumque fœni græci & lini farina rutaque in inflammationibus intestinorum commendatur; sic etiam asserit, strumas solvere sanareque, si præsertim farina impuberis pueri urina subigatur, additis liquida pice, oleo, ceraque: si vero cum Myrto, aut pyris sylvestribus, vel malicorio, rubove concinnetur, alvi profluvia sistere; imo & Podagricis prodesse, articulorumque inflammationibus si cum cydonio ex aceto apponatur, tum in acri aceto decocta instar Malagmatis vel hydroleo subacta, calens imposita lepris mederi ait: Quod si opus sit pus movere, ejus farinæ cremore cataplasma fiat ex aqua, pice, oleoque, sic enim parata opportunum medicamentum fit; qui quidem Ptisanæ cremor cum aceto expressus, si cum pice decoquatur, doloribus attemperandis, articulorumque fluxionibus demulcendis utilis evadit. Hæc, quæ Hippocrates asseruit, singula usu hodierno adhuc obtinent. Præstantissimus autem est Ptisanæ hordaceæ usus, quam conficere docuit *Dodonæus* & alii multi, & inter omnes constare arbitror Galenum, Medicorum principem integrum de ptisana conscripsisse librum. Quod si autore Pauli p. 346. Polenta decoquatur in aceto, ac id percoletur per linteum, eoque os proluatur, aut potius aliquamdiu tepidum ore retineatur, sæpe id intolerabiles dolores dentium mitigat. In officinis exstat Sacharum hordaceum.

Die gereinigte, runde, oder Perl-Grape und Gerste, ingleichen das Gersten-Mehl wird zur Artzney gebrauchet. Denn die Gerste ist kalt und trocken im ersten Grad, enthält viel Oel aber wenig wesendliches und flüchtiges Saltz. Sie hat die Kraffe zu kühlen und zu trocknen, abzuwischen, zu eröffnen, zu digeriren, und zu erweichen, treibt über dem den Urin, und gehöret zu den Nahrungs-Mitteln. Denn es lehret die beständige Erfahrung, daß die Gersten-Graupe ungemein nähre, der davon gemachte Tranck, oder Ptisane allen Krancken, sonderlich den an dem Blutspeyen, Lungen-Sucht, viertägigen Fieber, Blattern und dergleichen darnieder ligenden, vortrefflich zu statten kommen. Hippocrates recommendiret die Ptisana gegen die Schärffe der Feuchtigkeiten, ingleichen gegen die Rauhigkeit der Lufft-Röhre, und derselben Verletzungen, bey welchen üblen Zufällen jedoch auch eine von Waitzen gemachte Ptisane gleiche Dienste thun kan. Allein es hat die Gersten-Ptisane diß zum voraus, daß sie den Urin treibt, und wie bekannt ist, auch abwischet, wann sie aber mit Zusatz des Fenchel-Saamens gemachet, und getruncken wird, verursachet sie viele Milch. Man sagt aber auch, daß die Gerste die Krafft zu zeitigen habe, indem sie die wässerigte Geschwülste wegnimmt, wenn man das Mehl davon mit trocknen Feigen, die man mit Meth durchknetet, darauf leget, auf gleiche Art lindert es auch die Entzündungen. Wenn man es mit Pech, Hartz, und Taubenmist aufleget, so erweichet es die Härtigkeiten, und macht sie zeitig, wenn man diß Mehl mit Stein-Klee und Häupteln von Mohn-Saamen vermischet, so stillet es die Seiten-Schmertzen. Ingleichen wird es mit dem Bocks-Horn und Lein-Saamen-Mehl nebst der Raute gegen die Entzündungen der Ingeweide recommendiret. Eben also behauptet auch Hippocrates, daß es die Kröpffe heile, vornehmlich wenn man das Mehl mit dem Urin eines jungen Knaben knete, auch fliessend Pech, Oel, und Wachs hinzu thue. Wenn man aber das Gersten-Mehl mit Myrten oder wilden Birnen, oder der Rinde vom Granat-Apffel, oder Brombeer anmachet, so stillet es den Durchfall. Ja es saget auch Hippocrates, daß das Gersten-Mehl wider das Podagra, und wider die Entzündungen der Glieder seye, wenn man es sowohl mit einer in Eßig gekochten Quitte auflege, als auch in scharffen Eßig als einen weichen Umschlag, oder mit Wasser und Oehl geknetet, warm applicire, nehme es auch den Aussatz weg: woferne man ein Geschwür wolle zum Eyter bringen, so soll man von den Gersten-Schleim einen Umschlag machen, und zwar mit Wasser, Pech, und Oehl, immassen also ein gut medicament daraus wird; welcher Gersten-Schleim über dem, wann er mit Eßig ausgepresset ist, und mit Pech gekochet wird, sehr dienlich ist, die Schmertzen zu mildern, und die Flüsse an den Gliedern zu zertheilen: alles dieses, was wir mit Hippocratis Worten bißhero angeführet, bestärcket noch die heutige Erfahrung, der Gebrauch aber des Gersten-Tranks ist gar unvergleichlich, und hat Dodonæus denselben besonders zu machen gelehret, vornehmlich ist bekannt, daß Galenus der mehresten Aertzte Vorgänger

gänger ein gantzes Buch von der Ptisane geschrieben habe. Wenn man, wie Simon Pauli vorschreibet, das Gersten-Maltz mit Eßig abkochet, durch ein leinen Tuch durchseiget, und damit den Mund ausspület, oder einige Zeit lau licht im Munde hält, so stillet es offt die unleidlichsten Zähn-Schmertzen, in Apothecken hat man den Gersten-Zucker.

Usus Domesticus.

Antiquissimum in cibis hordeum esse, autor est Plinius Libr. XIIX. c. 7. Omnibus notissimum est hordeum excoriatum, decorticatum, orbiculatum, perlatum, seu hordeum molâ quadam ad id parata, cortice exutum. Optimum habetur rotundum, album, lucidum. Hordeum imprimis perlatum dictum, quod Perlas seu Margaritas Scoticas refert, eodem modo præparatur, quo commune excoriatum, verum bis terve molæ subjicitur, ut deteratur & minus evadat. Celebre est hordeum excoriatum Ulmensium, quod etiam ad peregrinas abducitur gentes. Quot ciborum genera exinde parari soleant, quotuplicique usui sit ad vitam humanam sustentandam, haud est, ut pluribus commemorem. Nec de Ptisana aliquid addo, quia usus ejus in variis morbis demulcendis notissimus est. Polenta autem hordacea, cerevisiaque ex illa cocta, ejusdemque pro locorum diversitate infinita ferè genera variis auctoribus occasionem dederunt, calamum stringendi. Singulare &enim Providentiæ divinæ exinde argumentum confici posse arbitror, quod locis, vineis privatis, hoc Cereris concesserit donum, quod Aristoteles vinum appellitavit hordaceum. Potus, inquit Cornelius Tacitus, de Germanorum victu faciens verba, est humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus. Notum est præterea, quasdam in Germania superiori civitates summis simultatibus contendere cum aliis confinibus in inferiori Germania de bonitate & præstantia cerevisiarum. Quin quæ hic Ratisbonæ coquitur, cerevisia bruna seu fusca cum multis, quæ in tota ferè obtinent Germania, de præstantia contendere possit, validissimis rationibus comprabare possemus, si de gustibus esset disputandum. Tandem de farina hordacea ejusque multiplici in culinis usu non est, ut plura commemoremus.

Es setzet Plinius, daß die Gerste eines der allerältesten Nahrungs-Mittel sey. Ein jeder kennet die ausgeschellte, runde, Perlen-Gerste oder Graupe, welche durch besondere dazu verfertigte Mühlen bereitet wird. Man hält die runde, weisse, durchsichtige Gerste für die beste. Vornehmlich wird die Perl-Gerste, welche wie Schotische Perlen aussiehet, zwar auf die Art, wie die gemeine Gersten Graupe gemachet, allein sie muß zwey biß drey mahl durch die Mühle gehen, daß sie abgerieben und folglich kleiner werde. In Teutschland ist die kleine Ulmer-Gerste sehr berühmt, welche auch in andere, und benachbarte Länder verfahren wird. Wie vielerley Arten der Speise aus dieser kleinen Gerste, oder Gersten-Graupe gemachet werden, und wie vielfältig in den Küchen der Gebrauch derselben sey, wäre überflüßig anzuführen. Insgleichen was die Ptisane und Gersten-Tranck betrifft, weiß ein jeder, daß man sich in mancherley Kranckheiten derselben anstatt des Getränckes sehr nützlich bediene. Das Gersten Maltz aber, und das daraus gekochte Bier, welches nach so mancherley Orten fast unzehlich unterschieden, hat den gelehrtesten Autoribus Gelegenheit gegeben, davon weitläufftig zu schreiben, wovon man die mehresten Autores bey dem Zornio angeführet finden kan. Uns daucht, daß wir daher einen besonderen Beweiß zur Erkänntniß der Göttlichen Fürsorge nehmen können, daß er denen Ländern, die keine Weinberge haben, diß edle Geschencke, nemlich die Gersten, aus welchem man eine Art des Weins machen kan, verliehen habe. Denn das Bier ist eigentlich der Teutschen Wein. Es ist sonst noch bekannt, daß die vornehmste Städte in Ober- und Nieder-Teutschland darüber streiten, welche das beste und vortrefflichste Bier brauen könne. Woferne es erlaubt wäre, von dem Geschmack zu disputiren, so könnte etwan mit sehr starcken Beweißthümern behauptet werden, daß das Regenspurgische braune Bier eines der allervortrefflichsten und gesündesten sey, und mit vielen, in Teutschland gebrauten Bieren um das Vorrecht streiten könnte. Wir wollen schließlich nicht viel von den Gersten-Mehl und dessen mannigfaltigen Gebrauch reden, da bekannt genug ist, zu wievielerley es nutze.

HORMINUM.

Horminum, ὅρμινον *Græce.* Horminum & Sclarea *officin.* Hormino, *Ital.* Ormin, Orvale. *Gall.* Clary. *Angl.* Scharleye. *Belg.* Skarleye, Skarlagger. *Dan.* Zwiesmos sed. *Pol.* Polnti. *Boh.* Zent Jonas siu i. e. S. Iohannis herba. *Hung.* Scharleyen, Scharlach-Kraut, grosse Salbey. *Germ.*

CHARACTER. Horminum multum similitudinis cum Salvia habens, & verticillatis adnumeratum herbis est plantæ genus, flore monopetalo, labiato, cujus labium superius parvum & galeatum est, inferius vero in tres partes divisum, media cochlearis instar excavata. Ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti adinstar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abit in totidem semina subrotunda, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita. *Tournef.* 178. Cum qua Sclareæ definitio p. 176. coincidit, hac saltem interveniente differentia, quod Sclareæ labium superius falcatum sit. Radix in plerisque horminis speciebus est lignosa, fibrosa, nigro cortice obducta, singulis annis nova germina producens, sapore acerbo. Caules in plerisque sunt quadranguli seu ut plurimum angulosi, multis alis concavi, lanugine hirsuti, pedales & majores. Folia colore cineritio inferiora, rugosa, texturæ rarioris, conjugata, odore satis vehemente minus tamen grato quam Ocymi, in quibusdam rugosa, sapore subamaro, terrestri, in fine adstringenti balsamico. Præter hæc foliola adsunt verticillis subjecta diversæ formæ ac magnitudinis à cæteris. Calix est tubulosus, quinquefidus, quasi bilabiatus. Flores sunt perfecti, irregulares, monopetali, barbati & galeati simul, in verticillos dispositi, seu plerumque seni nodos caulium circulatim coronant, & quasi spicati componuntur in spicis longis a se invicem remotis; flores Salviæ minores, quamvis in aliis multis cum Salvia similitudinem habeant, odore minus grato. Semina sunt subrotunda, ad singulum florem quaterna, lævia in perianthio aperto delitescentia. Floret Junio & Julio, in pratis, hortis, aliisque frequenter locis. C. B. P. 238. *Boerh.* I. 165. *Ammann.* 423. *Rupp.* 178. *Chabræus* 433. *Linnæus* p. 6. n. 16. *Lugdunensis* 964. *Clusius* p. XXX. *Matth.* Bock. p. 18. 19. *Volckamer. Lemery.*

Scharley hat sehr viele Gleichheit mit der Salvey, und wird zu den Kräutern gerechnet, deren Blumen Wirbel-weiß um den Stengel stehen. Es ist aber eine Art Pflantzen mit einer einblätterigten Leffzen-förmigen Blume, wovon die ober Leffze klein, und als ein Helm gestaltet, die untere aber in drey Theile getheilet ist, deren mittleres als ein Löffel ausgehöhlet ist. Aus dem Kelch kommt der Stempffel, welcher an dem hinteren Theil der Blume als ein Nagel fest eingeschlagen, und mit vier jungen Ansetzlingen umgeben ist. Dieselben werden hernach zu eben so viel runden Saamen-Körnern, die in einer Capsel, welche vorher der Kelch der Blume gewesen, ligen: von dieser Beschreibung des Scharley ist die Gattung, welche besonders Sclarea genennet wird, bloß durch die obere Sichel-förmige Leffze unterschieden. Bey den mehresten Arten des Scharleyes ist die Wurtzel holtzigt, fäserigt, mit einer schwartzen Rinde überzogen, und schiebet alle Jahr frische Stengel, ist bitter von Geschmack. Die Stengel sind bey den mehresten viereckigt, oder wenigstens winckeligt, vielästig, mit weichen Haaren besetzt, Fuß hoch, und wohl höher. Die meist aschfärbige Blätter sind unten her runtzelicht, mit wenigen Adern durchwebet, stehen gegeneinander über, riechen sehr starck, aber nicht angenehm, als das Basilien-Kraut, schmecken etwas bitter, und balsamisch, und ziehen ein wenig an; ausser denselben finden sich kleine Blätter, die an den Wirbeln stehen, welche von den ordentlichen Blättern durch die Gestalt und Grösse unterschieden sind. Der Kelch ist röhrigt, fünffach getheilet, und hat gleichsahm zwey Leffzen. Die Blumen sind vollkommen irregulair, einblätterigt, bärtigt und zugleich Helmförmigt, stehen Wirbelweiß, oder es umgeben mehrentheils sechs Blumen einen jeden Knoten des Stengels als eine Crone, und sind Aehren weiß gereihet, doch so, daß sie an dem Stengel in gewisser Weite von einander stehen. Diese Blumen sind kleiner als an der Salbey, haben aber mit derselben überaus viel Aehnlichkeit, riechen eben nicht angenehm. Die Saamen-Körner sind fast rund, es kommen nach jeglicher Blume vier, sind glatt, und ligen in einen offenen Behältniß bloß. Die Scharley blühet im Junio und Julio, sie wächset in den Gärten, Wiesen, und auch häuffig an anderen Orten.

NOTA. Horminum ἀπὸ τῆ ὁρμᾶν impetu agi, atque ferri in Venerem nempe, cujus efficaciam

caciam habere dicitur. Variis præterea gaudet nominibus sub variis titulis allegandis. Duplex ab omnibus ferè ejus constituitur genus, alterum sylvestre, alterum sativum, cui addi posset, quod vel nostras vel peregrinum sit. Species ejus dantur permultæ, natali loco, magnitudine, foliorum forma & florum, comæque colore inter se distantes. Supra autem jam commemoravimus, Sclaream labium floris habere superius falcatum seu aduncum, labium vero in tres lacinias divisum, quarum media cochlearis instar excavata est. Horminum autem labio superiori præditum esse galeato & inferiori tripartito, cujus media lacinia pariter cochlearis formam exhibet *Knauthus* 99. Addi demum meretur *Rivini* observatio *Ord. Plant. quæ sunt Flor. Irr. Monopetalo.* Ex isto Plantarum genere (quarum nempe barba tripartita, sed galea divisa est) Horminum præcipue notabile videtur ob aduncam galeam. Et quidem primum illud flore cœruleo communiter Sclarea dicitur: alterum flore albo Æthiopis: tertium flore luteo Colus Jovis. Atque horum flores majores sunt, quibus proximum accedit Horminum pratense; ast Horminum coma rubra vel purpurea minores, omniumque minimi sunt Hormini folio laciniato. His demum adjeci Horminum spurium, ut tantummodo appareat ex florum collatione, quam bene ab omnibus ad Horminum referatur; ut non attingam numerum florum, qui longe copiosiores in Hormino spurio sunt, cum tamen in reliquis genuini Hormini speciebus sex ordinariè flores verticillum quemvis constituant.

Horminum Scharley hat von einem Griechischen Wort seine Benennung, welches so viel heisset, als mit Hitze und Hefftigkeit auf etwas fallen, weil diß Kraut sehr hefftig zur Venus-Lust anreitzen soll. Es wird sonst die Scharley noch mit vielen andern Nahmen benennet, welche wir bey einer jeden Gattung anbringen wollen. Fast alle, so alte als neue Botanici machen ein doppeltes Geschlecht, nehmlich die wilde und gesäete Scharleye, wozu man setzen kan, daß es entweder einheimisch oder frembde sey. Es sind aber vielerley Gattungen vorhanden, welche nach dem Orte, wo sie wachsen, nach ihrer Grösse, Gestalt der Blätter, und nach der Farbe der Blumen voneinander unterschieden sind. Wir haben bereits oben angemercket, daß Horminum und Sclarea eigendlich nur durch die obere Leffze voneinander unterschieden sind. Denn bey der Sclarea ist der Helm sichel krumm. Die Anmerckung D. Rivini verdienet wohl hieher gesetzet zu werden: von dieser Art dreybärtigen und einen getheilten Helm habenden Pflantzen ist die Scharley wohl wegen ihres sichelkrummen Helms zu mercken. Und zwar wird die erste Gattung mit Himmelblauen Blumen gemeiniglich Sclarea genennet, die andere mit weißer Blume Æthiopis, die dritte mit gelber Blume, Colus Jovis, Jupiters Spinn-Rocken. Von diesen sind die Blumen gröSSer, welchen die Wiesen-Scharley zum ähnlichsten ist; aber kleiner als die Blumen an der Scharley mit rothen oder purpurfärbigen Haar, am kleinesten sind die Gattungen mit ausgeschweifften Blättern. Zu diesen habe ich endlich die falsche Scharley gesetzet, damit aus Zusammenhaltung der Blumen erhelle, wie füglich man sie zu dem Scharley bringen könne: wobey ich nicht berühren will die Anzahl der Blumen, der bey dem falschen Scharley weit mehrere sind, als bey den übrigen Gattungen der wahren Scharley, als bey welchen sich findet, daß ordentlich sechs Blumen an einem Wirbel stehen.

HORMINUM SANGUINEUM ASPHODELI RADICE FLORE COERULEO AMPLO, blutige Scharley mit Asphodil-Wurtzel und grosser Himmelblauer Blume. Siehe die 578. Kupffer-Platte. I. a.

Horminum sylvestre maculatum tuberosum *Francisc. de Honuphriis.* Sclarea Asphodeli radice *Boerh.* I. p. 164. n. 16. floret Junio in hortis Curiosorum, luxuriat in agris sabulosis circa Romam. Perennat, multiplicatur adnata sobole. Hyemales injurias non adeo facile tolerat, hinc consulto per hyemem in communi hibernaculo servatur. *Volckamerus* 214. durch die besondere Wurtzel unterscheidet sich diese Gattung von Scharley von allen andern leicht, sie blühet in der Liebhaber Gärten im Junio, findet sich aber häuffig auf den sandigten Aeckern um Rom, und perenniret. Man vermehret sie durch die junge anwachsende Wurtzel, und weil sie die Ungemächlichkeit des Winters nicht wohl vertragen kan, pflegt man sie ins Winter-Haus zu bringen.

HORMINUM PRATENSE FLORE ALBO, Wiesen-Scharley mit weißer Blume. Siehe die 578. Kupffer-Platte. I. b.

Sclarea pratensis, foliis serratis flore albo. *Rupp.* 179. Horminum sylvestre vulgare. Idem occurrit flore rubro & incarnato, item floribus ex cœruleo & albo variegatis. Floret Junio in pratis & collibus. Perennat. Von dieser Gattung gibt es man-

mancherley Art mit rothen und fleischfärbigen Blumen, ingleichen mit weiß- und blauen Blumen. Sie blühet im Junio, und wächst auf Wiesen und Hügeln.

HORMINUM PRATENSE FLORE COERULEO, Ormin Sauvage, wild Wiesen Scharlach-Kraut. Siehe die 578. Kupffer-Platte. l. c.

Sclarea pratensis, foliis serratis, flore cœruleo, *Tournef. Inst.* p. 179. Horminum pratense *Rivini.* Horminum pratense foliis serratis C. B. P. 238. Gallitrichum sylvestre vulgo, sive sylvestris. Sclarea flore cœruleo magno J. B. 3. 311. In pratis frequens floret Junio & Julio.

Es scheinet dieses Wiesen-Scharley-Kraut eine Art einer wilden Salbey zu seyn, die Blätter aber sind wie eine Säge ausgezacket. Sie ist sonst gemein genug, wird darum auch die gemeine Scharley genennet; Sie blühet im Junio und Julio, und findet man sie häuffig auf den Wiesen.

HORMINUM SEU SALVIA SYLVESTRIS FLORE RUBRO, Scharley oder wilde Salbey mit rother Blume. Siehe die 578. Kupffer-Platte. l. d.

Est varietas antecedentis, floret eodem tempore atque loco.

HORMINUM SEU SALVIA SYLVESTRIS FOLIIS PICTIS, Scharley, oder wilde Salbey mit bunten Blättern. Siehe die 579. Kupffer-Platte. l. a.

HORMINUM PRATENSE FOLIIS SERRATIS FLORE COELI COLORIS, Wiesen-Scharley mit gekerbten Blättern, und Himmelblauer Blume. Siehe die 579. Kupffer-Platte. l. b.

HORMINUM, SCLAREA DICTUM, Orvale, Scharley. Siehe die 579. Kupffer-Platte. l. c.

Gallitrichum. C. B. P. 238. Horminum sativum vulgare sive Sclarea. Gallitrichum sativum J. B. 3. 309. Orvala. Horminum hortense. Horminum sylvestre l. *Clusii.*

Diese Scharley wird auch Muscateller Kraut genennet, weil der Wein, worin es geworffen ist, als Muscateller schmecket. Es blühet im Junio, und wächst an einigen Orten wild, wird aber bey uns in den Gärten gezogen. Die Wurtzel perenniret.

HORMINUM SYRIACUM FLORE ALBO MAGNO, Syrische Scharley mit grosser weisser Blume. Siehe die 579. Kupffer-Platte. l. d.

Gallitrichum exoticum flore magno albo J. B. An Bisermas *Cam.?* Sclarea Syriaca flore albo *Tournef.* 179. C. B. P. 238. *Prodrom.* 114. Planta est Sclareæformis, caulibus cubitum superantibus, quadrangulis leviſſime hirsutis in alas divisis; foliis inferioribus palmum longis, latis, subasperis, sinuosis, superioribus angustis, oblongis, lævioribus. Flores albi sunt gallericulati, florum Sclarea forma. Semen, vasculis inclusum, parvum est & compressum, rubris costis donatum, cinereum, nigris lineis sine ordine conspersum, quod sub lingua ut Ocymi semen lentescit, & inodorum est. Propagatur facile ex semine & ex adnata prole, quam à cespite materno avellere, & in pinguius solum depangere solent; floret Julio in hortis Curiosorum. Perennat, & à gelicidiis non facile læditur *Volckamer.* 214.

Die Syrische Scharley ist ein frembdes Gewächs, und blühet in der Liebhaber Gärten. Man hat diese Pflantze zur Scharley gebracht, weil sie mit derselben viel Aehnlichkeit hat, allein die Stengel werden Ellen hoch, und vertheilen sich in viele Flügel; die Blätter sind Hand lang, breit, etwas rauch, ausgeschweifft, die oberen Blätter aber sind schmahl, länglicht, glätter. Die weißen Blumen haben die Gestalt, als an der gemeinen Scharley. Der in den Behältnißen ligende Saame ist compreß, klein, hat rothe Kanten, aschgrau, mit schwartzen Strichen hin und wieder bemercket, wird unter der Zunge zähe, wie der Basilien-Kraut Saame, hat aber keinen Geruch. Man bringt es leicht durch den Saamen und durch die jungen Wurtzel fort, welche man nur von dem Waasen abreißen, und in ein fetteres Land versetzen darff. Es blühet im Junio, perenniret, und kan zimlich Kälte vertragen.

HORMINUM ÆTHIOPICUM, Mohren-Scharlach-Kraut. Siehe die 580. Kupffer-Platte. l. a.

Sclarea Æthiopica, folio subrotundo, perennis, Sclarea Afra, folio Æthiopidis lanuginoso. *Boerh.* I. 163. n. 9.

HORMINUM SATIVUM VULGARE, gemeine Garten-Scharley. Siehe die 580. Kupffer-Platte. l. b.

HORMINUM BETONICA FOLIO, Scharley mit Betonien-Blättern. Siehe die 580. Kupffer-Platte. l. c.

Horminum vernum folio Betonicæ flore cœruleo *Boerh.* I. p. 165. n. 3. Num horminum minus album Betonicæ facie? C. B. Prodromus p. 114. n. III. Descriptio enim, si florum colorem excipias, cum icone convenit.

HORMINUM GERMANICUM HUMILE, Teutsches Scharlach-Kraut. Siehe die 580. Kupffer-Platte. l. d.

Hormi-

Horminum sylvestre latifolium verticillatum C. B. P. Callitricho affinis planta Horminum sylvestre latifolium *Clusii*. Colitur in hortis, variis tam nascitur locis, floret Junio.

Diese teutsche Scharley wächset an einigen Orten, z. E. zwischen Freysingen und München an dem neu gemachten Weg sehr häuffig wild, wird aber auch in den Gärten gezogen, die Blätter sind zimlich breit, und die Blumen stehen recht im Wirbel, sind zimlich klein, von Farbe blau.

HORMINUM SPICATUM LAVENDULÆ FLORE ET ODORE, Scharley mit Aehren weis gereiheter Lavendel-Blume, das auch wie Lavendel riechet. Siehe die 580. Kupffer-Platte. l. c.

Colitur in hortis Curiosorum, sponte nascitur in Sicilia prope Agrigentum. Annuaque est Pl.

HORMINUM BISERMAS DICTUM, Scharley-Bisermas genannt. Siehe die 581. Kupffer-Platte. l. a.

Bisermas Camerarii, Hormino nostro vulgari vel Sclarea dicto congener planta.

HORMINUM LUTEUM GLUTINOSUM, gelbe, leimigte Scharley. Siehe die 581. Kupffer-Platte. l. b.

Galeopsis species lutea, viscida, odorata, nemorensis J. B. 3. 314. Horminum luteum, seu Colus Jovis *Park.* Colus Jovis *Lob.* Salvia montana maxima, folio Hormini flore flavescente C. B. P. 238. *Tournef.* 180. *Boerh.* I. p. 164. n. 15. Sclarea glutinosa, floris lutei variegati, barba ampla cava. Floret Junio & Julio in hortis Curiosorum, sponte occurrit in lutosis seu uliginosis ad radices montium. Radix perennat. *Volckamerus.*

Die gelbe Scharley heisset Colus Jovis, ingleichen die gröste Berg-Salbey, mit Scharley-Blat und gelber Blume, es scheinet auch eine Art der todten Nessel zu seyn, sie ist klebrigt, riecht starck; man hat sie zur Lust in den Gärten, sie wächset aber von selbst in leimigten oder sumpfigten Oertern, unten an dem Fuß der Berge. Herr Weinmann hat sie bey Wien zu Schönbrunn frey an der Schloß-Mauer gefunden. Die Wurtzel perenniret.

HORMINUM INDICUM MAJUS, grössere Indische Scharley. Siehe die 581. Kupffer-Platte. l. c.

Sclarea Indica floribus variegatis *Tournef.* 179. *Boerh.* I. p. 164. n. 10. Sclarea pes Tigridis vulgo dicta. Horminum Indicum maximum, flore variegato. Horminum majus, amplo flore violaceo lobis florum aureis punctis notatis. Horminum hirsutum flore violaceo, punctis aureis notato. Perennat, floret Majo & Junio in hortis Curiosorum. Propagatur per semina adnatamque prolem. Hyemale frigus ferre recusat, unde cum Hormino sanguineo, quod eandem curam postulat, ad hibernacula transferendum.

Diese frembde Gattung von Scharley wird die grosse, oder die gröste Indische genennet, insgemein Tyger-Fuß, ingleichen grosse Scharley mit grosser violblauer Blume, davon die Stücke mit guldenen Puncten besetzet sind. Es perenniret, blühet in den Gärten der Liebhaber im Junio und Julio. Man vermehret es durch den Saamen, und anwachsende jungen. Es will die Kälte nicht ausstehen, und muß derowegen, wie die blutige Scharley auf gleiche Art ins Winter-Haus gesetzet werden.

HORMINUM QUERNIS FOLIIS, Scharley mit Eichen-Blättern. Siehe die 581. Kupffer-Platte. l. d.

HORMINUM NEAPOLITANUM, Neapolitanische Scharley. Siehe die 581. Kupffer-Platte. l. e.

HORMINUM ORIENTALE FOLIIS AURICULATIS, Morgenländische Scharley mit geöhrten Blättern. Siehe die 581. Kupffer-Platte. l. f.

HORMINUM PEREGRINUM FOLIIS SALVIÆ, frembde Scharley mit Salbey-Blättern. Siehe die 582. Kupffer-Platte. l. a.

Folia ex opposito ad caulium nodos nascuntur, in ambitu serrata & veluti circumrosa sine pilis. Florum crebri verticilli spicam efformant purpureo violacei minores quam in Hormino sylvestri vulgari, subjectis unicuique verticillo binis brevibus latiusculis ac nonnihil purpureis foliolis. Floret Junio secundum vineas agrorumque margines.

Die Blätter an dieser Gattung stehen an den Gleichen der Stengel gegeneinander über, und sind im Umfange gekerbt, als wenn sie benaget wären. An dem Stengel stehen viele Wirbeln mit Blumen, die kleiner sind als an der gemeinen Scharley, unter jeden Wirbel stehen zwey kleine, kurtze, breitliche, und röthlichte Blätter. Sie wächst an Weinbergen und Acker-Rheinen im Junio.

HORMINUM SATIVUM COMA RUBRA, Garten-Scharley mit rothen Spitzen. Siehe die 582. Kupffer-Platte. l. b.

HORMINUM SATIVUM PURPUREO-VIOLACEA COMA, Garten-Scharley mit purpurblauen Spitzen. Siehe die 582. Kupffer-Platte. l. c.

C. B. P. 238. J. B. 3. 309. Horminum sativum genuinum *Dioscoridis*, durch die Blättergen, welche diese letztere Gattungen an den Spitzen der Stengel haben, sind sie von andern unterschieden.

Usus Medicus.

Folia una cum floribus Hormini Sclarea dicti in officinis reperiuntur, medicinamque ingrediuntur. Calida sunt & sicca secundo gradu, facultatemque habent calefaciendi, stomachum roborandi, sanguinem mundificandi, attenuandi, abstergendi, ad Venerem stimulandi, absumendique serosas & crassiores sanguinis partes. Est planta pectoralis, hepatica, splenetica, stomachalis & antihysterica, aperit obstructiones vasorum, album mulierum sistit profluvium, & colicam mitigat, menses partumque promovet, iisque annumeratur herbis, quibus animi promoveri hilaritatem perhibetur. Recentiorum experimentis imprimis constat, quod vulneraria sit insignis herba, legitur enim titulus in *Ephem.* N. C. Dec. III. A. V. & VI. Obs. CCXLII. p. 575. de Hormino traumatico, & vix ulla majorem præstare effectum ex reliquis vulnerariis nobis videtur. Dispellit etiam vulnerum tumores, si aqua vel vino decocta applicetur, in gargarismo adhibita corruptioni resistit, & gingivas firmat. Singularis ejus est usus in omnibus, quæ ab utero dependent, morbis. Tacemus, quod oculis conducere, semenque ejus memoriam firmare perhibeatur. *Schræder. Tabernæm. Dale.* 219. *Zorn.* 352.

Die Blätter und Blumen des Scharleyes sind in den Apothecken und der Artzeney gebräuchlich. Sie sind warm und trocken im andern Grad, und haben die Krafft zu erwärmen, den Magen zu stärcken, das Blut zu reinigen, zu verdünnen, abzuwischen, zum Liebes-Werck zu reitzen, die schleimigte und grobe Feuchtigkeiten zu verzehren. Er ist dienlich der Lunge, Leber, Miltz, Magen und Mutter, eröffnet derselben verstopffte Gefässe, stillet den weissen Fluß der Weiber, lindert die Colic, befördert die monathliche Zeit der Weiber, und die Geburth; wird auch unter die jenige Kräuter gezehlet, welche das menschliche Gemüthe frölich machen sollen. Aus den Erfahrungen der neueren Medicorum wissen wir, daß die Scharleye ein gar fürtreffliches Wund-Kraut sey, und wann es an dem ist, wie in den Ephemeridibus das Exempel stehet, so wäre kein besser Wund-Kraut als die Scharleye. Sie vertreibet auch den Geschwulst der Wunden, und das Decoctum in Wasser oder Wein von diesem Kraut heilet dieselbe. Wenn man mit eben diesem Decocto sich gurgelt, bewahret es für die Fäulniß, und stärcket das Zahn-Fleisch. Vor andern hat es guten Nutzen in allen Fällen, die von der Mutter herrühren. Wir übergehen es, daß eben diese Scharley gut für die Augen sey, und daß dessen Saamen das Gedächtniß stärcke.

HYACINTHUS.

HYACINTHUS ὑάκινθος. *Græc.* Hyacintho, Cipolle canine. *Ital.* Mayos flores. *Hisp.* Hyacinte, Jacinte. *Gall.* Grape flovver. Harebell. *Angl.* Hundslook, Hyacinth. *Belg.* Jakinth. *Mosc.* Hincynt. *Pol.* Hyacinth. *Bohem.* Kygio hagyma. *Hung.* Zumbul. *Turcice.* Hyacinth. *Germ.*

CHARACTER. Hyacinthus est plantæ genus, flore liliaceo, monopetalo, in sex partes secto, & quasi campaniformi, tubulato, ex cujus fundo surgit pistillum, quod deinde abit in fructum subrotundum ferè trigonum, in terna loculamenta divisum, seminibusque fœtum modò sub rotundis, modò planis. *Tournef.* 344. Radix est bulbosa, seu radicibus bulbosis proprie sic dictis prædita. Caulis ex illa exit nudus palmaris, in spica floriger caryophylli aromatici figura, folia longa, angustaque sunt. Flores sunt perfecti, regulares, monopetali, tubulati, in sex segmenta extrorsum flexa divisi, & quidem vel profundius laciniati, vel urceolares, ut Hyacinthi botryoides, vel capreolati, ut Hyacinthi comosi. Singulorum Hyacinthorum sunt semina subrotunda, nigricantia, pericarpio membranaceo tricapsulari, ac triangulato breviori inclusa. De loco & tempore, quo singuli florent, sub qualibet specie mentio fiet.

Hyacinth ist eine Art Pflantzen mit einer Lilienförmigen Blume, welche an sich emblätterigt, aber in sechs Stücke vertheilet, und gleichsahm Klockenförmig und röhrigt ist, aus dessen Grund der Stempffel hervortritt, welcher hernach zu einer fast runden, und bey nahe dreyeckigten Frucht wird, die in drey Fächer abge-

abgetheilet, und voll von Saamen stecket, der zuweilen fast rund, zuweilen aber flach ist. Die Wurtzel ist eigentlich zu reden eine Zwiebel, aus derselben kommt ein blosser, Hand hoher, und mit Blumen Aehren weis besetzter Stengel, in der Gestalt als an der Gewürtz-Nelcke. Die Blätter sind lang und schmahl. Die Blumen sind vollkommen, regulair, einblätterigt, röhrigt, in sechs auswärts gebogene Stücke vertheilet, und zwar entweder tieff ausgeschweiffet, oder wie ein kleines Krüglein gestaltet, als wie die Trauben gleiche Hyazinthen sind, oder hin und wieder durchgeschlungen, wie die haarigten Hyazinthen. Man findet bey allen Gattungen der Hyazinthen fast runden, schwärtzlichten Saamen, der in einem häutigen, dreyfächerichen, und dreyeckigten kürtzerem Saamen-Behältniß eingeschlossen liget. Von dem Ort und Zeit der Blüthe wird bey einer jeden Sorte die Anzeige geschehen.

NOTA. Hyacinthum, inquit Plinius L. XXI. c. II. comitatur fabula duplex: luctum præferens ejus, quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore editi: ita discurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura A. J. legatur inscripta. Unus quidem *Dioscoridi* L. 4. c. 63. est. Sylvestrem tamen & Sativum agnovit *Theophrastus*, verum ut ex sequentibus patebit, plurimæ aliæ Hyacinthorum observantur differentiæ. C. B. P. p. 42. Hyacinthos habet comosos, racemosos, oblongo flore, Orientales, stellares, Indicos, quibus tamen præter alios & Africani sunt adjiciendi. Reliqua suis obvenient locis. Hyacinthorum enim non minor est varietas quam Hieraciorum, sed longe major eorum elegantia, & Mangionum cultura & studio singulari factum est, ut speciosissimum Hortorum nostrorum sit ornamentum atque decus.

Nach Plinii und anderer Zeugniß findet sich bey Erklärung des Wortes Hyacinth eine doppelte Fabel. Die erste ist, daß sie von dem schönen Jüngling Hyacinth den Nahmen habe, diesen habe der Apollo geliebet, worüber die Zephyre eyfersüchtig geworden, und durch einen schnellen Wind, einer von dem Apollo geworffenen Stein an des Knaben Stirn getrieben, wodurch er getödtet, und aus seinem Blut diese Blume hervor gewachsen: Die andere Fabel ist, daß sie aus des Griechischen Königs Ajax Blut erwachsen. Indem die Adern also durch einander lauffen, als wenn die Griechischen Buchstaben A. J. daran stünden:

Es hat Dioscorides nur eine Gattung von Hyacynthen gekennet, Theophrastus aber machet den Unterscheid zwischen eine wilde und gesäete. Man wird aber aus den folgenden sehen, wie viel und mancherley Unterscheid derselben sey. C. Bauhinus hat haarichte, träublichte, mit länglichten Blumen, Morgenländische, Sternförmige, Indianische Hyacynthen, zu welchen man noch ausser vielen andern die Africanische setzen darff. Alles übrige wird an seinem Orte vorkommen, denn wir haben eben eine so grosse Menge Hyacinthen als Habichts-Kraut, und sind jene weit schöner, welche die Kunst-Gärtner so weit gebracht, daß sie eine ausnehmende Zierde und Ansehen denen Gärten geben.

HYACINTHUS AFRICANUS ORCHIOIDES DIPHYLLOS FLORE CROCEO, Africanische einer Orchis gleichende Hyacinth mit zwey Blättern, und Saffrangelber Blume. Siehe die 582. Kupffer-Platte. l. d.

Elegantissimus hic Hyacinthus à D. D. Burmanno nobiscum communicatus ab Incolis, Namaquas Grigriquas dictis, Quaroebe appellatur, atque referentibus incolis facultatem purgandi habet, quam felici cum successu etiam exercere dicitur. Num Hyacinthus Africanus Orchidem æmulans? in Catalogo Plantarum Africanarum Hermanni.

Es ist diese sehr schöne Gattung einer Africanischen Hyacinthe uns von Herr D. Burmann mitgetheilet worden, sie wird von den Namaquas und Gririquas den Lands-Einwohnern Qua-roebe genannt, als welche auch bezeugen, daß die Wurtzel oder Zwiebel die Krefft zu purgiren habe, in welchem Fall sie mit gutem Erfolg gebraucht werde. Hermann führet eine Gattung Africanischer Hyacinthen an, die einer Orchis gleichkommt.

HYACINTHUS AFRICANUS ORCHIOIDES SERPENTARIUS, Africanische Hyacinthe, die einer Orchis gleichet, und einen Stengel als einen Schlangen-Balg hat. Siehe die 582. Kupffer-Platte. l. e.

Communicata etiam hæc Hyacinthi Africani species a D. D. Burmanno sub pleno titulo. Hyacinthus Orchioides serpentarius, folio singulari undulato, pilis ciliaribus fimbriato, floribus ex auro punicantibus *Pluk.* Phyt. Tab. 195. fig. 5.

Diese uns gleichfalls von dem Herrn D. Burmann communicirte Hyacinthe hat den völligen Titel: Africanische Hya-

cinthe, die einer Orchis ähnlich, mit einen fleckigten oder als ein Schlangen-Balg gestalteten Stengel, mit einem sonderbahr, als Wasserwogen ausgeschweiffken Blat, welches mit so feinem Haaren, als mit Augen-Wimpern besetzet ist, daran die Blumen aus dem Goldgelben purpurfärbig sind.

HYACINTHUS CALAMISTRATUS, Corallen-Hyacinth. Siehe die 583. Kupffer-Platte. l. a.

Muscari; panicula comosa, purpuro-violacea. Hyacinthus Sanneſius, panicula comosa *Col.* p. II. Hyacinthus comosus, ramosus, nondum descriptus, purpureo violaceus. Dn. *Bry.* Hyacinthus comosus, calamistratus. Cornut. 210. Coma ampliori H. L. 321. Hyacinthus Calamistratus coma paniculosa, breviori H. R. P. 89. *Boerh.* II. 115. sub Muscari flore in thyrsos ramosos congesto, unde comosi vel calamistrati dicuntur n. 2. C. B. P. p. 42. b. n. VI. Hyacinthus panicula cœrulea, quem Ruppius aliquando in sylva Francofurto ad Mœnum vicina atque ad ripam Salæ deprehendit, cum tamen peregrinæ sit indolis p. 29. Floret in hortis Curiosorum Majo.

Muscari mit einem haarigten Büschel und Purpur- oder Violblauen Blumen hat viele zarte Aeste, die gleichsahm gekräuselt aussehen, doch sind die so genannte Haare sehr kurtz. Es führt Ruppius unter dem Titel Muscari paniculatum monstrosum an, daß er dieses rare Gewächse, welches doch ausser Streit ein ausländisches ist, in einem Wald, nahe bey Franckfurt am Mayn, ingleichen an dem Ufer der Saale gefunden, weis aber nicht, durch was Zufall es dahin gekommen seyn müsse. Man findet sie in den Gärten. Bey Herr Weinmann hat sie im Junio und Julio geblühet.

HYACINTHUS COMOSUS major purpureus, Acker-Hyacinth. Siehe die 583. Kupffer-Platte. l. b.

C. B. P. 42. a. n. I. Hyacinthus Dioscoridis. Bulbi esculenti genus &c. Muscari, arvense, latifolium, purpurascens *Tournef.* 347. *Boerh.* II. 115. Hyacinthus maximus Botryoides, coma cœrulea J. B. 2. 574. Hyacinthus comosus, purpureus. Variat alter præcox, latiore folio, crassiore, majoreque bulbo: alter serotinus angustiore folio, coma tenuiore, laxiore tamen & elegantiore minoreque bulbo. C. B. P. 42. Hæc planta addit *Ruppius* 29. duplex est, arvensis latiore folio, & nemorensis angustiori folio, uti recte observavit *Clusius*. Arvensis copiosa est in nonnullis Germaniæ agris, in Bavaria maxime ad arva montana circa flumen Regen floret Junio & Julio.

Dieses ist die gröste Gattung des Acker-Hyacinths, welche breitere Blätter, mehr haarigte oder vielmehr mit vielen kleinen an dünnen Stielen sitzende Blümlein, auch eine stärckere Zwiebel hat, als eine kleinere Gattung davon, die weniger mit den kleinen aber viel schöneren Blumen besetzet ist, und eine kleinere Zwiebel hat. Clusius hat wohl angemercket, daß eine zweyfache Gattung eine Acker- und Wald-Hyacinthe sey. Jene hat ein breiteres, diese ein schmahleres Blat. Die Acker-Hyacinthe findet man an vielen Orten in Teutschland, in Bayern an den Bergen, um den Fluß Regen. Auch hat Herr Weinmann zwischen den Closter Prüfening und Dechbeten am Berg dieselbe gantz weiß gefunden. Sie blühet im Junio, und Julio.

HYACINTHUS VERNUS BOTRIOIDES MINOR ALBUS, Träublein. Siehe die 583. Kupffer-Platte. l. c.

HYACINTHUS BOTRYOIDES MINOR COERULEUS, Trauben-Hyacinth. Siehe die 583. Kupffer-Platte. l. d.

HYACINTHUS BOTRYOIDES FLORE CARNEO, Trauben-Hyacinth mit fleischfärbiger Blume. Siehe die 583. Kupffer-Platte. l. e.

Est saltem varietas in floribus. Dicitur Hyacinthus racemosus minor Juncifolius. C. B. P. Hyacinthus vernus, Botryoides minor, angustioribus foliis odoratus J. B. 2. 571. Sponte multis in Galliæ & Pannoniæ locis proveniunt. In hortis florent Aprili & Majo.

Diese drey Gattungen sind nur nach der Farbe der Blumen unterschieden. Sie haben den Nahmen von Trauben, weil die Blumen Trauben weis auf und bey einander stehen. Die Holländer nennen sie deßwegen Drupuckens, und man findet sie an einigen Orten wild, meistens aber in den Gärten, und blühen sie im April, und im May.

HYACINTHUS MOSCHATUS ODORATISSIMUS, Muscaten-Träublein. Siehe die 583. Kupffer-Platte. l. f.

Muscari obsoletiore flore ex purpura virente *Clus.* H. 178. *Tourn.* 388. Muscari flore obsoleto albo. Hyacinthus racemosus moschatus C. B. P. 43. a. n. VIII. Hyacinthus racemosus, seu Botryoides major seu Muscari majus, obsoleto albo flore. M. H. 2. 372. *Boerh.* II. 114. *Muscari.* Hyacinthus odoratissimus, dictus Tibca-

Tibcadi & Muſcari J. B. 578. *Rupp.* 28. Colitur apud nos in hortis, & floret menſe Aprili. *Volckam.*

Muſcaten-Träublein hat eine groſſe weiſſe mit vielen Häuten überzogene und faſerigte Zwiebel, welche fünff biß ſechs länglichte, auf der Erde ligende, dicke, ſafftige Blätter gibet, aus deren Mitten kommt im Frühling ein dicker, runder, bloßer, und nach ſeiner Dicke ſchwacher Stengel, von deßen Mitten biß zum Ende ſtehen viele Träublein, die als kleine Krüge geſtaltet ſind, von mancherley dunckler und verſchoſſener veralteter Farbe, welche, wann ſie zu verwelcken anfangen, den ſtärckſten Geruch als Muscaten von ſich geben. Hierauf folgen dreyeckigte erhabene Saamen-Gefäſſe mit runden, ſchwartzen Saamen, von Gröſſe als eine Erve. Es iſt diß Gewächs aus Conſtantinopel unter dem Nahmen Dipcadi gekommen.

NOTA. Muſcari ſeu Muſchio græco a floris odore Moſchato, appellatur hic flos, qui *à Tournefortio* & *Boerhaavio* Hyacintho contra diſtinguitur, quia Muſcari campaniformis & globoſus, Hyacinthus vero campaniformis tubulatus eſt, floresque etiam laciniati.

Muſcari hat den Nahmen von Moſcaten, als dergleichen Geruch dieſe unanſehnliche Blume hat. Tournefort, Boerhaave und andere haben Muſcari und Hyacinth voneinander unterſchieden, aus Urſache, weil Muſcari Blumen hat, die zwar Klockenförmig, doch mehr wie ein kleiner Krug geſtaltet ſind. Hyacinth aber hat auch Klockenförmige aber röhrigte Blumen, die über dem ausgeſchweiffet ſind, welcher Unterſcheid nicht weit her iſt. Die Blumen ſind würcklich wie kleine Hage-Aepffel oder wie ein kleiner Krug geſtaltet, wodurch ſie von andern Gattungen leicht unterſchieden werden.

HYACINTHUS INDICUS TUBEROSUS, Tubereuſe, Tuberoſe. Siehe die 584. Kupffer-Platte. l. a.

Hyacinthus tuberoſus Indicus flore Hyacinthi Orientalis C. B. P. Hyacinthus minor Indicus tuberoſa radice. Folia ſunt longa, humi ſparſa, carinata, inſtar foliorum Eriophori, ſed anguſtiora & longiora in mucronem longum deſinentia, ſeſeque invicem amplectentia. Caulis tri- & quadripedalis erectus, vaginis foliaceis, per intervalla cinctus. Flores magis liliacei, longe majores, quam in Hyacinthis bulboſis, odore gratiſſimo. Radix tuberoſa eſt. Ari Ægyptii ſive Colocaſiæ inſtar, ſed longe minor, adnatis ſeſe propagans, nonnullisque fibris prædita *Cluſ.* H. 176. ſeu radix ex multis tunicatis bulbis quaſi tuberibus conſtructa; *Volck.* Floret Julio & Auguſto in hortis, inque hortis præcipue penſilibus frequens. *Ruppius* 28.

Tuberoſe iſt eine Art von Hyacinthen mit einer rechten Zwibel. Die Blätter ſind lang, ligen auf der Erde, ſind hohl als ein Schifflein, und gehen als ein Dolch ſpitzig zu, umfaſſen ſich auch einander. Der Stengel wird drey biß vier Fuß hoch, iſt mit Blättern als mit Scheiden in gemeſſener Weite umgeben. Die Blumen ſind mehr Lilienförmig, und weiß, gröſſer als bey den zwibelichten Hyacinthen, von ungemein angenehmen Geruch. Die Wurtzel iſt eine Zwibel, ſie verbreitet ſich durch die anwachſende Knollen, und iſt mit einigen Fäſern verſehen, oder dieſe Wurtzel beſtehet aus vielen übereinander ligenden Zwibeln. Sie blühet im Julio und Auguſt in den Gärten. Man hat ſie insgemein gern vor den Fenſtern. Herr D. Volckamer gibt hiebey gantz kurtz und gründlich an, daß man die Zwibeln zu Ende des Herbſtes ausnehme, und des Winters in der Stube aufbewahre, bey herankommenden Frühling aber im wachſenden Mond in ein fettes Erdreich bringe.

HYACINTHUS INDICUS TUBEROSUS FLORE PLENO, gefüllte Tuberoſe. Siehe die 584. Kupffer-Platte. l. b.

Primus amabili hac pulchritudine, inquit Boerhaave II. 114. Vir Egregius D. Petrus de la Court. J. V. D. Cujus liberali ingenio induſtriæ, atque indefeſſæ diligentiæ rarum hoc præmium ipſa Flora ſacravit.

Ein Doctor Juris Petrus de la Court iſt der erſte geweſen, der dieſe Blume dahin gebracht, daß ſie gefüllt erſchienen. Jedoch riechen die gefüllten nicht ſo ſtarck, als die einfachen.

HYACINTHUS BELGARUM FLORE COERULEO PLENO, Holländiſcher Hyacinth mit gefüllter blauer Blume. Siehe die 584. Kupffer-Platte. l. c.

HYACINTHUS MAXIMUS BELGARUM FLORE ALBO PLENO, Jacenthe, weiße Hyacinthe. Siehe die 584. Kupffer-Platte. l. d.

HYACINTHUS MAXIMUS FLORE ALBO ET INCARNATO PLENO, allergröſte Hyacinthe mit weißer und Fleiſchfärbiger gefüllter Blume. Siehe die 585. Kupffer-Platte. l. a.

HYACINTHUS MAXIMUS FLORE INCARNATO PLENO, gefüllte groſſe Hyacinthe mit

mit fleischfärbiger Blume. Siehe die 585. Kupffer-Platte. l. b.

HYACINTHUS FLORE COERULEO LACTEO PLENO, gefüllte Hyacinthe mit blauer und Milchweißer Blume. Siehe die 585. Kupffer-Platte. l. c.

HYACINTHUS HISPANICUS FLORE ALBO, Spanische Hyacinth mit weißer Blume. Siehe die 585. Kupffer-Platte. l. d.

HYACINTHUS HISPANICUS FLORE COERULEO, Spanische Hyacinthe mit Himmelblauer Blume. Siehe die 585. Kupffer-Platte. l. e.

De his speciebus vide C. B. P. 43. Florent Majo.

HYACINTHUS ORIENTALIS FLORE ALBO, weiße Hyacinthe. Siehe die 585. Kupffer-Platte. l. f.

Vide. C. B. P. 44. b. floret Aprili.

HYACINTHUS ORIENTALIS FLORE ATRO PURPUREO, Orientalische Hyacinthe mit schwärtzlich Purpurfarbener Blume. Siehe die 586. Kupffer-Platte. l. a.

HYACINTHUS ORIENTALIS FLORE PURPUREO PLENO, Orientalische Hyacinthe mit gefüllter Purpurblauer Blume. Siehe die 586. Kupffer-Platte. l. b.

HYACINTHUS ORIENTALIS POLYANTHOS, Orientalische Hyacinthe, die viele Blumen hat. Siehe die 586. Kupffer-Platte. l. c.

Hyacinthus Orientalis latifolius polyanthos maximus, flore in cœruleo purpureo violaceo. Sunt autem in Hyacinthis Orientalibus flores clavati, varii coloris ex tubo longo in sex Segmenta quasi totidem expansa petala nonnihil reflexa, nunc in simplici, nunc duplici serie divisi summitatem caulis undique ambientes.

Alle Orientalische Hyacinthen haben Blumen, an den gleichsahm Nägel eingeschlagen von mancherley Farben, und kommen aus einen langen Rohr in sechs Blätter vertheilet, diese legen sich etwas rückwärts und haben bald eine, bald eine gedoppelte Reyhe, und umgeben an allen Seiten den Stengel.

HYACINTHUS SPICATUS STELLATUS FLORIBUS INCARNATIS CAULE ET FOLIO ORCHIDIS, Hyacinthe, deren Blumen Fleischfarbe Aehren weiß stehen, und Sternförmig sind, anbey Stengel und Blätter als eine Orchis haben. Siehe die 586. Kupffer-Platte. l. d.

Oderatissimus hicce flos Africanus ex parvo bulbo, qui sub cinere tostus grato est sapore, quare ab incolis ordinariis incoquitur cibis, appellaturque ab illis Chabii. Communicatus à D. D. Burmanno, qui ad Pluknetium & qu. Tab. 195. fig. 4. provocat.

Diese Gattung von Hyacinth, ist uns von D. Burmann communiciret, es ist eine sehr wohlriechende Blume, die aus einer kleinen Zwibel kommt, und brauchen es die Einwohner ordentlich an den Speisen, und nennen sie Chaby.

HYACINTHI FLORES VARIORUM COLORUM, Hyacinth-Blumen von mancherley Farben. Siehe die 587. Kupffer-Platte. l. a.

Da die Liebhaber der edlen Gärtnerey am meisten die Hyacinthen cultiviret, so kommen daher so mancherley schöne Gattungen, die man mit allerley wunderlichen Nahmen beleget, als Blyhoff. Brutus, Bulteners cronroyael, Celestin, Florison, Groote Jupiter, groote Sultan, Hecuba, Julia, Passe Royal, Passe tout, Witte Diana, Witte florida. Dubbelde Cardinal, Kooning, Konigin, Claudius Albinus, Apollo, Claudius Civilis, Adonis, Blauvv Juvvel, Princesse Royale, Wit Kayfers Juvvel, Duc de Toscane, und unendlich viele andere Gattungen.

HYACINTHUS STELLARIS PRÆCOX BIFOLIUS, Stern-Blümlein. Siehe die 587. Kupffer-Platte. l. b.

Hyacinthus stellaris, bifolius, Germanicus, C. B. P. 45. Variat floris colore. Hyacinthus stellatus bifolius vernus dumetorum, flore cœruleo. Floret Aprili in hortis, quandoque juxta sepes in campestribus.

Stern-Hyacinth, Stern-Blümlein hat nur zwey Blätter, blühet zeitig im April in den Gärten, und zuweilen auch auf dem Felde. Es gibt unterschiedene Farben davon.

HYACINTHUS STELLARIS MINOR FLORE INCARNATO, kleinere Stern-Hyacinthe Fleischfärbiger Blume. Siehe die 587. Kupffer-Platte. l. c.

HYACINTHUS STELLATUS MULTIFLORUS, Stern-Hyacinth. Siehe die 580. Kupffer-Platte. l. d.

Est varietas lit. b.

HYACINTHUS STELLATUS PERUVIANUS FLORIBUS COERULEIS, Le Jacinthe, Stern-Hyacinth.

Hyacinthus stellatus Peruvianus multiflorus cœruleis in rotundam metam fastigiatis. *Morif.* H. 2. Hyacinthus Indicus bulbosus stellatus. C. B. P. Hyacinthus stellatus Boeticus major, vulgo Peruvianus Park. *Volkamer.* 217.

Cultu-

Cultura.

Man vermehret die Hyacinthen durch den Saamen, und durch die anwachsende junge Zwibeln. Den Saamen nimmt man von einem der besten, und stärcksten Stengel, lässt an demselben nur die grösten Blumen stehen, welche, wann sie reiffen Saamen haben, sich öffnen, den man alsdenn an einem trocknen Ort verwahret, und im September, oder October (andere thun es im August) aussäet. Einige säen ihn in freyer Erde, andere in einem Schürbel, jedoch muß die Erde recht gut seyn. Er bleibet an diesem Ort zwey Jahr, biß die jungen Zwibeln die rechte Grösse haben; indessen bedecket man sie des Winters mit Stroh, damit die zarte Pflantze nicht von der Kälte am wachsen verhindert werde. Nach verflieſſung des ersten Jahrs schüttet man eines Fingers hoch gute fette Erde auf die Schürbel oder Bette, wodurch die jungen Zwibel neues Saltz und Nahrung bekommen. Nach dem andern Jahr hebt man sie ein wenig vor St. Johanni aus, und hält sie an einem trockenen Ort, biß man sie bey recht trocknen Wetter gegen Ende des Augusts wieder einlegt, oder in die Betten versetzet. Ohnerachtet die Saamen-Hyacinthen schon im dritten Jahr Blumen treiben, so ist doch die rechte Blüthe, die man unterscheiden kan, allererst im vierdten Jahr, und erlangen doch erst im folgenden Jahr ihre gehörige Grösse. Ferner werden die Hyacinthen durch die Absetzlinge vermehret, denn ob sie gleich nicht viel Absetzlinge geben, so kan man sie doch gleichsahm dazu zwingen. Die Manier ist diese: Schneidet eine grosse Hyacinthen-Zwibel mit einem Feder-Messer biß in die dritte Schaale, doch nicht in das Hertz der Pflantzen, und solches in vier Theile, biß an das Loch, oder biß auf den Stuhl, da die Wurtzeln hervorkommen, so werdet ihr folgendes Jahr vier Bulben vor eine finden. Der meiste Theil der Hyacinthen stehet gerne an freyen Orten, wo die Sonne recht hinscheinet, und man setzet sie gemeiniglich in absonderliche Bette, nach gemachten Linien einer Spanne weit voneinander, und auch eben so tieff, dieses aber verstehet sich nur von den grossen Sorten, denn die andern setzet man nach ihrer Proportion von 2 biß 6. Finger tieff. Uberhaupt aber ist zu mercken, daß man die Zwibel nur alle vier Jahr versetze, man müste denn wahrnehmen, daß sie allzuviel Sincker trieben, welches verhindert, daß sie nicht recht blühen können. Weil die Hyacinthen nicht viel Frost vertragen können, so muß man auf das Bette oder Schürbel verzehrten Pferde-Mist drey Zoll dick legen, und ihn darauf ligen lassen, biß er sich mit der Zeit selbst verzehret. Merckete man aber, daß der Frost noch durch den Mist dringen sollte, muß man solches zu hindern Stroh, oder Heu darauf legen. Wann nun der Frost vorbey, decket man sie wieder auf, lässet aber doch den halb verzehrten Pferde-Mist drauf, und lässet ihn also gantz verzehren und vergehen. Was die besondere Gattungen der Hyacinthen, sonderlich der frembden betrifft, so müßen Fleiß und Erfahrung hievon die besten Lehr-Meister seyn. Die Tuberosen haben eine gantz besondere Cultur, man hat sie bey uns bloß allein aus den Zwibeln, die man sich bringen lässet. Man setzet sie im Frühling schon in einem Schürbel, welchen man auf das Mist-Beth bringen, und zu baldiger Blüthe treiben kan; Uberhaupt verlangen die Tuberosen viel Wärme, und muß die Erde mit verzehrten Mist wohl gemenget seyn, man bringt sie nicht eher, als bey warmen Wetter in freye Lufft, und setzet sie an einem Platz, da sie der Sonnen-Strahlen überflüßig geniessen kan. Man findet sie zwar auch frey in Garten-Betten stehen, sie wollen aber erst spät dahin gebracht und sehr warm gehalten seyn. Nachdem sie in freyer Lufft stehen, muß man sie fleißig begiessen. Nachdem sie ausgeblühet, welches offt zimlich biß in den Herbst sich verziehet, (nachdem man sie nehmlich frühe oder spath eingeleget) leget man den Topff, darinn die Pflantze stehet, auf die Seite zur Erde, auf daß keine Feuchtigkeit mehr dabey komme, und die Pflantzen, deren wohl drey in einem Topff seyn können, auftrocknen mögen. Wann sie nun trocken sind, nimmt man sie aus, bindet einen Haussen mit einem Strick zusammen an den Wurtzeln, und henget sie auf, das Laub unten, und die Wurtzeln über sich, um ferner auszutrucknen. Man legt sie auch in ein Zimmer, da sie gemäßigter Wärme geniessen können.

HYDROPHYLLON.

HYDROPHYLLON SEU DENTARIÆ AFFINIS, Dentaire, Zahn-Kraut. Siehe die 588. Kupffer-Platte. l. a.

CHARACTER. Hydrophyllon ob affinitatem cum Dentaria proxime ad illam accedit, suo tamen gaudet singulari charactere; Est autem Hydrophyllon plantæ genus flore monopetalo, campaniformi & multifido, ex cujus calice surgit pistillum, infimæ floris parti instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum ferè globosum (bivalvem) & semine fœtum ejusdem penè formæ. *Tournef.* 81. Quam definitionem uberius prosequitur *Boerhaavius* I. 204. Radix parte superiore Dentariæ similis. Folia Valerianæ sylvestris. Calix quinquefidus stellatus segmentis longis, hispidis, lanugine instructis, florem longe exsuperantibus. Flos tubulosus, quinquefidus, Echii flori similis, quinque staminibus præditus. In fundo calicis placenta, cui innascitur ovarium, instructum tuba bifida, apicibus recurvis. Flosculi cum caliculis arcte uniti in globum referunt caput pilosum. De capsula seminali addit *Linnæus* p. 44. n. 124. quod sit globosa, unilocularis, bivalvis. Semen continens unicum, rotundum, magnum. *D. Knauthus* p. 33. Planta hæc non habet florem Echii flori similem nec capsulam seminalem polyspermam juxta *Morisonium* & *Hermannum.* confer *Volckamerum* p. 218. Hydrophyllon dicitur à vocibus Græcis ὕδωρ aqua φύλλον folium, quasi diceres folium aquaticum. Cur autem Morinus hanc Plantam sic appellaverit, obscurum est, quippe quæ locis quidem delectatur pinguibus, sed non multum aquosis. Floret Julio, perennat radice. Unica ejus cognita hactenus est species Hydrophyllon Morini, Dentariæ affinis, Echii flore, capsula Anagallidis H. R. *Par.* 77. Dentariæ affinis Echii flore. H. R. *Par.* Dentariæ affinis, flore Echii, capsula rotunda. M. H. *Bloes.* 259. Dentariæ facie planta, monopetalos; fructu rotundo monopyreno M. H. 3. 599. Dentaria peregrina folio Valerianæ, floribus Symphiti albis. *Hoffm. Flor. Aldtorff.*

Zahn-Kraut, oder eigentlich Wasser-Blat hat mit dem obenangeführten Zahn-Kraut freylich viel Verwandtschafft, jedoch seinen eigenen Character; und ist nach Tournefors Beschreibung eine Art Pflantzen mit einblätterigter Klocken-förmiger und vielfach gespaltener Blume, aus deren Kelch der Stempffel hervortritt, welcher an dem hinterem Theil der Blume fest eingeschlagen ist, und hernach zu einer fast runden, zweyflügelichten Frucht wird, die mit Saamen fast von gleicher Gestallt angefüllet ist. Die Wurtzel ist nach dem oberen Theil dem Zahn-Kraut gleich, die Blätter, wie an dem wilden Baldrian. Der Kelch ist fünffmahl getheilet, Sternförmig von langen schmahlen, rauchen, wolligten Stücken, die weit über die Blume hinausgehen. Die Blume ist röhrigt, fünffach getheilt, der wilden Ochsen-Zunge Blume gleich, mit vier Fäsern versehen. Auf dem Grund des Kelchs kommt das Saamen-Gefäß. Die mit den kleinen Kelchen, fast in eine Kugel vereinigte Blümlein stellen fast ein haarigtes Haupt für. Von dem Saamen-Behältniß sagt Linnæus, daß es rund, einfächerig, zweyflügelicht sey, und ein einiges rundes, grosses Saamen-Korn in sich schliesse. Herr D. Knauth erinnert dagegen, daß die Blume dieser Pflantze, an der wilden Ochsen-Zunge nicht gleich komme, und die Saamen-Capsel nicht viele Körner enthalte, wie Morison und Hermann wollen; das letzte hat seine Richtigkeit. Warum Morinus diese Pflantze Wasser-Blat genennet, ist nicht bekannt, denn es stehet zwar an fetten aber nicht eben an wässerigten Orten. Es blühet an besagten Oertern im Julio, die Wurtzel bleibt beständig. Es ist bißhero nur eine einige Gattung nehmlich Hydrophyllon Morini davon bekannt geworden.

HYOSCYAMUS.

HYOSCYAMUS, ὑοσκύαμος. *Græc.* Jusquiamo. *Ital.* Velenho, Velenno, Meimendio. *Hisp.* de la Hanebane, Jusquiame, Endormie, Hannebere. *Gall.* Henbayne. *Angl.* Bilsencruyd. *Belg.* Bulme, Sobönner, Hönsebane. *Dan.* Belena. *Moscov.* Szaley. *Pol.* Drigne. *Lituan.* Blyn. *Bohem.* Belend. *Hung.* Succarum, Kerba, Altercum. *Arab.* Hyoscyamus albus & niger, Apolinaris herba, Altercum & Alterckangum &c. *Latine.* Bilsen, Toll-Kraut, Schlaff-Kraut, Bilsen-Boen, Saus-

Saubon, Rinds-Wurtz, Zigeuner-Kraut, gemein Bilsen-Kraut, schwartze und weiße Bilse, Rase-Wurtz, dolle Dille, Teuffels Augen. *Germ.*

CHARACTER. Hyoscyamus est plantæ genus, flore monopetalo, infundibuliformi & multifido, ex cujus calice surgit pistillum infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum in ipso calice reconditum, ollæ similem, operculo instructum, & in duo loculamenta divisum septo intermedio, cui adhærescunt plurima semina. *Tournef.* 117. Radix Hyoscyami est rugosa, foris fusca, intus alba, multos agens caules sesquipedales, lanugine obsitos, quibus foliola adnascuntur per margines altius incisa, alternatim in caule posita, unctuosa, mollia, graveolentia utplurimum. Flores é latere caulis ordine prodeunt tanquam punicorum cytini. Flores autem sunt perfecti, irregulares, monopetali, in quinque segmenta obtusa divisi, infra tubulosi seu ventricosi, supra expansi, staminibusque quinque inclinatis ornati. Floris longior calix campaniformis, amplius desinens in rigidos quinque apices, occultat penitus fructum, ut non nisi operculum bullatum cernatur, quod maturato semine abscedit instar mitræ. Semina numerosa, minuta, inæqualia continens. Occurrit ubique Hyoscyamus ad vias publicas, in sabulosis maxime. Floret Junio & Julio. Semen matureścit Augusto & Septembri. Tota planta vim narcoticam & virosam habet, odoreque est sulphureo & gravi. C. B. P. 169. *Boerh.* I. 229. *Linnæus* 136. p. 48. *Ammann.* 169. *Lugd.* 1761. *Chabræus.* 525.

Bilsen-Kraut, oder tolle Dille ist eine Art Pflantzen mit einer einblätterigten, Trichterförmigen, und vielgetheilten Blume, aus deren Kelch der Stempffel an dem hintern Theil der Blume als ein Nagel fest eingeschlagen ist, und hernach zu einer Frucht wird, die in dem Kelch selbst verborgen liget, und als ein Topff aussiehet, der mit einem Deckel zugestülpet, und in zwey Fächer getheilet ist mit durchgehenden Zaun, an welchem vieler Saame anhänget. Die Wurtzel des Bilsen-Krauts ist schrumpffigt, aussenher dunckel, inwendig weiß, und schiebet viele meistens anderthalb Fuß hohe Stengel, die mit Wolle umfangen sind, an welchen Blätter wachsen, die im Umfange tieff eingeschnitten, die wechselsweise um den Stengel stehen, öligt, weich, und mehrentheils starck riechend sind. Die Blumen kommen an den Seiten der Stengel nach der Ordnung, wie die Granat-Blüthe hervor. Es sind diese Blumen aber vollkommen, irregulair, einblätterigt, in fünff stumpffe Stücke zertheilet, untenher röhrigt, oder bauchigt, obenher aber ausgebreitet, und mit fünff einwärts gebogenen Fäsern inwendig versehen. Der zimlich lange Klockenförmige, weite Kelch der Blume endiget sich in fünff starre Spitzen, und verbirgt die Frucht gäntzlich, daß man nichts als den erhabenen Deckel siehet, welcher, nachdem der Saame reiff geworden, von selbsten als wie eine Schlaff-Haube sich bey Seite schiebet. Es findet sich in demselben sehr vieler, kleiner, ungleicher Saamen. Man findet die tolle Dille, oder Bilsen aller Orten, an den Land-Strassen, sonderlich an kieß- und sandigten Orten. Es blühet im Junio und Julio, der Saame wird im August und September reiff. Die gantze Pflantze hat eine tumm machend- und gifftige Würckung, und hat einen schweffelhafften starcken Geruch.

NOTA. Hyoscyamus idem est ac faba porcina, quod Æliano autore pastu hujus herbæ convellantur sues aprive, præsenti mortis periculo, nisi copiosa aqua statim se foris & intus proluerint: adeuntes aquas, non ut proluant se tantum, verum etiam ut cancros venentur, eos enim nacti protinus sanitati restituuntur. Germanica nomina ab effectu sunt desumta. Tres Hyoscyami species refert Dioscorides L. IV. c. 64. Plinius quatuor recenset genera, plures autem differentias observarunt recentiores. Zeylanicos duo habet D. D. *Burmannus*, utrumque maritimum fructu tribuli aculeato, alterum monospermon, alterum dispermon. *Thes. Zeyl.* p. 122.

Hyoscyamus heisst nach der Griechischen Sprache so viel als Sau-Bohne, denn Aelianus erzehlet, daß wann die Säue, oder wilde Schweine unversehens von diesem Kraut essen, dieselbe gewaltige Convulsiones empfinden, und in Lebens-Gefahr stehen, weßwegen sie sich aus- und inwendig mit Wasser abspühlten, und Krebse verschluckten, wodurch sie wieder gesund würden. Die vielfachen teutschen Nahmen haben zweiffels ohne ihren Ursprung von der wunderlichen Würckung dieses gefährlichen Krautes. Es hat Dioscorides drey Gattungen nehmlich die schwartze, weiße, und gelbe tolle Dille angeführet; Plinius aber zehlet vier Arten; jedoch haben die Neueren noch andere Sorten entdeckt. Herr D. Burmann hat zwey Zeylanische angeführet.

HYOSCYA-

HYOSCYAMUS CRETICUS, de la Hanebane, Toll-Kraut. Siehe die 588. Kupffer-Platte. l. b.

Hyoscyamus Creticus luteus major C. B. P. b. n. V. p. 169. *Prodromo* 92. *Boerh.* I. 230. Caulibus est bicubitalibus, robustis, ramosis, rotundis, molli lanugine obsitis: foliis latis, subrotundis, sinuatis, & circumrosis, hirsutis, longiore pediculo donatis: ex quorum alis pediculi lanuginosi exsurgunt, flores sustinentes, ex calice hirsuto, in quinque apices secto, prodeuntes, oblongos, Lamii Melissophilli forma, quinquefariam divisos, quorum tria folia superiora majora, & flava, inferiora duo pallidiora, ex quorum medio stamina quina, purpurascentia, apicibus flavescentibus, una cum stylo oblongo ejusdem coloris efferuntur: floribus delapsis, calices indurantur, qui semen minutum subrufum continent. Appellatur etiam Hyoscyamus aureus Alpini. Floret in hortis Curiosorum Julio, nasciturque sponte in Insula Creta in ruderatis locis, frequens etiam est in Italia & Sicilia, & in antiquis muris circa Monspelium. *Volckamer.* 218.

Das grössere gelbe Cretische Toll-Kraut hat Ellen hohe, starcke, ästige, runde, und mit weichen Haaren besetzte Stengel. Die Blätter sind breit, fast rund, ausgeschweiffet, und eingenaget, rauch, und mit langen Stielen; aus deren Winckeln kommen wolligte oder haarigte Stiele, welche die aus einem rauhen und fünffmahl getheilten Kelche hervorgehende, mit feinen Haaren besetzte Blumen tragen, diese sind von Gestalt als an der Tauben-Nessel mit Melissen-Blättern, fünffmahl getheilet, wovon die drey oberen Blätter gröser und gelb sind, die unteren beyden aber blasser: In deren Mitte erscheinen fünff röthlichte Fäser mit gelben Häuptlein, nebst einem langen Stempffel von gleicher Farbe. Nach abgefallenen Blumen werden die Kelche hart, und enthalten einen kleinen, etwas röthlichten Saamen. Es blühet im Julio in den Gärten der Liebhaber, wächst aber an alten Gemäuren in Candia, auch in Sicilien, und Italien von selbst.

HYOSCYAMUS ALBUS MAJOR, Endormie, weiß Bilsen-Kraut. Siehe die 588. Kupffer-Platte. l. c.

Hyoscyamus albus major vel tertius Dioscoridis & 4. Plinii. C. B. P. 169. a. n. II. Hyoscyamus albus. J. B. 3. 627. Folia ejus sunt subrotunda, pinguiora, molliora, rariora, quam in Hyoscyamo nigro, albicantia. Flores sunt candidi, aut subpallidi longe minores & calicibus laevioribus. *Matth. Comp.* 722. Floret Julio.

Weiß Bilsen-Kraut hat fast runde, fettere, weichere, und weniger Blätter, als das schwartze, und scheinen sie auch weißlichter; Die Blumen sind entweder weiß, oder etwas blaß, auch etwas kleiner, und haben einen glätteren Kelch. Es blühet im Julio.

HYOSCYAMUS NIGER VULGARIS, Jusquiame, Bilsen-Kraut. Siehe die 588. Kupffer-Platte. l. d.

Hyoscyamus vulgaris fœtidus & niger *Tournef.* l. c. caule folioque piloso floseulis monopetalis, infundibuli formibus, luteis, striatis, alba radice. *Tournef. Alf.* 83. Altercum officinarum dicitur ab altercando, quia mentem cum multa verborum altercatione abalienat. C. B. P. 169. Floret Junio & Julio secus vias in pinguioribus & juxta fimeta nonnunquam. Perennat. *Volckamer.* p. 218. *Boerhaave* I. 229. n. 1. *Ruppius* 200. *Zornius.* p. 353. Variat autem foliis modo integris, modo dissectis, modo in ambitu in lacinias acutas divisis. *Chabr.* 528.

Das eigendliche Bilsen-Kraut ist das gemeineste, welches man aller Orten an den Wegen findet, es blühet im Junio und Julio, Stengel und Blätter sind haarigt, die Blumen unblätterigt, wie ein Trichter formiret, gelb, roth gestreifft, die Wurtzel ist weiß. Es finden sich hievon Gattungen mit gantzen, andere mit zerschnittenen, andere mit spitzig ausgeschweifften Blättern.

HYOSCYAMUS VULGARIS FOLIIS ANGUSTIORIBUS, Hannebeere, Tolle Dille. Siehe die 588. Kupffer-Platte. l. e.

Varietas antecedanei esse videtur.

Cultura.

De Hyoscyamo albo & nigro vulgari non est cur aliquid commemoremus, ubivis enim locorum reperitur, & horto illatus quolibet loco ex suo semine abunde sese propagat. De Hyoscyamo Cretico autem observandum est, quod, cum teneræ sit indolis, locum amet opportunum atque calidum, atque contra hyemis intempestatem ad hibernaculum sit referendus. Ex semine, quod secundo anno apud nos maturum reddit, adolescente Maji luna, vasi fictili commisso propagari potest. *Munting.* 461.

Weisses und schwartzes Bilsen-Kraut wächst aller Orten von selbst, will man es aber in dem Garten haben, so nimmt es mit einem jeglichem Ort vorlieb, und ver-

vermehret sich selbst aus seinem Saamen. Das Cretische Bilsen-Kraut aber ist zärtlicher Natur, es will einen wohlgelegenen, warmen Ort, und weil es die Kälte des Winters nicht übertragen kan, muß man es ins Winter-Haus bringen. Man vermehret es aus dem Saamen, welches es im andern Jahr gantz reiff gibet, denselben säet man mit wachsenden Licht im May, und zwar in ein irdenes Gefäß.

Usus Medicus.

Hyoscyamus & niger & albus officinas ingrediuntur, hic tamen præ illo longe tutior atque mitior est. Hyoscyami radix & semina frigida sunt tertio & sicca secundo gradu. Folia ejus frigida sunt tertio & sicca primo gradu. Multum Olei salisque continet essentialis, refrigerandi habet facultatem, & mire emolliendi, somnum inducendi, dolores sedandi, acrimoniam mitigandi, at enim vero rationem etiam perturbandi, qua de re stupendi effectus in Ephemeridibus Naturæ Curiosorum enumerantur. Contra ea, si prudenter & circumspecte in usum trahatur Hyoscyamus, tum internè, quamvis rariori experientia, tum externè peregoricam & sistentem vim egregie exserit. v. g. Semen in Hæmoptysi datum probatissimum est experimentum, si in *Pulvere Heurnii*, vel alio modo propinetur, licet usum hunc haud satis securum existimet D. D. Bajerus. Externè ut dentium doloribus quasi Sympatheticus est, ita à foliorum & Seminis Hyoscyami usu externo, scilicet impositis illis, Podagricos incredibiliter adjutos, multi experti sunt. Salutaris usus Hyoscyami externus est in Stomachi & Colicæ doloribus à Scorbuto oriundis, in humoribus calidis, in Veneficiis, si fumus toto corpore excipiatur, in Gangræna ex Hydrope. Semen cum vino contusum & fronti applicatum Cephalalgiam curat, caute tamen adhibendum. Folia in dolore & inflammatione aurium egregium sunt arcanum. Succus Hyoscyami traumaticus esse dicitur. Radix trita, & podagram & Ischiaticum affectum medetur, eodem aceto aut vino decocta, oreque retenta multos humores elicit, & dentium dolores sistit. Prostat in officinis ex Hyoscyami radice, foliis & semine Oleum Hyoscyami expressum, quod paregoricam egregiam obtinet virtutem, & Emplastrum de Hyoscyamo. Semen ingreditur famosam compositionem pilularum de cynoglosso.

Man hat in den Apothecken sowohl schwartz- als weißes Bilsen-Kraut, und ist diß letztere weit gelinder, wird auch weit sicherer gebraucht. Die Wurtzel und Saame des Bilsen-Krauts ist kalt im dritten, und trocken im andern Grad. Die Blätter sind kalt im dritten und trocken im ersten Grad. Sie enthalten viel Oel und Sal essentiale, sie erkälten, erweichen ungemein, bringen zum Schlaff, stillen die Schmertzen, mildern die Schärffe, allein sie machen auch wohl unsinnig und toll, wovon in den Ephemeridibus N. C. stupende Exempel zu lesen. Hingegen wo man es klüglich und mit guter Fürsicht gebrauchet, so hat es so wohl innerlich, ohngeacht es sehr selten gebraucht wird, als äusserlich eine stillende und aufhaltende Krafft. Z. E. wenn man den Saamen in Heurnii Pulver, oder auf andere Art eingiebet, ist es das bewährteste Mittel für das Blut speyen, obwohl Herr D. Bajer demselben nicht allzuviel zutrauen will. Aeusserlich ist es einmahl für die Zahn-Schmertzen gleichsahm ein Sympathetisches Mittel, und haben viele erfahren, daß es im Umschlag die Schmertzen des Podagra wegnehme. Man braucht es auch mit gutem Nutzen in Magen-Schmertzen, die von Scorbut herrühren, und in der Colic, in hitziger Geschwulst, in Vergifftungen, wenn man den Rauch über den gantzen Leib gehen lässet, in heissen Brand, der aus der Wassersucht herrühret. Der Saamen im Wein zerstossen und um die Stirn geleget, stillet die Kopff-Schmertzen, jedoch muß man sehr behutsahm damit verfahren. Die Blätter sind in Ohren-Schmertzen und deren Entzündungen ein vortrefflich Mittel. Der Safft von Bilsen-Kraut soll gut seyn die Wunden damit zu heilen. Die zerriebene Wurtzel heilet das Podagra und Hüfften-Wehe. Wenn man dieselbe in Wein, und Eßig gekochet, und in den Mund hält, ziehet sie viele Feuchtigkeiten aus, und lindert die Zähn-Schmertzen. Man hat in den Apothecken von dem Bilsen-Kraut Wurtzeln, Blättern und Saamen, das Bilsen-Saamen-Oel, welches eine Schmertzlinderende Krafft besitzet, und Bilsen-Kraut-Pflaster. Der Saame vom Bilsen-Kraut kommt unter die so sehr berühmte Hunds-Zungen-Pillen.

Usus Domesticus.

Das beste Mittel Ratzen und Mäuse zu vertreiben, ist das Bilsen-Kraut, deßwegen sammlen es die Bauren fleißig, und legen es hin und wieder auf die Korn-Böden und Speicher. Wenn einer von

Bilsen-Kraut oder Saamen meynet gegessen zu haben, muß er gleich Ziegen-Milch trincken, oder Nessel-Saamen, Senff, Zwibel oder Rettig mit Wein zu sich nehmen. Gegen die Wantzen ist der Safft ein vortrefflich Mittel, wenn man damit das Getäffel, Thüren, Bett-Stollen und dergleichen anstreichet.

HYPERICUM.

HYPERICUM ὑπέρικον & ἡ ὑπέρικος. *Græc.* Hiperico, Herba rossa. *Ital.* Coraioncillo. *Hisp.* Mille pertuis. *Gall.* St. Johnswort. *Angl.* S. Janscruyt. *Belg.* Hypericon. *Dan.* Panmymayen dzworki. *Pol.* Iperick. *Mosc.* Ignozole. *Lituan.* Zwonteck cerweny. *Bohem.* Chengo Verag. *Hung.* Alarif. *Hebr.* Alsarib. *Arab.* Hypericum, Herba perforata, Herba Solis & Ruta Solis perforata, Herba St. Johannis, Androsemum, Fuga Dæmonum. *Lat.* St. Johannis-Kraut, St. Johannis-Blut, Harthau, Jageteuffel, Feld-Hopffe, Wald-Hopffe, wilde Gartheil, unsers HErrn GOttes Wund-Kraut. *Germ.*

CHARACTER. Hypericum est plantæ genus flore rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constante, ex cujus calice polyphillo surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, plerumque trigonum & tricuspidum, tricapsularem, seminibusque fœtum utplurimum exiguis. *Tournefourt.* 254. Ex radice lignosa, multifariam divisa & buxeo cortice intecta virgulæ surgunt complures rigidæ, lignosæ, rotundæ, subrubentes, in ramos divisæ, pedales aut sesquipedales, quibus innascuntur sine pediculo folia integra bina conjugata in geniculis glabra, innumeris foraminulis pertusa. Flores in extremis ramulis copiosi atque flavi sunt perfecti, regulares, pentapetali, multis staminibus ornati. Perianthium est quinquepartitum laciniis subovatis, concavis, persistentibus. Semina sunt plura minuta, oblongiuscula, teretia, subfusca, pericarpio membranaceo ovali, tricapsulari inclusa. Ubivis ferè occurrit locorum in sylvis, pratis, dumetis, floretque Julio atque Augusto. *Boerh.* I. 241. C. B. P. 279. *Chabr.* 455. *Linnæus* n. 606. *Rupp.* 98. *Volckamerus.*

Johannis-Kraut ist eine Art Pflantzen mit einer Rosenförmigen Blume, oder da viele Blätter rund herum an einem Creiß stehen, aus dessen vielblätterigten Kelch der Stempffel kommt, welcher hernach zu einer dreyeckigten, dreyspitzigen, und dreyfächerigen Frucht wird, die mit vielen sehr kleinen Saamen angefüllet ist. Aus einer holtzigen, vielfach getheilten Wurtzel, die aussenher mit einer Buxbaumfärbigen Rinde überzogen ist, kommen sehr viele, starre, holtzige, runde, röthlichte, vielästige, Schuh biß anderthalb Schuh hohe Stengel, an welchen ohne Stiele glatte, gantze, allemahl zwey gegeneinander überstehende, und mit sehr vielen kleinen Löcherchen durchbohrete Blätter wachsen. Oben an den Stengeln kommen viele gelbe, vollkommne, regulaire, fünffblätterigte, inwendig mit sehr vielen Fäsern gezierte Blumen. Der Kelch ist fünffach zertheilet, und sind die Stücke, fast wie ein Ey hohl, und bleiben stehen. Es findet sich vieler, kleiner, länglichter, runder, braunlichter Saame in einem haütigem, dreyfächerigen Behältniß eingeschlossen. Es findet sich aller Orten in den Wäldern, Feldern, Wiesen, Hecken, und blühet im Julio und August.

NOTA. Hypericum alii Androsæmon, alii Corion alii Chamæpityn appellant, quoniam semen odore refert. Derivatur à voce Græca composita ὑπὲρ & εἰκών, quod ὑπὲρ εἰκόνας super imagines & spectra dominium habeat. Androsæmon ab ἄνδρα sanguis & ὄνομα quasi sanguis hominis, quod digitis triti flores sanguineum succum emittunt. Herba Sancti Johannis à vulgo creditur ex St. Johannis Baptistæ sanguine enata, aut circa hoc tempus invenienda & colligenda. Fuga Dæmonum, quia ejus virtute dæmones ejici vulgus sibi persuadet. Ipse Dioscorides Libr. III. c. 146. ff. Hypericum, Ascyron, Androsæmum & Corion sub diversis exhibuit titulis. Idquod etiam ex recentioribus fecit *Tournefortius & Boerhaavius.* Linnæus vero differentiam brevissimis notavit. Lasianthus est seminibus alatis, Ascyrum, seminibus simplicibus, Hypericum pericarpio membranaceo, Androsæmum pericarpio molli colorato. p. 231. n. 601. *Knauthius* autem Androsæmum prorsus non esse Hypericum asserit.

Hypericum heist ein über die Geister und Gespenster herrschendes Kraut, weil der Aberglaube sich eingebildet, daß durch diß Kraut nicht nur die Gespenster, sondern auch so gar der Teuffel könne verbannet und verjaget werden. Androsæmum

sæmum heißt soviel als Menschen-Blut, denn wenn man die Blumen reibet, geben sie eine Blutrothe Farbe. St. Johannis-Kraut, sagt der gemeine Mann, heisset es, weil es aus des Tauffers Johannes Blut soll erwachsen seyn, oder weil man es um Johannis findet. Dioscorides selbst hat vier Sorten, als Hypericum, Ascyrim, Androsæmum, und Corin, welchen auch die Neueren folgen, und auch sich würcklich einiger Unterscheid findet, den wir an seinem Ort bemercken wollen.

HYPERICUM MINORIBUS FOLIIS, Johannis-Kraut mit kleinen Blättern. Siehe die 589. Kupffer-Platte. l. a.

Num Hypericum folio breviori. C. B. P. 279. n. III.

HYPERICUM MINUS SUPINUM, klein kriechender Haar-Thau oder Johannis-Kraut. Siehe die 589. Kupffer-Platte. l. b.

Hypericum supinum glabrum, exiguum & primum *Trag.* C. B. P. 279. n. V. Hypericum minimum supinum J. B. 3. 384. Hypericum supinum, III. minimum *Clus.* H. CLXXXI. a.

Man findet es häuffig in sandigten Feldern, es ist eine kleine Pflantze, hat wenig Aestlein, und nicht dicht zusammen, sondern zimlich weit auseinander stehende Blätter, die zwar nicht grau sind, jedoch wenn man sie reibet, auch einen blutigen Safft geben.

HYPERICUM ELEGANTISSIMUM NON RAMOSUM FOLIO LATO, die schönste Gattung und nicht ästiges Johannes-Kraut mit breiten Blättern. Siehe die 589. Kupffer-Platte. l. c.

Androsæmum Campoclarense *Column.* P. I. Euphras. 74. Androsæmum glabrum non ramosum *Rupp.* 99. J. B. 3. 383. Ascyrum, sive Hypericum bifolium, glabrum, non perforatum. C. B. P. 280. Androsæmum bifolium glabrum, perfoliatum, non perforatum. *Boerhaav.* 241. n. 4. *Volckamer.*

Man unterscheidet diß leicht von den übrigen Gattungen dadurch, weil die Blätter als am Durchwachs, und nicht durchlöchert sind, es wächst an bergigten Oertern, auch unter den Hecken, und blühet im Julio und August.

HYPERICUM ASCYRUM DICTUM. Siehe die 589. Kupffer-Platte. l. d.

Ascyrum sive Ascyroides Hyperici genus est, magnitudine distans, fruticosius, majores habens ramos, surculosiores rubentesque, flores luteos & fructum resinosum Hyperico non absimilem, &c. *Dioscor.* L. III. c. 147. Ascyrum à voce Græca ἄσπρος asperitas & particula à privativa quasi planta minime aspera. *Tournef.* 256. Hypericum, ascyron dictum, caule quadrangulo J. B. 3. 382. Androsæmum ascyron dictum, caule quadrangulo, glabro. Omnia, inquit *Boerh.* 242. ut in Hyperico, & in Ascyro. Fructus Pyramidalis, acuminatus, quinquecapsularis conf. *Tournef.* 256. *Linnæus* n. 607. Nascitur ad rivulos, locisque uliginosis, floret Julio & Augusto. Flores atque capitula seminalia sanguineum succum fundunt. Folia autem non sunt perforata.

Diese Gattung des Johannis-Kraut heisset Ascyrum, welches nach der Griechischen Sprache eine Pflantze bedeutet, die nichts rauches hat, Dioscorides saget, daß es sey eine Pflantze, die grösser und ästiger sey als Johannis-Kraut, auch grössere, mit mehr Reisern besetzte, röthlichte Stengel habe, dünne Blätter, gelbe Blumen, und eine hartzige Frucht. Man kennet die Gattung leicht von den andern durch die viereckigte Stengel, und kleinere Blumen, welche sowohl als das Saamen-Häuptel einen blutigen Safft geben, doch sind die Blätter nicht durchlöchert.

HYPERICUM MAGNO FLORE SEU ANDROSÆMUM. Siehe die 589. Kupffer-Platte. l. e.

C. B. P. 280. *Boerh.* 242. Hoc Ascyro vulgari, sive Hyperico dumetorum simile, caule sesquicubitale, rotundo, glabro, rufescente, quam folia pallide virentia, & inferné albidiora, unciam longa, semiunciam lata, subrotunda, bina semper sicu adverso cingunt: in caulis summo flores calice viridi sustentati, pallide lutei, magni, quintuplo vulgari majores, ex quinque foliis uncialibus compositi, e quorum umbilico staminula plura, flava, velut puncto notata exsurgunt &c. C. B. *Prodr.* p. 130.

Diese Gattung ist dem gemeinen Johannis-Kraut gleich, der Stengel ist anderthalb Ellen hoch, rund, glatt, röthlicht, um welchen blaß-grüne und untenher weisse, eines Zolls lange, und halben Zolls breite, etwas rundlichte, zwey gegeneinander überstehende Blätter sich umschliessen. Die Blumen stehen auf einem grünen Kelch, und sind blaßgelb, groß, fünffmahl gröſſer als an dem gemeinen, fünffblätterigt, und haben sehr viele gelbe gleichsahm mit Pünctlein bemerckte Fäsern.

HYPE-

HYPERICUM ANDROSÆMUM MAXIMUM, Toute saine, hart Heu. Siehe die 589. Kupffer-Platte. l. f.

Androsæmum maximum frutescens. C. B. P. 280. Androsæmum maximum quasi frutescens bacciferum M. H. V. 472. Siciliana, aliis Ciciliana vel Androsæmum J. B. 3. 384. Herba Siciliana. *Volckam. Boerh.* 242.

Es blühet in den Gärten der Liebhaber im Junio, wächst aber in den Niederlanden unter den Hecken und an schattigten Orten. Man unterscheidet es durch die breitere Blätter, und durch den Saamen, der als eine Beere aussiehet, leicht von den übrigen Gattungen.

HYPERICUM ASCYRON DICTUM FLORE PUNCTATO. Siehe die 590. Kupffer-Platte. l. a.

HYPERICUM SEU ANDROSÆMUM FOETIDUM, Mille flora puant, Bocks-Kraut. Siehe die 590. Kupffer-Platte. l. b.

Hypericum seu Androsæmum fœtidum capitulis longissimis filamentis donatis C. B. P. 280. b. Androsæmum minus angustioribus foliis fœtidum *Park.* Ruta Hypericoides quibusdam. Siciliænæ affinis sive Tragium. J. B. 3. 305. Colitur in hortis Curiosorum, sponte nascitur in humidis ad aquarum origines & secus rivulos in Insula Creta. Perrennat. Multiplicatur per semina, & adnatos juniores surculos, quos cum radicis particula avulsos in feracem terram depangunt. Frigus modice ferens conservatur in communi hibernaculo. *Volckam.* 220.

Diß Hypericum heißt Bocks-Kraut von seinem stinckenden starcken Geruch; man unterscheidet es leicht von den andern durch die Blumen, die mit sehr langen Fäsern versehen sind. Man findet es in den Gärten der Liebhaber, in der Insul Candia wächst es an feuchten Orten und Wasser-Quellen. Es wird durch den Saamen und durch die anwachsende jungen Reiser gezogen, welche man in ein fett Erdreich stecket. Es verträgt nicht gerne Kälte, deßwegen hat man es im Winter-Hause.

HYPERICUM ALBUM SEU SPIRÆA AMERICANA. Siehe die 590. Kupffer-Platte. l. c.

Spiræa Hyperici folio, non crenato *Tournef.* 618. *Boerh.* II. 230. Pruno sylvestri affinis Canadensis. C. B. P. App. 517. Hypericum frutescens Canadense. Spiræa folio Hyperici non crenato floribus expansis albis *Boccone.* 137.

HYPERICUM MINIMUM, Häusleins-Blümel. Siehe die 590. Kupffer-Platte. l. d.

HYPERICUM CAULE QUADRANGULO GLABRO. Siehe die 590. Kupffer-Platte. l. e.

HYPERICUM MINUS ERECTUM PERFOLIATUM. Siehe die 590. Kupffer-Platte. l. f.

Hypericum pulchrum Tragi *Boerh.* I. 241. vel quartum. C. B. P. 279. 2. n. IV. Es findet sich in Wäldern, und blühet mit den übrigen im Julio und Augusto. Man kennet es vor andern, weil mehrentheils zwey Blumen zugleich stehen: Die Blätter sind kleiner als an dem gemeinen Johannis-Kraut, jedoch eben so, wie das erwehnte gantz durchlöchert.

HYPERICUM RAMOSUM OBLONGO FOLIO, Aestiges Johannes-Kraut, mit länglichten Blättern. Siehe die 590. Kupffer-Platte. l. g.

HYPERICUM SILIQUIS ERECTIS, Horn-Kümmel. Siehe die 590. Kupffer-Platte. l. h.

HYPERICUM VULGARE, Mille pertuis, Johannis-Kraut. Siehe die 591. Kupffer-Platte. l. a.

Herba perforata caule rotundo foliis glabris. C. B. P. 279. Hypericum officinarum. Diß gemeine findet man aller Orten.

Usus Medicus.

Usui medico inserviunt Hyperici vulgaris Herba, Flores atque Semen, quæ calida primo & sicca sunt secundo gradu, multumque continent Olei balsamici & Salis essentialis. Astrologi solis eam imperium sentire participante Jove dicunt, cujus ratione ut & aliæ plantæ Joviales, sit vulnerarium insigne. Verum si intrinsecam partium Hyperici constitutionem examinabimus, hanc vim exinde deduci posse reperiemus, quod saporem habeat adstringentem, siccantem, balsamicum, cujus ratione diureticum & vulnerarium est excellentissimum, par sibi remedium non habens, præsertim in vulneribus nervorum; consolidat nimirum vulnera, sanguinem coagulatum resolvit, calculos renum atterit, lumbricos fugat. *König.* 163. Extrinsecus in contusionibus præcipue nervorum, in tremore, in vulneribus recentibus, fracturis. Præterea vero Hypericum calefacit & siccat, nervosum genus roborat, Ischiadicis medetur, mensibus & Urinis ciendis confert. *Chabr.* 456. In decoctis & vinis medicatis Icterum, tertianam & quartanam Febrim curat. Flores in hydrope incipiente utiliter dantur. Hypericum etiam specificum est ad vermes in ventriculo

ene-

enecandos cataplasmatis modo appositum & in jusculo datum. In mictu cruento præservativum & curativum est egregium atque eximium. Superstitionem autem nimiam redolet, quod Dæmonem ejiciat & spiritus fuget, unde illi nomen Fuga Dæmonum & Dæmonifugium. Negare tamen non possum, inquit D. Pauli p. 350. sequutus tam veterum, quam nuperorum rationes, fructuose hypochondriacis, melancholicis, sæpe Dæmoniacis similibus, Hypericon, præsertim illius essentiam propinari. Præcipue Virginibus Chlorosi seu virgineo morbo laborantibus; quippe quæ illo tempore, quo illis prope puptiarum tempus instat, ut Hippocrates habet libro de his, quæ ad virgines spectant, ut viro conjungantur, similia symptomata sub mensium discensum magis experiuntur, cum antea his malis non admodum conflictarentur. Semen hyperici rarissimum obtinet usum. Existant præparata in Officinis 1) Aqua Hyperici ex summitatibus destillata, 2) Oleum hyperici & 3) Tinctura florum hyperici. *Dale* 300. *Schræder. Zorn.* Hecker. 354. *Gregorius a Turre.* Libr. II. cap. 67. p. 454.

Von dem gemeinen Johannis-Kraut wird das Kraut, die Blumen und der Saamen zur Artzeney gebrauchet, als welche warm im ersten und trocken im andern Grad sind, und viel balsamisches Oel und Sal essentiale in sich enthalten. Die Sternkündiger vermeynen, daß die Sonne vielen Einfluß in diese Pflantze habe, und daß der Planet Jupiter mit dazu concurrire; in dessen Betracht wird es, wie viele andere Jovialische Pflantzen für ein vortrefflich Wund-Kraut gehalten. Woferne wir aber die innere Beschaffenheit derer Theile des Johannis-Kraut untersuchen, so werden wir leicht finden, daß die Krafft, die Wunden zu heilen, daher rühre, weil es einen anziehenden, trocknenden, balsamischen Geschmack hat, wodurch es eben ein Harn treibendes und gar vortreffliches Wund-Kraut ist, das seines gleichen nicht hat, vornehmlich wann bey den Wunden die Nerven mit verletzet sind. Denn es setzet die Wunden zusammen, zertheilet das geronnene Blut, zermalmet den Nieren-Stein und vertreibet die Würmer. Aeusserlich braucht man es in Zerquetschungen vornehmlich der Nerven, in Zittern, bey frischen Wunden, Bein-Brüchen und dergleichen. Uber dem aber trocknet und erwärmet das Johannis-Kraut, stärcket das sämtliche Nerven-Werck, heilet die Hüfften-Schmertzen, treibt den Harn und die monathliche Zeit der Weiber. In Tränckten und Kräuter-Weinen curiret es die Gelbsucht, das drey- und viertägige Fieber. Die Blumen braucht man mit guten Nutzen in der anfangenden Wassersucht, vornehmlich ist das Johannis-Kraut ein vortrefflich Specificum, die Magen-Würmer zu tödten, wenn man es äusserlich als einen Umschlag gebrauchet, oder in einer Brühe davon nimmt. Für Blut-harnen ist es ein Præservativ- und Curativ-Mittel. Es schmecket aber gar zu sehr nach dem Aberglauben, daß diß Kraut den Teufel vertreiben, und alle Gespenster oder Geister verjagen solle, weswegen wir Teutschen es Jage-Teufel, und Teufels-Flucht genennet. Ich kan nicht in Abrede seyn, sagt D. Pauli, daß ich nach Vorschrifft sowohl der alten als neueren mich offt des Johannis-Krauts mit vielen Nutzen bey Melancholischen und hypochondrischen Leuten bedienet, und ihnen von der Johannis-Essentz gegeben, ingleichen in den Jungfern-Fiebern, da dieselben offt um die Zeit, da sie sollen verheyrathet werden, dergleichen Zufälle haben ꝛc. Der Saame von Johannis-Kraut wird gar selten gebraucht. Es finden sich in den Apothecken præparata 1) Johannis-Kraut-Wasser, welches aus den obern Spitzen derselben gemachet wird. 2) Johannis-Kraut-Oel. 3) Johannis-Kraut-Essentz.

Usus Domesticus.

Das Johannis-Kraut hat eine wunderbahrliche Krafft die Käse vor allen Würmern zu bewahren, wenn man es also neben oder auf dem Käse leget.

HIPPOSELINUM.

HIPPOSELINUM, Selinum Sylvestre, Smyrnium, ἱππόσελινον, ἄγριοσέλινον, σμύρνιον. *Græc.* Macerone. *Ital.* Maceron. *Gall.* Alexandre. *Angl.* Gierß. *Polon.* Dziegel, Arabski. *Pol.* Wiralas dážuni. *Lithuan.* Sa-

marinicum. *Arab.* Brust-Wurtz, Engel-Wurtz. *Germ.*

CHARACTER. Hipposelinum seu Smyrnium pertinet ad plantas umbelliferas; & est plantæ genus, flore rosaceo & umbella-

to, plurimis ſcilicet petalis conſtante in orbem poſitis, & calici inſidentibus. Is autem abit in fructum ferè globoſum, compoſitum ex duobus ſeminibus craſſiuſculis quandoque lunatis, hinc gibbis & ſtriatis, inde vero planis. *Tournef.* 315. Smyrnium, quod in Cilicia Petroſelinum vocant, inquit *Dioſc.* L. 3. c. 63. paſſim in Amano monte gignitur. Caulem habet Apii & ſtolones multos, folia latiora, ſubpinguia, ad terram infracta, robuſta, odore medicato, cum quadam acrimonia jucunda, colore in luteum langueſcente: capitibus caulium orbiculatis, ut Anethi, ſemine Braſſicæ, rotundo, nigro, acri, Myrrhæ ſapore, ita ut alterum alterius loco cedat: radix quoque odorata, guſtu acri fauces mordet, ſuccoſa, mollis, cortex ejus foris niger, intus viridis, aut ſubalbidus. Naſcitur in ſaxoſis, & collibus atque ſqualidis & limitibus terrenis. Paucis addit *Volckamerus* ſub Smyrnio: Sunt Semina nuda, ad ſingulum floſculum bina, ſtriata, majora, nigra. Flores perfecti, pentapetali, in umbellam congeſti, folia latiora diſſecta. C. B. P. 154. a. n. XIII. *Boerhaave* I. 54. *Ammann.* 422. *Dale* 189. *Chabræus* 399. *Macerone. Lugdunenſis* 703. 707.

Macedoniſche Peterſil gehöret zu den Dolden tragenden Pflantzen, und iſt eine Art gewächſe mit einer Roſenförmigen, und Dolden weis gereyheten Blume. Die Blume beſtehet nehmlich aus vielen rund herum ſtehenden Blättern, die an dem Kelche feſt ſitzen. Der Kelch aber wird nachhero zur Frucht, die faſt rund iſt, und zwey dicklichte, zuweilen als der Mond geſtaltete Saamen-Körner hat, die an einer Seite krumm und geſtreiffet, an der andern Seiten aber flach ſind. Smyrnium, ſaget Dioſcorides, welches häuffig auf dem Berg Amano wächſet, heiſſet in Sicilien Peterſilie. Es hat einen Stengel wie der Eppich, und viele Neben-Schößlinge. Die Blätter ſind breiter, etwas fett, an der Erde gebrochen, ſtarck von Artzneyhafften Geruch, mit einiger doch angenehmer Schärffe, von Farbe die faſt gelblicht endlich wird. Oben ſind der Häuptlein Dolden, wie bey dem Aneiß, und haben Saamen, wie der Kohl, welcher rund, ſchwartz, ſcharff und von Geſchmack wie wilder Kerbel, Myrrhis genannt, alſo, daß man eins für das andere nehmen kan: Die Wurtzel riecht auch wohl, der Geſchmack iſt ſcharff, beiſſet im Halſe, iſt safftig und weich; die äuſſere Rinde iſt ſchwartz, inwendig grün oder etwas weißlicht. Es wächſt an ſteinigten Oertern, auf Hügeln, an garſtigen Acker- und Wege-Rheinen. Nach D. Volckamers gegebenen Kennzeichen iſt noch hinzuzuſetzen: Daß die Saamen-Körner bloß liegen, und nach jeder Blume ſich zwey finden, die geſtreifft, gröſſer, ſchwartz ſind. Die Blumen ſind vollkommen, fünffblätterigt, ſtehen Dolden weis, die Blätter ſind zimlich breit, und zerſchnitten.

NOTA. Hippoſelinum appellatur, quia altitudine equum attingit. Smyrnium, quod odorem Myrrhidis referat. Hippoſelinum autores plerique recentiores cum Smyrnio pro Synonimis habent. Hippoſelinum (Smirnium) inquit *Ammannus* 422. eſt umbella lobata major, Semine ſtriato majore, à Leviſtico tamen, quo etiam à nonnullis refertur, differre Hippoſelinum arbitror. Smyrnii quoque ſemina, inquit D. Rivinus V. p. 21. noſcuntur facile, præſertim matura; tum enim perfectè nigra ſunt, ſolida, curva, & anguloſa, nec ullum inter omnia umbellifera ſemen habet ſimile, dum viret, cum inſtar cunei exterius, ubi ſtriæ apparent, craſſius ſit, in medio, quo ſtylum nutritium tangit, anguſtius. Tres Hippoſelini ſeu Smyrnii plurimi agnovere ſpecies *confer. D. Camerarii hortus medicus* p. 161. Naſcitur etiam Hippoſelinum in Anglia, cujus Semina falſo à quibusdam Pharmacopæis pro Petroſelino Macedonico ſeminibus ſubſtituuntur. De Smyrnio aut Hippoſelino ſolummodo heic nobis ſermo eſt.

Diese Gattung heisset Meer-Jacobs-Kraut, weil es an den See-Küsten vornehmlich um Genua von selbsten wächset: Aschen-Kraut, weil die sonst als an den Eichen gestaltete Blätter fast Aschen-färbig sind. Eben hiedurch unterscheidet es sich von den andern. Ob es gleich wohl Kälte ausstehen kan, thut man doch wohl, es ins Glas-Haus zu bringen. *Volck.* 224. *Rupp.* 143. *Chabr.* 330.

JACOBÆA MARINA FOLIIS PICTIS, Meer-Jacobs-Blume mit bunten Blättern. Siehe die 598 Kupffer-Platte. l. b.

Est saltem Varietas prioris.

JACOBÆA ÆTHIOPICA LAVENDULÆ FOLIO, Aethiopisches Jacobs-Kraut mit Lavendel-Blat. Siehe die 598. Kupffer-Platte. l. c.

Siehe Hort. Amstel. P. II. p. 141. Jacobi Breynii Plantar. Exotic. Cent. I. p. 136.

Ausser dem Blat und viel kleineren Blume ist von den andern Gattungen wenig Unterscheid.

JACOBÆA ERUCÆ FOLIO, Herbe de Saint Jaques, Jacobs-Kraut. Siehe die 598. Kupffer-Platte. l. d.

Jacobæa altissima foliis Erucæ Artemisiæve similibus & æmulis. An Jacobæa vulgaris foliis instar Erucæ laciniatis? C. B. P. 131. *Ruppius* 142. In vineis & agrorum montosorum terminis floret Julio & Augusto.

Diese Jacobäa wächst am höchsten, die Blätter sind als am Raucken oder Beyfuß, man findet es in Weinbergen, oder bergigten Acker-Rheinen, es blühet im Julio, und im August.

JACOBÆA SENECIONIS FACIE, Fleur de St. Jaques, Jacobs-Blume. Siehe die 599. Kupffer-Platte. l. a.

Floret Junio in siccioribus.

JACOBÆA PALUSTRIS ALTISSIMA FOLIIS SERRATIS, hohe Wasser-Jacobs-Blume mit eingekerbten Blättern. Siehe die 599. Kupffer Platte. l. b.

Jacobæa palustris altissima suaveolens, foliis integris. *Rupp.* 142. *Tournef.* 485. Foliis integris & in ambitu serratis differt à cæteris. *Volck.* 224.

Der Herr D. Volckamer saget, daß ihm von dieser Jacobäa der Saame von dem Herrn Scherard communicirt worden. Ruppius aber führet an, daß sie in pratis uliginosis bey Laucha auf Oberndorfischen Wiesen inter arundines und zwischen Leipzig und Halle im Julio und Junio blühe. Herr Weinmann hat sie zu Straßburg am Wasser-Zoll bey dem Schilff-Rohr gefunden.

JACOBÆA PRATENSIS LATIFOLIA, breitblätterigtes Wiesen-Jacobs-Kraut. Siehe die 599. Kupffer-Platte. l. c.

Sie blühet im August, und findet sich auf dem Wege zwischen Regenspurg und Straubingen häuffig, vornehmlich in den Wiesen.

JACOBÆA VULGARIS MAJOR, Jacobæe, gemeines grösseres Jacobs-Kraut. Siehe die 600. Kupffer-Platte. l. a.

Wächst auf den Wiesen an grasigten Orten im Junio.

JACOBÆA VULGARIS LACINIATA FLORIBUS ALBICANTIBUS, gemein ausgeschweifftes Jacobs-Kraut mit weißlichten Blättern. Siehe die 600. Kupffer-Platte. l. b.

Est varietas antecedentis.

Cultura.

Jacobææ exoticæ una cum reliquis ad hibernacula referendæ. Vulgaris amat communem modice stercoratam terram, atque locum apertum & calidum, biennium durare solet, frigoris est patiens, secundo anno flores fert, & autumno semen maturum perficit, quod adolescente luna mense vel Aprili vel Majo terræ committitur, ex quo unice propagari potest.

Bacilli

Bacilli floribus nutantibus apponi solent, ne nimium diffluant. Jacobæa maritima sive Cineraria ad hibernaculum est referenda : propagatur ex adnatis radicibus, semen autem perfectum his regionibus non edit. Divulsio autem radicum adolescente luna mense Aprili fieri solet. Elßholtz 41. Historischer Blumen-Gärtner 396. *Munt.* 467.

Alle frembde Jacobäen sind mit den übrigen ausländischen Gewächsen ins Winter-Hauß zu bringen. Das gemeine Jacobs-Kraut will eine gute, gemeine, mässig gemäste Erde und einen freyen, warmen Platz. Es bleibt zwey Jahr, verträgt die Kälte wohl, bringt im anderen Blumen, und gibt auch reiffen Saamen, den man im Herbst sammlet, und mit wachsenden Licht im Monath April oder May säet. Man pflegt zwischen die Blumen-Stengel ein klein Stäbgen zu stecken, damit die Blumen nicht gar zu weit herum fladdern. Das See-Jacobs-Kraut kan keine Kälte vertragen, man bringt es ins Glaß-Hauß, und vermehret es durch die angewachsene Wurtzeln, die man mit wachsenden Licht im Monath April abzureissen pfleget.

Usus Medicus.

Haud pauci quidem contendunt, viribus Jacobæam cum Senecione convenire, sunt tamen, qui contradicunt: Jacobæa enim majore est caliditate quam Senecio, hinc magis discutit & abstergit. Imprimis autem vulneribus, inflammationibus & fistulis medetur. Calidam Cataplasmatis formam adversus ventris tormina (quæ miserè Dysenteria affectos excruciant,& tantum non interimunt) felici successu fuisse abdomini applicatam observat *Hoffmann.* DaleS.67.Herba cum ingrato & pene abominando sit sapore, hinc in Clysteribus antidysentericis cum aliis Sarcoticis herbis ingrediens esse potest, præsertim in castris. *König.* 61. D. *S. Pauli* 352. Interim si forsan in aliquibus asservatur officinis, in usum tamen cedit paulo rariorem.

Einige meynen, Creutz-Wurtz und Jacobs-Wurtz hätten gleiche Kräffte, dem andere widersprechen, und diesem mehr Wärme, folglich mehr Krafft zu zertreiben und zu abstergiren zuschreiben. Es heilet nemlich die Wunden, Entzündungen, und Fisteln. Hoffmann bemercket, daß ein warmer Umschlag davon in hefftigen Bauch-Grimmen, und starcken Durchfällen glücklich gebraucht worden. Und da diß Kraut einen gar widrigen Geschmack hat, kan es mit andern heilenden Kräutern zu den Clystiren genommen werden: vornehmlich in den Lägern. Inzwischen wenn es vielleicht in einigen Apothecken gesammlet und gefunden wird, pflegt man es doch gar selten mehr zu gebrauchen.

JAMBOS.

JAMBOS. Arbor abs Portugallis appellatur Jambeyro, Fructus autem Jamboli, seu Amboli : à *Malabarienſibus* & *Canarienſibus* Tupha Indi. *Arabice.* Tuphat. *Perſice.* Alma *Turcice.* Jambos. *Portugall.* Sohambu. à *Braminis.* Walgambu, *Cingaliis.* Bloodreed. *Anglice.* Jambos-Baum, Jambuſen. *Germ.*

CHARACTER. Jambos ex arbore provenit Javanensi seu Indica Orientali, cujus duas species, unam *Malaca Schambu*, alteram *Nati-Schambu* Horto Malab. P. I. p. 27. deprehendimus, plures autem allegavit *Valentini* in descriptione *Amboinæ*, cum quo consentit *Meisterus* p. 97. Descriptiones autem cum nimis prolixæ sunt, quas in H. Malab. invenimus, illam generaliorem, quam *Christophorus à Costa* Aromatum Libro cap. XLVIII. dedit, huc transferemus. Alius est, inquit, in India fructus, qui ob aspectus elegantiam, suavemque odorem & saporem, tum etiam ob ejus in medicina usum, dignus est, cujus historiam hic apponam. Arbor vero hæc. quæ hunc fructum præbet, vasta est, maximam Malum auream, quæ in Hispaniis nascatur, æquans, multis ramis in latum expansis, multamque umbram præbentibus prædita, aspectuque pulcherrima ; caudex majoresque rami cinereo cortice integuntur: folia pulcherrima sunt, lævia, palmum aut amplius longa, crassiore nervo per longitudinem, multis autem obliquis venis in latera excurrentibus, parte supina saturatius, prona vero dilutius virentia: flores ex rubro purpurascentes, vividi admodum coloris, multis staminibus in medio præditi, aspectu pulcherrimi, gustu capreolorum vitis simili: Fructus magnitudine est Pyri, quod a rege cognomen accepit; ejusque duo genera sunt: unus enim adeò obscure rubet, ut niger videatur, magnaque ex parte ossiculo caret, & succi bonitate præstat: alter ex candido rubescit, & ossiculum continet album,

album, durum, non admodum rotundum, ossiculi, quod in persico malo est, magnitudine, læve, & candida hirsutaque membrana tectum, qui licet superiori bonitate cedat, dignus tamen est delicatissimorum etiam hominum palato: utriusque odor suavissimam rosam refert. Frigidus & humidus est, & admodum tener; cortice adeo tenui & molli tectus, ut cultello auferri non queat. Alte suas radices terræ infigit hæc arbor, & post quartum annum fit fructifera: fructum sæpius eodem anno perficit, & nunquam sine flore aut fructu conspicitur, cum iidem rami floribus, fructu viridi & maturo semper ferè onusti sunt, decidentibusque quotidie floribus (sic ut solum rubro colore tinctum quandoque videatur) novi subnascuntur, fructusque alii primum enascuntur, alii matureſcant, alii jam maturi colligantur: succussa arbore maturi facile decidunt: comprehensi verò rami ad fructus colligendos facillime ab arbore revelluntur. Ante reliquos cibos initio mensæ edi solent atque interdiu. Flores & fructus sacharo condiri solent, iisque frequenter utuntur in biliosis febribus, exstinguendæ sitis gratia.

Der Baum Schambu, welcher die Früchte Jambos träget, ist zweyerley Gattung: Die erste nennen die Einwohner Malacca-Schambu, die andere Nati-Schambu, wovon man auch in dem Malabarischen Garten Beschreibungen findet, welches Meister in seinem Orientalischen Kunst- und Lust-Garten p. 97 bekräfftiget, doch führet Valentini in der Beschreibung von Amboina noch mehrere Gattungen an. Nachdem wir alle diese Autores gelesen, finden wir die Beschreibung des Christoph à Costa zum zulänglichsten. Diese Indische Frucht, saget er, ist wegen ihres schönen Ansehens, lieblichen Geruchs und Geschmacks, ingleichen wegen ihrer Nutzbahrkeit in der Artzeney wohl werth, daß ich sie beschreibe. Der Baum aber, welcher diese Frucht trägt, ist groß, wie der gröste Oranien Baum, der nur in Spanien wachsen mag, mit vielen sich weit ausbreitenden und viel Schatten gebenden Aesten. Der Stamm, und die grossen Aeste sind mit einem aschgrauen Baste überdecket. Die Blätter sind sehr schön, glatt, einer Hand breit und lang oder noch länger, in der Mitten mit einem starcken Drath-ähnlichen Stiele, mit zur Seiten auslauffenden Adern. (bey andern aber gehen diese Adern gerade aus, und stehen parallel gegen einander) Oben her dunckel oder satt grün, unten aber viel heller. Die Blüthe ist eine lebendige Purpur Farbe mit vielen eintzelen Fäsern oder Drätelchen in der Mitten, welche nicht allein lieblich anzusehen, sondern als Kleber-Blätter Weinsäurlichten Geschmackes sind; Die Frucht ist an Grösse als eine Königs-Birne, welche zweyerley Art ist, die eine ist so dunckel roth, daß sie fast schwartz scheinet, und mehrentheils kein Steinlein hat, und sehr schmackhafften Safft giebet, die andere ist weißlicht roth, hat einen Stein oder Kern so groß als in einer Pfirschen, ist zwar nicht so angenehm als die erste, jedoch auch lieblich zu essen. Sie haben beyde einen lieblichen Rosen-Geruch. Die Frucht ist kalt und wässerigt, mit einer so zarten Rinde bedecket, daß man sie mit einem Feder-Messer nicht davon abbringen kan. Der Baum schlägt tieffe Wurtzeln, und bringt im vierten Jahr seine Früchte, auch continuiret er, und zwar mit Frucht und Blüthe zugleich Jahr aus Jahr ein, folglich siehet man auf demselben beständig Blüthe, unreiffe und reiffe Früchte. Es fallen täglich Blumen ab, daß das Erdreich gleichsahm davon gefärbt zu seyn scheinet, und wachsen zugleich neue ꝛc. Wann die Früchte zeitig sind, kan man sie mit wenig rütteln abwerffen. Die Aeste lassen sich nicht wohl biegen, weil sie gerne brechen. Man pfleget diese Früchte gleich zu Anfangs bey Tisch zu essen, und auch sonst des Tages: Bey Vornehmen sind sie an statt des Confects. Die Blüthen und Früchte leget man in Zucker, und gebrauchet sie bey hitzigen Fiebern und Haupt-Kranckheiten, sonderlich bey Gall-Fiebern den Durst zu löschen.

JAMBOS JAVANENSIS MAJOR, Jambusen. Siehe die 601. Kupffer-Platte. l. a.

Arbor Indica, flore tetrapetalo, staminibus longis referto, fructu majore umbilicato. D. *Burmann. Thes. Zeyl.* 124.

Diß scheinet die jenige Art zu seyn, von welcher Valentini in der Beschreibung von Amboina saget, daß sie herrlich aber wässerig von Geschmack, gelb von Farbe, und so groß als eine gelbe Pinang sey.

JAMBOS FRUCTU SANGUINEO, runde Jambusen. Siehe die 601. Kupffer-Platte. l. b.

Diß ist die jenige, welche oben vollständiger beschrieben worden. Valentini l. c. nennet sie die schwartze Jamboes, saget auch, sie wachse viel höher, habe glättere Rinden, längere Blätter, die zwey und zwey gegen einander stehen, sich weit ausbreitende

tende Zweige, die Blüthe sey roth, die Frucht gantz dunckel blutroth, daß sie fast ins schwartze falle.

JAMBOS CERAMENSIS FRUCTU LUTEO, Tuch-Jambusen. Siehe die 601. Kupfer-Platte. l. c.

Jambos fructu luteo, Mespili forma, odorato, GAMBU dicta. D. *Burmannus* Th. Zeyl. 125.

Sie heissen Tuch-Jamboes, weil sie als Tuch weich anzufühlen; es ist eigentlich eine wilde Art, dessen Stamm und Blätter der ersten Art der Jambusen gleichen, deren Früchte viel an einem eintzelen Stiel beysammen hängen.

JASMINUM.

JASMINUM, Gelseminum. *Lat.* ἰάσμιον. *Græc.* Gilsimino. *Ital.* Jossemin & Jasmin. *Gall.* Jasmine. *Angl.* Jasmyn, ofte Jesemyn. *Belg.* Jesemin, Zombac. *Arab.* Nandi-ervatam. *Malab.* Jasmin, Jesemin, Veiel-Reben. *Germ.*

CHARACTER. Jasminum refertur ad arbores bacciferas, fructu dipyreno seu gemino, in singulis baccis nucleo; seu totius potius plantæ habitus est frutescens. Est autem Jasminum plantæ genus flore monopetalo, infundibuliformi, multifido, ex cujus calice surgit pistillum infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum mollem seu baccam, uno vel altero semine fœtam. *Tournef.* 597. Jasminum à radice prolixissima fundit virgulta octo vel decem cubitorum longitudine, flexilia, viridia, ex quibus folia prodeunt, ferè semper septena, vel terna, aut quina, in plerisque pinnata, ex atro virentia, mollia, oblonga, in mucronem sensim desinentia, superne acutiora quam Lentisci, toto ambitu minime crenata. Flores in virgultorum summitate racematim prodeunt, suntque perfecti, regulares, monopetali, quinquefariam plerumque divisi. Calix monophyllus, quinquefidus, erectus; Pericarpium bacca est ovalis, glabra, unilocularis. Semina duo, magna, ovatoacuminata, membrana involuta, hinc convexa, inde plana, rarissimè autem apud nos semen edere solet. Calidos & amœnos tractus amat, passimque habetur apud nos in hortis & viridariis, pergularum enim ornamentis aptissima planta, & quæ industria & pedamentis ad fornices concinne erigitur, multo etiam studio coli in hortis solet. Floret Julio & Augusto. *Histor. Lugd.* 1430. *Chabr.* 113. *Linnæus.* n. 7. p. 3. *Boerhaavius* II. 216. *Volckamerus*, *Rupp.* 33.

Jasmin, oder Veiel-Reben gehören zu den Beeren tragenden Bäumen, deren Frucht zween Kerne in jeder Beere hat, oder besser zu sagen, das gantze Anse-hen dieses Gewächses siehet einer Staude oder Gebüsche ähnlich. Es ist aber die Veiel-Rebe eine Art Pflantzen mit einblätteriger, trichterförmiger, und vielfach getheilter Blume, aus deren Kelch ein Stempffel kommt, der an dem hinteren Theil der Blume als ein Nagel eingeschlagen, der hernach zu einer weichen Frucht oder Beere wird, die mit einem oder zweyfachen Saamen angefüllet ist. Die sich sehr weit und breit ausbreitende Wurtzel des Jasmins treibet ein Gesträuch, das acht biß zehen Ellen hoch wird, biegsahm und grüne ist, an demselben kommen mehrentheils sieben, aber auch wohl drey, fünff, ꝛc. an den mehresten Flügel-weiß stehende, schwartz grüne, weiche, länglichte und gantz spitzig zugehende, obenher spitziger als am Mastix-Baum, jedoch im Umfange gar nicht gekerbte Blätter. Die Blumen kommen oben an dem Gesträuche Büschel- oder Trauben-weis, und sind vollkommen, regulair, einblätterigt, mehrentheils fünffach getheilet. Der Kelch ist auch einblätterig, fünfffach getheilt, und stehet gerade auf. Das Frucht-Behältniß ist eine Oval runde, einfächerige, glatte Beere; die Saamen-Körner sind groß, oval-spitzig, in einer Haut eingehüllet, an einer Seite erhaben, an der andern flach. Jedoch pfleget bey uns der Saame sehr selten reiff zu werden. Es liebet der Jasmin warme und angenehme Gegenden, und wird bey uns in den Gärten gezogen, denn da man ihn ungemein zu Schirm-Gewächsen brauchen, und an Geländern ziehen kan, und zu den bedeckten Gängen sehr hoch aufwächset, so pfleget man ihn in den Gärten mit Fleiß zu ziehen, er blühet im Julio und August.

NOTA. Jasminum dicitur quasi violaceum à violis, quas Jas dicunt græci: Josmen etiam dixeris, quasi violæ odorem. Jasemin Græcos imitati nuncuparunt etiam Arabes, quamvis apud illos Sambach vel Zambach appellitetur. Apiaria etiam appel-

appellatur, quod apes ejus floribus delectentur. Tria autem ejus à recentioribus constituuntur genera, album, cæruleum & luteum; qui tamen numerus auctus nunc est. Jasmini flores, observante *Knauthio* 51. cum Liguſtro & Lilac hoc peculiare habent, quod duobus tantum ſtaminibus præditi ſint, quæ proportionaliter numero laciniarum non reſpondent, fundos pariter habent perforatos. Differunt autem à ſe invicem capſulis ſeminalibus, quæ in Jaſmino unicapſulares, in Liguſtro & Lilac bicapſulares tam mutubronaceæ quam carnoſæ obſervantur. Exotica vide in D. *Burmanni* Theſ. Zeyl. 125.

Jaſmin hat in Griechiſcher Sprache von ihr ein Veil den Nahmen, Joſmen hieſſe ſo viel als angenehmer Veil-Geruch, Jaſmen aber nach eben dieſer Sprache als ein Medicinſcher Geruch. Weil die Bienen ſehr häuffig darnach fliegen, heiſſet es auch Apiaria. Die Neueren haben dreyerley Unterſchied gemacht, nehmlich zwiſchen blauen, weiß, und gelben Jaſmin, welche Anzahl jedoch abermahl vermehret worden.

JASMINUM ALBUM, Jaſmin, Veiel-Rebe. Siehe die 602. Kupffer-Platte l. a.

Jaſminum vulgatius flore albo C. B. P. 397. Gelſeminum vel Jaſminum *Matth.* Gelſeminum vulgatius flore albo. *Boerh.* II. 216. n. I. J. B. 2. 101. *Ruppius* 33. *Volckamerus* 227.

Gemeine Veil-Rebe mit weißer Blume hat man in den Gärten, es blühet im Julio und Auguſt.

JASMINUM CATALONICUM, Jaſmin d'Eſpagne, Spaniſche Jaſmin. Siehe die 602. Kupffer-Platte. l. b.

Jaſminum humilius magno flore C. B. P. 398. Chamægelſeminum grandiflorum. Jaſminum grandiflorum. Jaſminum Hiſpanicum flore majore externè rubente J. B. 2. 101. colitur in hortis floret Julio & Auguſto. Sponte naſcitur in arenoſis Malabariæ, Pitsjegan Mulla ibidem dictum. *Volckamer. Rupp. Boerhaave.*

Die Spaniſche Jaſmin entſcheidet ſich dadurch leicht, daß ſie niedrig bleibet, eine groſſe Blume hat, die an der verkehrten Seite röthlicht iſt. Sie blühet in den Gärten im Julio und Auguſt.

JASMINUM ODORATUM FLAVUM, gelbe riechende Veiel-Rebe. Siehe die 602. Kupffer-Platte. l. c.

Gelſeminum Indicum flavum odoratiſſimum *Ferrarius.* Gelſeminum ſeu Jaſminum Indicum flavum odoratiſſimum. *Parck.* Hic frutex, inquit *Ferrarius* p. 389. in duo ferme cubita attollitur. Lævi cortice, amaranthum referente purpurat. Ab imo caule ramoſus pluribus virgis, itidem in ramulos brachiatis, fruticat. Foliis viret ſaturato ſplendidoque colore conſpicuis, oblongis, punicæ mali foliorum inſtar duriuſculis, denſis, non inciſis, non deciduis, quinis, terniſve, in ſingulos ramulos coeuntibus, alarum aſpectu per virgarum latera explicatis. floribus autem flavet omnino aureis, vulgari Gelſimino ſimillimo pediculo innixis, per ſumma ramorum in umbellam diffuſis, Hiſpano Gelſimino minoribus diutius vernantibus, invaleſcente cum ſtirpe majora quotannis incrementa capientibus, ejus floris, quem vulgo ſaponariam vocant, facie retuſis, ſuaviſſimé olentibus, arido etiam é cadavere odoratam animam ſpirantibus. Poſt florum gemmas baccis graveſcit, minuſculas oleas magnitudine primoque virore exæquantibus, à maturitate deinde liventibus, maturæ inſtar uvæ translucidis, incluſumque nigellum & longulum, quale pyra includunt, ſemen indicantibus, hic præterea ſolitariis planeque unionibus, illic gemellis & cohærentirentibus. Culturam exigit cum Hiſpano communem.

Dieſer Indianiſche gelbe Jaſmin wird zwey Ellen hoch, iſt mit einer glatten röthlichten Rinde überzogen. Gleich von der Wurtzel an kommt viel Reiſigt, daß ſich wieder von neuen vertheilet, die Blätter ſind ſaatgrün, dick als an den Pomerantzen, es ſtehen mehrentheils drey oder fünff Flügel weis beyſammen. Die goldgelben Blumen ſind kleiner als am Spaniſchen, ſtehen Büſchel weis, grünen lang, und nachdem die Staude ſelbſt jährlich gröſſer wird, werden auch die Blumen gröſſer, und fallen ſo zurücke, als die Blumen am Seiffen-Krant Der Geruch iſt ſehr angenehm, der auch bey der ſchon verwelckten Blume ſtarck iſt. Nach den Blumen folgen Beeren, in der Gröſſe, als eine kleine Olive, erſt grün, hernach bläulicht, und wenn ſie reiff ſind, werden ſie als eine Traube durchſichtig, und haben einen länglichten ſchwartzen Kern als die Birnen, iedoch nur einen, da die übrigen Gattungen zween haben.

JASMINUM LUTEUM SEU TRIFOLIUM FRUTICANS, gelbe Veiel-Rebe. Siehe die 602. Kupffer-Platte. l. d.

Aliis Polemonium *Parck.* Jaſminum luteum vulgo dictum bacciferum. C. B. P. 389. Trifolium fruticans, quibusdam Polemonium

monium flore luteo. J. B. I. 374. Polemonium Monspelienſium *Boerh.* II. 216. n. 4. *Ruppius* 34.

Die reiffen Beeren davon werden ſchwartz, und ſie haben gemeiniglich zween Saamen-Körner, ſie blühet in den Gärten der Liebhaber faſt den gantzen Sommer, von ſelbſten aber im Montpellier, und auch in dem Königreich Neapolis.

JASMINUM ALBUM TRIFOLIATUM, weißer Jaſmin mit drey Blättern. Siehe die 602. Kupffer-Platte. l. e.

JASMINUM HUMILIUS MAGNO FLORE, niedrige Veiel-Rebe mit groſſer Blume. Siehe die 602. Kupffer-Platte. l. f.

JASMINUM SIVE SAMBAC ARABUM, wilde Pomerantzen-Blume. Siehe die 602. Kupffer-Platte. l. g.

Jaſminum ſive Sambac Arabum Alpini J. B. 2. 102. Sambac Arabicum ſive Gelſeminum Arabicum. *Alpin. Planti Ægypti* Syringa Arabica foliis mali Aurantii. C. B. P. Nulla Mulla *Hort. Mal.* Tom. 6. floret in hortis curioſorum menſe Auguſto & Septembri, ſponte naſcitur in Malabaria. Perennat & ſemper viret, circa Autumni finem ad hibernaculum transferendum. *Volckamerus* 227. *Boerhaave.* II. 217.

Dieſe Jaſmin mit wilder Pomerantzen-Blumen hat gegen einander überſtehende Blätter die über dem etwas gekerbt ſind. Es blühet im Auguſt und September, und muß zu Ende des Herbſts ins Winter-Hauß gebracht werden.

Cultura.

Variæ Jaſmini ſpecies non eadem gaudent cultura: *Jaſminum vulgatius flore albo* commune poſtulat ſolum, & locum amat apertum calidumque verſus Orientem ſeu Meridiem. Propagatur per propagines ſeu ſurculos, quos menſe Martio in terram deflexos, fimo bene macerato tectos & menſe Septembri à trunco reſecatos, in aliam translocamus terram; vel per reſecatos ſurculos, quos in vaſculum commune, bonâ terrâ, & fimo macerato repletum collocatos, ſæpiusque irrigatos, inque hibernaculum primo anno translatos, menſe Martio ſequentis anni loco commodo depangimus. *Jaſminum Catalonicum* propagatur & multiplicatur per inſitionem in truncum Jaſmini vulgaris flore albo. *Jaſminum odoratum flavum* multiplicatur & propagatur per adnatos circa radicem ſurculos, quos à matre avulſos in feracius ſolum depangunt, vel etiam per circumpoſitionem, ubi teneriores ramuli vel ſurculi ad medietatem transverſim inciſi, terrâ in fictili perforato, circumdantur, donec radices egerint, quo ſæpius irrigantur, tanto citius radices perficiunt. Frigus hyemale minus commode ferens, exactam requirit in hibernaculo culturam. *Jaſminum luteum ſeu Trifolium fruticans* tandem cum ſuperiori amat culturam, propagatur etiam cum ſequenti ex adnatis & avulſis radicibus *Jaſminum ſeu Jambac Arabum* eodem modo quo Catalonicum ſeu Hiſpanicum propagatur. *Volckamer.* Elßholtz 158. Hiſtoriſche Blumen-Gärtner 445. Munting 181.

Die unterſchiedene Gattungen des Jaſmins, oder Veiel-Rebe verlangen auch eine beſondere Cultur. Die gemeine Veiel-Rebe mit weiſſer Blume verlanget ein gemeines gutes Erdreich, einen freyen offenen gegen Morgen oder Mittag liegenden Platz. (es iſt bekannt, daß man denſelben an Spalieren und Luſthäuſern zügelt.) Man vermehret ihn entweder durch die Abſtecker, oder auch durch Schnidt-Holtz. Die Abſtecker bringet man in die Erde in kleine dazu gemachte Graben, und zwar im Monath Mertz, bedecket ſie mit abgenutzten Miſt, begieſſet ſie, ſchneidet ſie im September vom Stamm loß, und verſetzet ſie anderwärts. Die abgebrochene Zweige ſteckt man in Gefäße, die mit abgenutzten Miſt und guter Garten Erde angefüllet ſind, begießt ſie, bringt ſie das erſte Jahr ins Winter-Hauß, und ſetzet ſie im folgendeu Mertz, woferne ſie anders Wurtzel geſchlagen, in ein gutes Land. Der Spaniſche Jaſmin wird durch die Einpfropffung in den gemeinen Jaſmin mit einer weiſſen Blume fortgepflantzet. (andere vermehren ihn auch durch das Oculiren, welches im Junio geſchiehet.) Der wohlriechende gelbe Jaſmin wird vermehret und fortgepflantzet durch die an der Wurtzel anwachſende Reiſer, welche man von derſelben abnimmt, und in ein fruchtbahres Erdreich verſetzet. Oder auch durch eine Umlegung eines Spalttopffs, da die zärtere Aeſte und Reiſer biß in die Mitte ſchieff eingeſchnitten, in den Spalt-Topff mit Erde umfaſſet werden, biß ſie Wurtzel ſchlagen, je mehr man ſie begieſſet, je eher ſchlagen ſie Wurtzel. Sie können die Kälte nicht wohl vertragen, darum wollen ſie im Winter-Hauſe gute Wartung haben. Trifolium fruticans oder gelber Jaſmin wird eben ſo als der vorige gewartet. Der Arabiſche Jaſmin oder Samback, will eben ſo als der Spaniſche Jaſmin tractiret ſeyen.

Uſus

Usus Medicus.

Raro quidem Jasminum officinas ingreditur, seu usui medico destinatur. Flores tamen Oleo gaudentes optimo & Sale essentiali in nonnullis sunt recepti, digerendi, calefaciendi, emolliendi, aperiendique habentes facultatem, internam ad tussim anhelitusque difficultatem, ad pleuritidem, dolores stomachi, intestinorum &c. sedandos &c. Aliàs oleum ex his floribus temperatum mediante infusione cum oleo de been famosissimum paratum magna copia ad nos ex Italia advehitur, quod non tam medico quam cosmetico usui & propter insignem fragrantiam inservit. Commode adhibetur sanandis iis partibus, quæ temperatâ emollitione opus habent, maxime nervis luxatis, & contractis membris. *Schræderus, Dale, Zornius* 363.

Man findet die Veiel-Rebe oder Jasmin selten in unsern Apothecken, oder wenigstens braucht man es nicht viel zur Artzeney. Sie führet ein sehr kräfftiges Oel und essentielles Saltz bey sich. Die Blumen zertheilen, erwärmen, erweichen, und eröffnen. Man braucht sie innerlich zum Husten und schwehren Athem, zu Seiten-Stechen, Schmertzen des Magens, des Eingeweides ꝛc. Man bringt sonsten aus Italien ein aus diesen Blumen gemachtes Oel in grosser Menge zu uns, welches mit dem Been-Wurtzel-Oel vermischt sehr berühmt ist, und das nicht so wohl innerlich, als wegen seines sehr angenehmen Geruchs äusserlich zur Schmincke gebraucht wird. Vornehmlich ist es denen Theilen dienlich, die Erwärmung und Erweichung nöthig haben, sonderlich aber bey Nerven-Lähmungen und contracten Gliedern ꝛc.

ILEX COCCIGERA.

ILEX COCCIGERA. κόκκος βαφικὸς. *Græc.* Coccus infectoria, Ilex coccifera, aculeata cocciglandifera. *Lat.* Grano de Tintori. *Ital.* Grana de Tintoreros. *Hisp.* Graine, Vermillon, Graine d' Escarlate. *Gall.* Scarbet berrie. *Angl.* Schaerlacken Greine. *Belg.* Scharlach-Baum, Kermes-Baum, Färb-Körner-Baum. Scharlach-Grän. *Germ.*

CHARACTER. Ilex coccigera est quercus seu Ilicis species. Ilex autem est Plantæ genus, flore amentaceo, plurimis nempe staminibus constante surgentibus e calice infundibuliformi, tenuique capilamento affixo. Glandes autem in eadem arbore à floribus separatæ nascuntur, cupula munitæ & nucleo fœtæ in duas partes fissili. *Tournef.* 583. *Boerh.* II. 177. C. B. P. 425. a. n. IV. *Linnæus* n. 91. Multum coccigera Ilex aliis Ilicibus magnitudine cedit, ut quæ non temere stolones, duobus cubitis altiores proferat, eosque non admodum crassos: folia sunt aquifoliæ proxima, minora, muricata, utrinque glabra, verum non ita hilari virore prædita. Flores seu potius Julos copiose fert muscosos, glandem vero maximam, (quod in pumila arbuscula mireris) etiamque lligna altera majorem, calice asperiore. Crescit hæc ilex autore *Clusio Hist.* p. 24. in multis Hispaniæ locis atque etiam in Narbonensi Gallia & Provincia. Nec dubium est, quin & in plurimis aliis locis proveniat, sed non ubique coccum gerit. *Chabræus* 605.

Der Scharlach, Kermes, oder Färb-Körner-Baum wird als eine Art der Eiche oder Stein-Eiche angesehen, es ist aber eine Art Pflantzen, mit einer kätzeligten Blume, die nemlich aus vielen Trödeln und Fäsern bestehet, welche aus einem Trichter-förmigen, und an einem subtilen Faden hangenden Kelch hervorkommen. Die Eicheln aber wachsen an diesem Baum an einem gantz andern Ort, als wo die Kätzel gesessen, sie sitzen in einer kleinen Mütze oder Käppel, und lässet sich der innere Kern in zwey Theile spalten. Diese Scharlach- oder Kermes-Körner tragende Stein-Eiche ist der Grösse nach viel von den andern unterschieden, indem sie nicht leicht höhere Sträuche als zwey Ellen hoch treibet, die über dem eben nicht sonderlich dicke sind. Die Blätter sehen aus als an der Stech-Palme, jedoch sind sie kleiner, spitzig und scharff, an beyden Seiten glatt, aber eben nicht sonderlich hell grün. An den Sträuchen finden sich viel Kätzeln, und ist zu bewundern, daß auf einen so niedrigen Bäumgen so grosse Eicheln wachsen, als welche grösser sind als bey der gemeinen Stein-Eiche, mit einem raucheren Kelch. Es wächst dieser Kermes-Baum, nach Clusii Anzeige an vielen Orten in Spanien, ingleichen in Languedock und Provence in Franckreich, es ist auch kein Zweiffel, daß dieser Baum anderer Orten wachse.

NOTA I. Præter fructus seu glandes huic arbusculæ innascuntur celebratissima illa Grana

Grana excrementitia, vel potius nidi Insectorum, pisi magnitudine, rubentia, substantia fungosa & rara, saporis subacris & subamaricantis, odoris non ingrati: quæ quidem appellantur coccus infectorius, granum kermes, seu Chermes, granum baphicum, coccus baphica. Historiam, granorumque generationem ex *Quinquerani libro de laudibus Gallo Provinciæ Clusius* p. 25. recenset. Ilicis duo genera: alterum arboreſcens, alterum frutex exiguus ſesquipedali proceritate latiſſime viret, foliis lævore præfulgidis, ſpinarum vallo ambitis numeroſo, ſtolone aſſurgit in modum Roſarii; à noſtris Fagi appellationem ſortitur, quamvis nullam imaginem repræſentet. Provenit locis planis quidem, ſed in altitudinem evectis, exilibus & ſitientibus collibus, ſed infœcundius. Vere medio rorati imbribus frutices, coccum hoc modo ordiuntur. Ubi imus ſcirpus ſe in duo brachia partitur, in horum medio primum omnium increſcit rotundum quiddam, magnitudine & colore piſi, hoc matrem vocant, quod ex eo cætera grana producuntur. Matres porro habet utplurimum quinque quælibet ceſpitum familia, quæ ineunte æſtate, æſtuque, minutiſſimorum vermiculorum catervam profundunt, fatiſcuntque in ſummitate. In animalia prorepit nova ſoboles colore candida, pro ſe quisque in ſublime. At ubicunque vermiculi vel geminantis ſurculi axellis occurrerint, deſident, & incrementis aucti, milii magnitudine fiunt. Inde liberius adoleſcentibus, albus color in cinericium tranſit, jamque non animal, ſed Piſum rurſus apparent. Tuncque ea grana maturitatem adepta colliguntur, jam coloratis vermiculis fœta: dumque aſportantur mercatoribus, ambiens pellicula præ teneritate rumpitur. Vermiculorum quidem qui circa vaginulam habentur pretium in libram quamlibet, aureus ſolatus, in granorum vero, quæ adhuc eorum partem retinent, hujus quadrans. Torpent interim vermiculi, ac immobiles jacent: cæterum, cum primum tempeſtivitas adeſt, in lintea præcipitati, ſoli exponuntur. Tum libato calore ſtatim prorepunt, atque effugere nituntur: ſed à cuſtode, qui continuus aſſidet, concuſſu lintei in medium eo usque rejiciuntur, donec emoriantur. Tanta quidem dum hæc fiunt totoque mox triduo, odoris ſuavitate atque gratia, ut non Cibetæ, non Mosko, non Ambræ, ſed ne Citriorum quidem floribus facile conceſſerit. Si quæ vero grana legentis effugerint ſedulitatem, ea mox alatorum animalium numeroſum exercitum in auras effundunt. Obſervatum eſt uno anno ex campo lapideo, Arelatenſi agro, hunc proventum undecim aureorum millibus æſtimatum. Hactenus *Quiqueran.*

Auſſer den Eicheln, die auf dieſen Stauden wachſen, finden ſich auch die bekannten, und beruffenen Kermes-Beeren, welche nicht zwar eine ordentliche Frucht, ſondern vielmehr ein Auswurff, und Ausſatz dieſes Baums iſt, oder ein Neſt der kleinen Würmer, ſo groß als eine Erbſe, roth von Farbe (faſt wie die rothen Beeren am Spargel) ſchwammigt und dünne von Subſtantz, von etwas ſcharffen und bittern Geſchmack, doch keinen unangenehmen Geruch. Dieſe heiſſen Kermeſin-Beeren, Kermes-Beeren, Scharlach-Beeren, Färber-Beeren, Färber-Körner. Die Zeugung dieſer Körner (welche man ſo nennet, weil ſie faſt rund) hat Cluſius aus Quinquerano am beſten beſchrieben. Es ſind zwey Gattungen, ſchreibet er von den Stein- oder Stech-Eichen. Eine iſt eine kleine Staude: die etwan anderthalb Schuh hoch wächſet, und friſch grünet, immaſſen die Blätter glatt und gläntzend ſind, umher mit vielen Dornen umfaſſet, und es wächſet die gantze Staude als ein Roſen-Buſch. Sie wächſt auf zwar flachen, doch hoch liegenden, magern, dürren, und unfruchtbahren Hügeln. Wann die Stauden mitten im Frühling fleißig beregnet ſind, ſetzet ſich die Kermes-Beere folgender maſſen an. Es wächſt zuforderſt unten an dem Stämmlein und den Aeſten ein rundes Knöpffgen, an Gröſſe und Farbe als eine Erbſe, welche der andern, ſo auf und unter den Blättern hervorbrechen, Mutter genennet werden; von dergleichen ſo genannten Müttern ſind gemeiniglich an jeden Bäumlein fünff, welches mit angehenden Sommer, und deſſen Hitze, eine ſehr groſſe Menge der kleineſten Würmer ausbrüten, die oben aufplatzen. Dieſe kleine weiße Brut wird zu fliegenden Thiergen, ſo bald aber dieſe Würmergen einen Winckel auf erwehnten Stauden erreichen, laſſen ſie ſich nieder, werden gröſſer, und ſo groß als ein Hirß-Korn; Hiernechſt werden ſie immer gröſſer, und verändert ſich die weiſſe Farbe in eine aſchgraue, und erſcheinet nun nicht mehr das Thiergen, ſondern abermahl die Geſtalt einer Erbſe. Wann nun dieſe Körnlein die völlige Reiffe erlanget, werden ſie geſammlet, indem ſie alsdann voll von den gefärbten Würmern ſtecken. Wenn man dieſe

Körner an die Kauffleuthe verhandelt, so zerberstet die zarte Haut. Man bezahlet für das Pfund an der offenen Scheide hangenden Würmer einen Goldgulden, vor den Körnern aber, worinn noch viel Würmergen sind, den vierdten Theil. Indessen liegen diese Würmergen gantz still und unbeweglich. So bald sie aber die Sonne fühlen, kriechen sie gleich herfür, und suchen zu entfliehen, allein der beständig dabey stehende Hütter schüttelt und wirfft sie wieder in das Tuch zurücke, biß sie sterben. Wann diß geschehen, geben sie drey Tage nacheinander einen so angenehmen Geruch, der nicht nur dem Zibeth, Bisam, und Ambra, sondern auch der Citronen Blüthe gleich kommt. Die Körner aber, welche man nicht abgesammlet, brüthen bald eine zahlreiche Menge geflügelter Thiere aus, welche sich in die Lufft erheben. Man hat angemercket, daß von einem Jahr aus dem Stein Feld in Arelatischen Gebiethe eilff tausend Gulden aus diesen Körnern eingenommen worden. So weit Quiqueranus.

NOTA II. Dubio caret, coccum aliis adnasci Plantis. In Polonia. e. g. tres habentur plantæ, sub quibus Kermes nascitur, quarum prima est Auricula muris, inibi putata, altera Parietaria, & tertia Siligo seu Olyra. Quibus D. Weinmannus quartam nempe Knavvel Tragi addit. *V. JO. STEPH. STROBELBERGERI Tractatus novus, in quo de Cocco Baphica & quæ inde paratur Confectionis Alchermes recto usu disseritur. Cap. III.* Consimiles excrescentiæ, vermiculorum receptacula deprehenduntur in Farfara quoque, Pimpinella, Myrto, Polygono, ipsaque celeberrima grana coccheniilia pariter non fructus Plantæ sed ficus vel Opuntiæ excrementa esse, quæ matura excludunt animalcula, experientia docet. *V. Ephemerides N.C.* Dec. II. Ann. VI. Obs. XCVIII. p. 190. vide etiam D. G. SEGERI Observationem de Polygono Coccifero seu Chermesino Polonico. *Eph. D.* I. A. 1009. VIII. nec non A. III. Obs. CIV. de usu & Utilitate Cocci Polonici. Licet autem, quæ *Strobelbergeri* sententia est, hæc recitata singula vulgo nomine Kermes salutentur; sciendum tamen, hoc nomen improprie & minus verè ipsis competere. Oportet enim omnino Charmen seu Kermes à Cramesino radicibus Pimpinellæ aut alterius cujusdam herbæ adhærente distinguere. Quamvis enim illi simile, non tamen idem; Cum vel ipsi Tinctores hæc ita distinguant, ut Coccum Kermesinam vulgo GRAINE, id est, Granum, id vero quod ex herbarum quarundam radicibus colligitur, CRAMOISI nuncupent. Vel sane dicendum, aliud esse *Kermes* absolutè dictum, aliud Kermesinum. Hoc quidem, sive sit fructus fruticis cujusdam à *Pausania* HYS dicti, sive aliud quidquam, quod ad radices Pimpinellæ, vel aliarum herbarum partes adnatum reperitur, soli utuntur Tinctores ad tingendum sericum, quod ideo rectius Cramosinum vocatur. Illud vero simpliciter aut absolutè aut *Granum* aut *Kermes* dictum, primario ad usus saltem medicos, secundario etiam ad tincturas usurpari solet.

Es ist nicht ohne, daß auch die Scharlach-Beere an anderen Pflantzen wachsen. In Pohlen z. e. wächst sie zuförderst an dem dafür gehaltenen Maus-Oehrlein, Mauer-Kraut, und der Olyra. Herr Weinmann mercket an, auch an dem Knauel; ferner siehet man solche mit Würmern angefüllte auswachsende Excrementa an der Bibernell, Myrten, Polygono oder Wasser-Tritt, fürnehmlich ist das Polygonum Cocciferum Polonicum sehr bekannt, wovon an seinem Ort ein mehrers vorkommen soll. Ob nun gleich alle diese an so mancherley Pflantzen anwachsende Beeren oder mit Würmern angefüllte Gewächse insgemein *Kermes* genannt werden, so muß man doch wissen, daß ihnen dieser Nahme nicht eigentlich zukomme; denn man muß Kermes von Cramosin, welches an der Bibernell oder dergleichen Kräutern und ihren Wurtzeln anwächset, unterscheiden. Denn ob es dem Kermes gleich ähnlich und gleich, so ist es dennoch ein nerley. Die Färber unterscheiden es selbst also; sie nennen die Kermes oder Scharlach-Beer, Graine, Kermes-Körner; das aber von den Wurtzeln gewisser Kräuter abgesammlet wird, nennen sie Cramoisi, Carmosin. Oder man muß wenigstens sagen, ein anders sey Kermes in eigentlichem Verstand, ein anders aber Kermesin. Dis letztere nun, es mag an Stauden oder anderen Kräutern wachsen, gebrauchen bloß die Färber, die Seide zu färben, welches darum besser Cramosin genennet wird. Jenes aber, das von der Beer tragenden Stech-Eiche gesammlet und Graine, Scharlach-Beer, oder Kermes genennet wird, braucht man zu erst und zu forderst zur Artzeney, hiernächst aber erst zum Färben.

Cultura.

Hispaniæ, Galliæ Narbonensis & Provinciæ hæc arbuscula incola nostris in regionibus

bus nec fructus ordinarios, nec coccos, aut grana Kermes fert. Muntingius quidem culturam ejus docuit, propagarique illam addit ex adnatis surculis, qui mense Aprili incidendi, aut ex semine aliunde ex Gallia scilicet aut Hispania asportato. Arborem ejusmodi, crassitudine brachium æquantem, una cum radice sex pedes altam aluit hortus Berolinensis Electoralis A. 1658. ſſ autore Elßholtz p. 160. Crescit quidem etiam aliis locis, inquit *Clusius* p. 24. sed non ubique coccum gerit: Nam iis solum regionibus, quæ Mediterraneo mari vicinæ sunt, & magno Solis ardore torrentur, nasci animadvertebam, sed neque istuc perpetuo fert: cum enim frutex adeo adolevit, ut glandem alere incipiat, coccum non gignit: ideoque solent incolæ quadriennes aut adultiores frutices urere, ut proximo anno novelli resurgant, qui deinde singulis annis aliquot subsequentibus coccum ramulis inhærentem instar exiguorum pisorum coloris cinerei gignunt. Hunc pueri & mulierculæ colligere solent, & mercatoribus vendunt, qui magna ejus copia coacta, deinde præparata, in Emporia postea mittunt.

Weil diese Staude eigentlich in Languedock, Provence, und in dem Königreich Spanien wächst, so läßt sie sich bey uns nicht so weit bringen, daß sie Eicheln oder Scharlach-Beer tragen sollte. Es hat jedoch Munting die Cultur davon beschrieben, und angewiesen, daß man ihn durch kleine unten auswachsende und angelierte Reiser oder durch den aus fremden Landen zu uns gebrachten Saamen vermehren könne. Auch bezeuget Elßholtz, daß 1658. in dem Churfürstlichen Garten zu Berlin ein zimlicher Baum eines Arms dick, und mit der Wurtzel 6. Fuß hoch gewesen. Clusius saget, es wachse dieser Baum auch anderer Orten, jedoch trage er die Scharlach-Beere nicht, am meisten finde man ihn an den Meer-Plätzen am Mittelländischen Meer, jedoch trage er nicht einmahl da beständig. Denn sobald diese Staude anfängt Eicheln zu tragen, findet man die Kermes oder Scharlach-Beer nicht mehr darauf, folglich pflegen die Einwohner die vierjährigen zu verbrennen, daß an ihrer statt junge aufkommen, welche hierauf etliche Jahre hintereinander die Scharlach-Beer tragen. Diese pflegen Kinder und alte Weiber zusammen zu lesen, und den Kauffleuten in grosser Menge zu verkauffen.

Usus Medicus.

Exsiccantur grana cocci & antea aceto vinove aspergi & dilui solent, ut vermiculi ibidem concluſi emoriantur. Grana autem sicca, rubentia, saporis sunt subacris, & subamaricantis, odoris non ingrati. Eligenda sunt grana rubicundonigra, integra, leviſſima, maxime illa, quæ ex Gallia Narbonnensi & Provincia ad nos transferuntur. Ex recentioribus granis Pharmacopolæ Gallici pulpam seu succum Chermes Officinalem vel potius Sirupum exprimunt, in mortario marmoreo grana tundendo, & deinde per cribrum trajiciendo, ut pulpa inde, æquali sacchari parte permixta separetur. Quo facto pulpam ad exoticas transmittunt nationes, ubi celebrata illa confectio Alkermes ex illa conficitur. Coccus autem & externe & interne adhibetur. Interne grana usurpata roborant imprimis facultatem vitalem, si scobs ejus in vino sumatur: egregie etiam conferunt hæc grana temperatiſſimæ, balsamicæ, roborantisque indolis mulieribus ad prohibendum abortum cum æquali masticis pondere in ovo sorbili sumta. Similique modo Matronæ Monspelienses in difficili partu collapsisque viribus iis frui solent. Adhibita vi sua adstringente & consolidativa interne in hæmoptysi, diarrhæa & dysenteria locum habent, externe in vulneribus, nervisque præcisis convenienter cum aceto illinuntur. *Dioſc.* L. 4. c. 43. amaram qualitatem posſidere, & sine morsu desiccare, proinde ad ingentia vulnera cum Oxymelite congruere asserit. *Plinius* L. 24. c. 4. Epiphoris & oculis suffusis ex aqua utiliter instillari comprobat: Sirupus & maximé celebrata illa confectio Alkermes cardiaca quam maxime est, & præstantiſſimum est ad cordis palpitationem, syncopen, similesque affectus remedium, caput etiam & memoriam firmat, sistit melancholiam, in febribus ardentibus, variolis, morbillis &c. senibus reficiendis valdè proficuam exerit virtutem. Ingreditur famosam Tincturam Proprietatis Mynsichti, quæ ubique fere in Officinis prostat. Eadem confectio præter alios singulares usus inter epithemata cordis & pulsuum adhibetur. *D. Pauli* p. 69. *Dale* 353. *Schrœderus*, *Strobelbergerus* l. c. *Valentini* P. I. p. 304. *Pomet.* L. I. c. 26. p. 36.

Die Kermes-Beer werden aufgetrocknet, vorher aber mit Eßig oder Wein besprenget, damit die darinn umschlossene Würmer getödtet werden. Die trockene rothe Beere sind von etwas scharffen und bittern Geschmack und von keinen widrigen Geruch. Man soll diejenige Beeren erwehlen, die recht dunckel

ckel roth, sehr leicht und noch marckigt sind, vornehmlich dieselbe, welche aus Languedock und Provintz kommen. Aus den frischen Beeren drucken die Apothecker den Safft, oder den Kermes-Safft oder Syrup, welche sie in einem Marmornen Mörser zerstossen, hernach durch ein Sieb sichten, damit der Brey, welchen sie mit eben so viel Zucker vermischen, abgesondert werde. Diesen Sirup verschicken sie in kleinen höltzernen Gefäßen, und wird daraus die beruffene Confectio Alkermes verfertiget. Die Scharlach-Beere aber werden innerlich und äusserlich in der Artzeney gebraucht. Wenn man diese Beeren zerrieben im Wein nimmt, stärcken sie die Lebens-Geister ungemein, es behütet die Weiber wegen ihres balsamischen, sehr temperaten. und stärckenden Wesens für abortiren, wenn man sie mit eben so viel Mastix in einem weichen Ey verschlucket. Eben also brauchen es die vornehmen Frauen in Montpellier bey schwehren Geburthen, und gantz verlohrnen Kräfften. Sie thun auch wegen ihrer anziehenden und heilenden Krafft in Blut speyen, Durchfällen und Ruhren gute Würckung, und bekommen den Wunden und geschnittenen Nerven mit Eßig überstrichen sehr wohl. Sie haben eine bittere Eigenschafft, trocknen ohne Schärffe, folglich sind sie zu grossen Wunden nebst dem Oxymel sehr gut. Plinius saget, daß sie den trieffenden, rothen und dunckeln Augen mit Wasser heilsahmlich eingetröpffelt werden. Der Alkermes-Safft oder Syrup, und vornehmlich die beruffene Confectio Alkermes, ist ein vortrefflich Hertz stärckendes Mittel, welches gut gegen das Hertzklopffen, Ohnmachten und dergleichen Hertz-Beschwerden ist, sie stärcket auch das Haupt und Gedächtniß, vertreibt die Melancholey, stärcket ungemein in hitzigen Fiebern, Blattern, Masern, und erquicket die schwachen Kräfften alter Leute. Es ist auch ein Ingrediens zu der so sehr berühmten Tinctura Proprietatis des Mynsichti, welche fast in allen Apothecken zu finden. Es ist die allgemeine Hertz-Stärckung, und die letzte Oelung, davon die completa den Manns-Leuten, die incompleta dem Weiber-Volck verschrieben wird. Sie wird auch äusserlich auf das Hertze gestrichen, ingleichen auf das Hertz und den Pulß gelegt.

Usus Mechanicus.

Hiernechst braucht man eben diese Scharlach-Beere zu der kostbahren Scharlach-Farbe. Was die Scharlach-Farbe anlanget, so werden nicht allein die gantze Körner dazu gebrauchet, sondern man ziehet auch absonderlich das zarte saubere Meel oder Pulver aus den Körnern, so etliche, die Scharlach-Weid, oder wie es die Frantzosen heissen, Pastel d'Ecartatte, nennen. Ist das beste Theil davon, und kan nur aus den frischen, und sehr rothen Körnern gemacht werden. Dieses brauchen die Färber zu den kostbahren Scharlach-Tüchern. Und weilen diese Waare von den Betrügern öffters mit Eßig angefeuchtet, und also die Röthe dadurch erhöhet, auch das Gewicht vermehret wird, so muß man bey dem Einkauff wohl in acht nehmen, daß die Waare nicht feucht sey, und unangenehmlich rieche, woran der Betrug zu erkennen. *Valentini* p. 6. Den armen Leuten bringt die Sammlung dieser Beeren grossen Gewinn, in Spanien können sie dadurch die Helffte der Steuer bezahlen. In Creta müssen sie es dem Gouverneur lieffern, der es ihnen bezahlt. *Tournefort* Voyage du Levant Tom. I. p. 57.

IMPATIENS, NOLI ME TANGERE.

IMPATIENS SEU NOLI ME TANGERE. Balsamina lutea, seu noli me tangere flore patulo luteo *Moris.* Mercurialis, noli me tangere dicta, persicaria siliquosa. *Parck.* Balsamina lutea sive noli me tangere. C. B. P. 306. n. III. Kruidtje Roer my niet an. *Belg.* Balsamine jaune. *Gall. Tourn.* 419. Spring-Urt. *Dan.* Spring-Kraut, Spring-Saamen, Juden-Hütlein. Siehe die 603. Kupffer Platte l. b.

CHARACTER. Herba Impatiens, seu Noli me tangere ad Balsaminam à *Tournefortio* p. 409. refertur, qua cum convenit quidem, differt tamen, ut infra patebit. Est autem plantæ genus flore irregulari tetrapetalo (pentapetalo) *Linnæus* 680. rictum apertum referente quoad anteriora, posterius calcari donato. Pistillum duobus foliolis stipatum, floris meditullium occupans abit deinde in fructum seu capsulam unilocularem, quinquevalvem, elastice dissilientem, valvulis in spiram convolutis, semina continentem plura, subrotunda, receptaculo columnari affi-

xo,

xo. Radix herbæ impatientis fibrosa, caulis cubitalis, dilutissime virens & diaphanes, cavus & ramosus. Folia Cynocrambes latiora, obtusiora, in ambitu serrata, molicella viridiora, alterna. Flores ex flavo rubentes sunt perfecti, irregulares, penduli, pentapetali, punctulis rubris saturatioribus guttati, in quorum medio exalbida stamina. His succedunt siliquæ seu capsulæ per maturitatem levi contractu, semine excusso, dissilientes, vermiculorumque instar sese convolventes. Hæc planta adeò cœli æstum detestatur, ut non nisi in Septentrionalibus umbrosis, humentibus, uliginosis, & frigidis admodum locis, nec frequens oriatur; qua tamen, quia eleganti flore & singulari naturæ artificio efflorescens, sese oculis nostris commendat, à rei herbariæ studiosis ex sylvis umbrosis humentibus aut irriguis locis in hortos pari genio & aura transplantari solet. Floret Junio & Julio. *Chabræus* 287. *Rivinus* IV. 146. C. B. P. 306. *Tournef. Alsat.* 65. *Flora Ulmensis* 84. *Volckamerus* 217. Hecker. 118.

Spring-Kraut, oder Rühr mich nicht an wird von Tournefort und anderen zur Balsamina gebracht, mit welcher es freylich Gleichheit hat, aber doch auch unterschieden ist. Es ist aber eine Art Pflantzen mit einer vier (vielmehr fünff) blätterigten Blume, die vorne einen offenen Rachen vorstellt, hinten aber mit einem langen Sporn versehen ist. Der mit zwey Blätlein versehene und in der Mitte der Blume stehende Stempffel wird hiernechst zur Frucht oder einfache Capsel, die fünff Fächer hat, durch einen Trieb von einander springet, sich in der Hand zusammen windet, und viele länglicht-runde Saamen-Körner enthält. Die Wurtzel an dem Spring-Kraut ist fäsericht. Der Stengel Ellen hoch, hell und gleissend grün, hohl und ästig. Die Blätter sind wie an dem Hunds-Kohl, doch breiter, und stumpffer, am Rande ausgezacket, hell grün und weich anzufühlen, stehen an dem Stengel Wechselweis. Die röthlicht gelben Blumen sind vollkommen, irregulair, fünffblätterigt, hengen unter den Blättern, als unter welchen sie gleichsam ihren Schutz suchen, sind mit dunckel-rothen Flecken betröpfelt, und haben in der Mitten weißlichte Fäser. Hierauf folgen Schoten oder Capseln, die durch die Lufft oder durch ein leichtes Anrühren zerplatzen, und den Saamen auswerffen, und sich als Würmergen zusammen krümmen und winden. Diese Pflantze pfleget warme Oerter zu verabscheuen, und findet sich am meisten in nordlichen Ländern, wo es recht feucht, sumpffig und kalt ist, jedoch hat man sie wegen ihrer angenehmen Blumen, und besonderen Natur in die Gärten auch gebracht, und zwar blühet sie im Junio und Julio.

NOTA. Visu autem jucundum in hac planta, quod semine turgida, plane omnis tactionis ac verberationis impatiens sit, adeo, ut vellicata, illico variis ex siliquis suis semen ejaculetur, aut evibret, sæpe faciem decerpentis feriens, aut in oculos involans, citra tamen omnem fragrorem aut crepitum, quo Coluteæ compressi folliculi alias hiscunt. Hinc illi nomen Impatiens, & Noli me tangere. S. Pauli p. 354. Aliqua Æschinomene Plinii esse suspicantur, quibusdam Pseudoapocynum. Flore luteo est & pallido. C. B. P. 37. Plantarum pentapetalorum quinquecapsularium duo tantum observantur genera, quæ ambo flores habent calcari præditos; capsulæ in quinque partes se contorquentes dissiliunt, & semina cum impetu excutiunt: Differunt autem & capsula & semine: Balsamina habet capsulam turgidam & semen rotundum. Impatiens *Rivini* autem seu Noli me tangere J. B. capsulam angustam & semen longum profert. Unde patet, Tournefortium ambo minus apte sub uno genere, Balsaminæ scilicet comprehendere. *Knauthius* p. 196.

Es ist bey dieser Pflantze sehr angenehm zu sehen, daß die volle Saamen-Capsel gar kein anrühren oder schütteln vertragen könne, und sie also bey dem geringsten reiben aus ihren Schoten den Saamen auswirfft, und offt ins Gesicht oder in die Augen flieget, jedoch ohne Krachen, wie man sonst bey der Colutea wahrnimmt. Daher kommt auch der Nahme Spring-Kraut, Rühr mich nicht an. Einige muthmassen, daß es die Æschinomene des Plinii sey, andere aber, daß es ein falscher Hunds-Kohl sey. Man findet es mit gelber und mit blasser Blume. Wegen des Unterscheids von der Balsamine ist Herr D. Knauthens Anmerckung hieher zu setzen. Es sind, sagt er, von den fünffblätterigten Pflantzen nur zweyerley Geschlechte vorhanden, welcher beyder Blumen mit einem Sporn versehen sind. Die sich in fünff Theil windende Capseln zerspringen, und werffen den Saamen mit einer Hefftigkeit von sich. Sie sind aber nach der Capsel und des Saamens Gestalt unterschieden: Die Balsamina hat eine strotzende Capsel, die mit runden Saamen angefüllet ist. Das Spring-Kraut aber des Rivini, oder Rühr mich nicht an,

an des J. Bauhini, hat eine enge Capſel und einen langen Saamen. Folglich hat Tournefort nicht eben zum beſten gethan, daß er ſie beyde in eine Claſſe geſetzet hat.

Cultura.

Herba Impatiens ſeu Noli me tangere annua eſt planta, ſemine enim excuſſo defloreſcit & perit. Propagat quidem ſemet ipſam largiter ex ſemine deciduo, quod tamen etiam colligi & adoleſcente luna menſe Aprili, non quidem profunde terræ damandari poteſt: Impatiens alpina Erucæ folio, quam *Muntingius* allegat, biennium perdurat, & eodem modo propagatur.

Das Spring-Kraut, oder Rühr mich nicht an iſt eine Pflantze, die nur ein Jahr bleibt, und nach dem ſie den reiffen Saamen verſtreuet, verblühet ſie. Sie verbreitet ſich von dem abgefallenen Saamen reichlich genug, man kan aber auch den Saamen ſammlen, und ihn mit zunehmenden Mond im April nicht eben tieff wieder ausſäen. Eine andere Gattung, die Munting anführet, Berg-Spring-Kraut mit weiſſen Senff-Blättern bleibet zwey Jahr, und wird auf eben die Art als die erſte fortgepflantzet.

Uſus Medicus.

Plantæ huic vim ineſſe deleteriam cum veteribus nonnullis affirmat *Ruppius* 217. Contrarium tamen alii ſtatuunt, experientia meliori edocti. Multum Phlegmatis, ſalis eſſentialis & olei continet herba impatiens, quæ decocta aperit, urinam promovet, calculum renum & veſicæ conterit, Podagræ etiam inſigniter lenit dolores. Sexu differt hæc herba: Mas ſiccæ & frigidæ naturæ vulnerarium præſtat effectum, & contra hæmorrhoides valet. Externe adhibita vulnera ſanat, nervosque inciſos conſolidat. Fœmina ſal acre continens urinam vehementer promovet, ad expellendum acutum renum calculum caute eſt adhibenda. In officinis pharmacevticis vix ad uſus medicos amplius aſſervatur.

Es haben einige geglaubet, daß das Spring-Kraut, oder Rühr mich nicht an, etwas gifftiges bey ſich habe, und deßwegen auch zu der Wolffs-Milch gerechnet. Andere aber haben aus der Erfahrung das Gegentheil geſehen, und finden, daß diß Kraut viel Phlegma, Sal eſſentiale und Oel bey ſich führe, und ſtarck eröffne, den Urin ungemein treibe, den Blaſen- und Nieren-Stein zermalme, auch die Schmertzen des Zipperleins ſehr mildere. Man findet von dieſer Pflantze das Männlein und Weiblein. Jenes iſt kalt und trocken; es heilet die Wunden und güldene Ader, äuſſerlich heilet es die Wunden und zerſchnittenen Nerven. Das Weiblein hat ein ſcharffes Saltz bey ſich, befördert den Urin hefftig und muß, den Nieren-Stein hefftig abzutreiben, mit Behutſamkeit gebraucht werden. Man trägt es aber nicht mehr in den Apothecken, zum Gebrauch ein.

IMPERATORIA ſ. OSTRUTIUM.

IMPERATORIA, Imperatoire, Otruche. *Gall.* Bellitorye of Spaine. *Angl.* Meſter Wortel. *Belg.* Miartz, Miſtrzoweik. *Pol.* Wſſedobr. *Bob.* Aſtrantz, Meſter-Urt. *Dan.* Imperatoria variis nominibus præterea appellatur latinis Aſtrutium, Aſtrantia, Magiſtrantia, Laſerpitium Germanicum, Herba Benzuini, Spiritus Sancti Radix. Meiſter-Wurtz, Magiſtrantz, Oſtritz, Kayſer-Wurtz, Aſtrantz, Oſtritze, Wohlſtand. *Germ.* Stehe die 604. Kupffer-Platte. l. a.

CHARACTER. Imperatoria ad plantas umbellatas ſeu umbelliferas merito refertur: Eſt plantæ genus flore roſaceo & umbellato, plurimis ſcilicet petalis conſtante, nunc cordiformibus, nunc integris, in orbem poſitis & calici inſidentibus. Is autem abit in fructum, compoſitum ex duobus ſeminibus planis, ferè ovatis, leviter ſtriatis & marginatis, involucrum plerumque deponentibus. *Tournefort.* 316. *Boerh.* I. 53. *Linnæus* n. 230. Radix oblonga, pollicem craſſa, rugoſa, quaſi cirroſa & geniculata, foris fuſca, intus alba, & lateralibus fibris, quibus ſe propagat, donata, ſaporis acris & aromatici, odoris jucundi & fragrantiſſimi. Caules cubiti & ſesquicubiti aſſequuntur altitudinem, ſtriati, inanes, in alas diviſi. Folia tripartito diviſa & ſubdiviſa, minus ramoſa, ſeu terna plerumque juncta, rigida, quorum ſingula rurſus in tria ſegmenta ſerrata, alias levius, alias profundius dividuntur. Umbellæ florum albæ, flores autem ſunt perfecti, pentapetali, in minores umbellatas digeſti, baſim umbella-

bellarum ſtellata ſerie cingunt foliola viridantia infernè, ſuperius non nihil rubentia. Sponte naſcitur variis montoſis Italiæ & Auſtriæ præſertim, apud nos colitur in hortis. Floret Junio. Radix perennat. *Volckamerus. Chabræus* 399. *Rupp.* 222. C.B.P. 156. *Valentini* 202.

Meiſter-Wurtz gehöret zu den Dolden tragenden Pflantzen, und iſt eine Art Pflantzen mit Roſen-förmiger auf einer Dolden ſitzenden Blume, die nehmlich aus vielen Blättern beſtehet, welche zuweilen Hertz-förmig, zuweilen aber gantz im Creyß ſtehen und auf ihrem Kelch ſitzen. Derſelbe aber wird hernach zur Frucht, die aus zwey flachen, faſt ovalen, etwas geſtreifften und mit einem Rand umfaßten Saamen-Körnern beſtehet, und ihre Decke meiſtens ablegt. Die Wurtzel iſt lang, Daums dick, ſchrumpfligt, und faſt knorrigt, auch in Gleichen abgetheilt, auswendig ſchwartz-braun, inwendig weiß, mit ſehr vielen zur Seiten ausgehenden Fäſern, wodurch ſie ſich vermehret, von einem ſcharffen, gewürtzhafften Geſchmack, und recht ſtarcken Geruch. Die Stengel werden Ellen und anderthalb Ellen hoch, ſind geſtreifft, leer, gehen in viele Flügel ab. Es ſtehen mehrentheils drey Blätter beyſammen, deren jedes wieder in drey Stücke eingeſchnitten, bey einigen aber tieff, bey anderen weniger. Die Dolden der Blumen ſind weiß; Die Blumen aber ſind vollkommen, fünffblätterigt, ſtehen auf kleinen Dolden, unten iſt aber der Grund derſelben mit kleineren Blättern umfaſſt. Es wächſt die Meiſter-Wurtz von ſelbſt auf vielen Bergen in Italien und Oeſterreich, wird aber bey uns in den Gärten gezogen. Sie blühet im Junio, die Wurtzel perenniret.

NOTA. Imperatoria, quæ ob raras & præſtantes facultates ſic nominata eſt, inter Laſerpitium & Panacem media videtur. C.B. P. affinior autem eſt quoad faciem ſativæ Angelicæ, quam ſylveſtri. *Moriſonius* Imperatoriam ob ſolum odorem & ſaporem ad Angelicam ſativam; *Tournefort.* contrà Angelicam ad Imperatoriam refert: ambo tamen nec flore nec fructu inter ſe concordant. Imperatoria itaque peculiare plantarum genus conſtituit. *Knauth.* 207. Datur autem Imperatoria major & minor, ſeptemque ſpecies allegavit *Tournefort.* Imperatoria autem major hujus maxime eſt loci.

Dieſes Kraut hat den Nahmen Meiſter-Wurtz, wegen ſeiner vortrefflichen und ungemeinen Tugenden erhalten, und hält faſt zwiſchen Laſer-Kraut und Poley-Kraut das Mittel. Nach den äuſſerlichen Anſehen iſt es der geſäeten Angelica weit ähnlicher als der wilden. Moriſon bringet es auch wegen des Geruchs und Geſchmacks dahin, hingegen bringt Tournefort die Angelica zur Meiſter-Wurtz, da doch beyde weder nach der Blüthe noch Saamen übereinkommen. Meiſter-Wurtz iſt alſo eine beſondere Art Pflantze. Es iſt eine gröſſere und kleinere, wahre und falſche; Tournefort hat ſieben Gattungen. Die groſſe Meiſter-Wurtz gehöret aber nur hieher.

Cultura.

Imperatoria ſolum amat bonum, arenoſum, commune, ſimo caballino annuo ſtercoratum, apertum, liberum, & apricum locum, multum irrigationis, frigoris eſt patiens, (de Imperatoria autem majore nobis ſermo eſt, minor enim teneræ eſt naturæ atque ad hibernaculum referri vult) Major raro maturum ſemen apud nos perficere ſolet, propagatur autem abunde ex adnatis fibris & radicibus, quas adoleſcente luna menſe Aprili a matre reſecatas, transplantamus.

Die Meiſter-Wurtz verlangt einen guten, ſandigten, gemeinen, mit jährigen Pferde-Miſt wohl durchmengten Grund, einen offenen freyen, und an der Sonnen liegenden Platz (wiewohl Elßholtz lieber einen ſchattigten Ort will) viel Feuchtigkeit; ſie kan alle Kälte ertragen, (wir handeln aber von der groſſen Meiſter-Wurtz, denn die kleinere iſt zart von Natur, und muß ins Winter-Hauß gebracht werden) die gröſſere bringt bey uns ſelten reiffen Saamen, kan aber aus den angewachſenen Fäſern und Wurtzeln überflüßig vermehret werden, man nimmt ſie mit wachſenden Mond im April ab.

Uſus Medicus.

Radix Imperatoriæ officinas ingreditur, atque propter inſignem ſuam virtutem inter primarias habetur, vere autem colligenda eſt, eaqua eligenda, quæ vegeta, fuſca, fractu difficilis, acri, aromatico & ſapore & odore eſt, eaque, quæ in montibus colitur, præferenda omnino illi, quæ in hortis colitur: Multum falis volatilis & fixi atque olei continens hæc radix amarisque permixta particulis eandem vere virtutem, quam Angelica præſtat. Aſſerunt recentiores, Imperatoria radicem excalefacere tertio exceſſu completo, vel quarto incipiente, ſiccare vero ſecundo, hinc Alexipharmaca

eſt

est insignis & sudorifera, in affectibus febrilibus malignis & intermittentibus, attenuans, aperiens ob sal volatile naturale, quod instar Camphoræ habet copiosissimum. Summopere conducit morbis & ictibus venenatis, in pulmonum tartaro resolvendo, expectorando, in fœtore anhelitus masticata corrigendo, affectionibus capitis phlegmaticis frigidis, paralysi, apoplexia, epilepsia, in dolore colico & cruditate ventriculi pituitosa, suffocatione hysterica, hydrope uteri & ovarii muliebris; vermes enecat; urinam ciet, mensumque fluxum promovet. Cum adipe suillo illita globulos è corpore, & sagittas extrahere traditur. Credit vulgus in febribus calorem appensam extrahere, & catarrhum defluxionesque oculorum disjicere, sed quicquid hic aget, particulis suis volatilibus aromaticis tenuibus athmosphæram inficientibus præstabit; quæ scilicet sanguinem viscosum attenuare, vel etiam acres nimis furiose agentes partes elicere poterunt, *König* 76. *Hecker* 357. *Dale* 189. *Zorn.*

Man findet Meister-Wurtz in den Apothecken, woselbst sie wegen ihrer vortrefflichen Würckung für eine der fürnehmsten gehalten wird. Man muß sie aber im Frühling sammlen, und die jenige erwehlet werden, welche dick, frisch, braunröthlicht, sich nicht leicht zerbrechen lässet, und von scharffen, gewürtzhafften Geschmack, und Geruch ist, auch ist die jenige, welche auf den Bergen wild wächset, der jenigen vorzuziehen, welche in den Gärten gezogen wird. Sie führet viel flüchtiges und fixes Saltz und Oel bey sich. Wie die Neueren observiren, so ist sie im dritten Grad erwärmend, und im andern Grad trocken. Sie wiederstehet also dem Gifft, treibt den Schweiß, in bösartigen hitzigen und auch kalten Fiebern, verdünnet, und eröffnet wegen des häuffig bey sich führenden flüchtigen Saltzes, voraus thut sie gute Dienste in giftiger Thiere Stichen, in resolvirung und austreibung des tartarischen Schleims von der Lunge, in benehmung deß stinckenden Athems, in linderung der von dem Phlegmate herrührenden Kopff-Schmertzen, in der Lähmung, Schlag, und hinfallenden Kranckheit, in der Colic, und abführung der kalten Unverdaulichkeiten des Magens, in Mutter-Erstickung, Wassersucht derselben, und des weiblichen Ovarii, tödtet auch die Würmer, befördert den Urin und monathliche Geblüth. Mit Schweins-Schmaltz aufgestrichen solle sie die Kugeln und Pfeile aus dem menschlichen Leibe ziehen. Der gemeine Mann glaubet, daß diese Wurtzel angehenget die Hitze in Fiebern, wie auch Catarrhe und Flüsse der Augen an sich ziehe, allein alles, was sie hierin zu letsten vermag, geschiehet durch ihre flüchtige aromatische Theile, welche nemlich das schleimigte Blut verdünnen, oder auch die scharffe, gar zu hefftig würckende Theile heraus bringen können.

INDIGOFERA.

INDIGOFERA, Coronilla Indica, ex qua Indigo. Americanis Xiuhquilith pitzahac, seu Anil. ANIL Arabibus omnibus iis nationibus dictum, vocatur in Guzarate, ubi sit, GALI, nunc vero plerisque NIL. *Clus.* 239. NELY lingua Braminica, AMERI, Malabaris. AWERI Cingalensibus; AVARU & AWARU Zeylonensibus. Indigo. *Belg.* Indig. Indich-Kraut, Anil. *Germ.*

CHARACTER. Indigofera, Anil, ex qua Indigo, quo referenda sit, minus inter se consentiunt autores. C. B. P. Isatidi seu Glasto adjungit, vocatque Glasto affinem. vide *Hort. Malab. Tom.* I. p. 102. Tournefortius & Boerhaavius habent hanc plantam sub titulo: Anonnis Americana, folio latiori subrotundo: Volckamerus sub titulo: Coronilla Indica ex qua Indigo. *Burmannus Thes. Zeyl.* p. 69. sub titulo Colutea Indica humilis, ex qua Indigo folio viridi. *Mus. Zeyl.* p. 32. Colutea Indica herbacea, ex qua Indigo. H. L. *Bat.* p. 168. Polygala Indica, ex qua Indigo minor. *Hin-Avvaru* Zeylonensibus. Anil seu Indigo Indica. *Morison.* Coachera prima *Pisonis.* Libr. IV. p. 198. vide *Burmannus* l. c. Coluteæ affinis fruticosa, floribus spicatis, purpurascentibus, siliquis incurvis, e cujus tinctura Indigo conficitur *ibid.* Indigofera autem est planta leguminosa, seu plantæ genus flore papilionaceo, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in siliquam rectam ferme uncialem, rotundiolam & angustam, semine fœtam oblongo, rotundo, nigro colore. Multi quidem cum *Pometo, Valentini, Lemery* contendunt, Indigoferam seu Anil herbam esse: *Hernandez* tamen p. 108. *Hort. Malab.* P. I. p. 101. arbusculam altitudine unius hominis, ramos maxime transverso

versos emittentem, nascentemque in arenosis & petrosis asserunt, cum quibus quoad descriptionem atque figuram convenit apud Valentinum relatio de satione, collectione & arefactione Anil. p. 91. in den Ostindischen Sendschreiben. Radix est unica albicans, lignosa, densis fibris vestita. Nec de stirpis aut stipitum altitudine consentiunt Autores, quæ fortean pro loci & specierum diversitate varia etiam est. Folia Ciceris foliolis similia, in surculis tenuibus brevissimis pedunculis conjugata, folio uno impari extremum claudente, forma oblongo rotunda, colore viridi, sub cœruleo in recta fusciori, in adversa claro, saporis subamari & languidi ardoris diu masticata. Flores brevibus surculis spicatim provenientes sunt parvi, fabacei, tetrapetali, ex albo rubescentes, odoris nullius. In medio emicat stylus viridis superius in parva & tenuia stamuncula fissus. Calix florum quinque cuspidatorum & viridium foliorum est. Foliis deciduis succedunt parvæ, ferme uncinales, rectæ, rotundiolæ & angustæ siliquæ, suis surculis brevibus, tenuibus pedunculis appendentes, coloris primum viridis, dein spadiceo-fusci, ac ad petiolum calice quinque foliorum comprehensæ. Semina oblongo rotunda sunt cum sua longitudine jacentia in longitudine siliquarum, quæ cum matura coloris fusci & nitentis sunt. Hæc arbuscula bis in anno tempore pluvioso & æstivo dat flores *Hort. Malab.* & *Rechius* l. c. Invenitur in India & Orientali & Occidentali. Nascitur sponte sua in calidis regionibus, campestribus, montosisque locis, duos annos frutex hic vivit, vivaxque persistit. Vide *Chabr.* 82. studiose colitur abs Incolis.

So wenig alte als neuere Scribenten sind unter sich eins, wohin sie das Indigo bringende Gewächse rechnen sollen. Da es eine Hülsen-Frucht ist, so siehet man leicht, wie ähnlich Blumen und Blätter der Coluteæ, Coronillæ, Polygalæ, Anonis und dergleichen seynd. Es ist aber ein ausländisches besonderes Gewächs, und zwar eine Art Pflantzen mit einer Schmetterlings-Blume, aus deren Kelch ein Stempffel hervor kommt, welcher bernach zu einer geraden rundlichten und engen Schote wird, die mit länglicht runden und schwärtzlichten Saamen angefüllet ist. Sehr viele zwar behaupten mit Pomet, Valentini und Lemery, daß es ein Kraut sey, von welchem das Indigo gemachet wird, welches an sich zwar wahr, jedoch wächset diß Kraut nach dem Zeugniß des Malabarischen Gartens, des Rechi, und derer Ost-Indischen Send-Schreiben auf einem Bäumlein, das Manns hoch wird, breitet seine Aeste in die Quere aus, und wächst an sandigten Orten. Es hat diß Gewächs nur eine Wurtzel, welche weißlicht, holtzigt, und mit dichten Fäsern besetzet ist. Wegen der Dicke des Stamms oder der vielen Reiser kommen die Autores nicht überein. Die Blätter sind als an den Erbsen, stehen an zarten Reisig an sehr kurtzen Stielen, immer zwey und zwey gegen einander, oben aber ist allemahl ein ungleiches von Figur länglicht rund, von Farbe grün, doch etwas bläulicht, von etwas bitteren und heissen Geschmack, wenn man es käuet. Die Blumen sitzen gleichfals an langen Reisern Aehren weiß, sind klein, wie die Bohnen-Blumen gestaltet, vierblätterig, weißlicht roth, von keinem Geruch. In der Mitte stehet ein grüner oben in kleine und zarte Fäser gespaltener Stempffel. Der Blumen-Kelch bestehet aus fünff spitzigen und grünen Blättern. Nach dem die Blumen-Blätter abgefallen, folgen kleine fast Zoll lange, gerade, runde und enge Schoten, die an ihren kurtzen Reisern an zarten Stielen hängen, erstlich grün von Farb, hernach bräunlicht-roth, und an dem Stiel mit einem fünffblätterigem Kelche umfangen. Die Saamen-Körner sind länglicht rund, und liegen nach der Länge der Schoten, welche wann sie reiff werden, bräunlicht und gläntzend von Farbe sind. Dieses Bäumlein giebt jährlich zweymahl bey Regen und gutem Wetter Blumen. Man findet ihn in Ost- und West-Indien, und wächst von selbst an warmen, ebenen, und auch bergigten Orten, es bleibt diese Staude zwey Jahr, wird aber von den Einwohnern mit grossem Fleiß gezogen.

Cultura.

De Herbæ, Indigo dictæ, satione, cultu & extractione coloris, Indigo dicti, circa Tsinsiam, in regionibus occidentalibus optime omnium egit D. Herbertus de Jæger, cujus Observatio in Ephemeridibus N. C. Dec. II. Anno II. p. 5. prolixe legitur, nec non in *Valentini* Ostindischen Send-Schreiben. Brevius modum colendi atque ex herba colorem Indigo eliciendi prosequitur *Rechi* Libr. IV. p. 109. qui simul consuluit, ut hæc planta in Europam introduceretur, cum facile fieri posset, ut in regionibus calidioribus, e. g. Hispania Bætica proveniret. D. D. Volckamerus testatur etiam, quod ex seminibus Africanis olim ad se missis

læte progerminaverit planta, ob præmatura autem frigora nullum produxerit florem. De modo eliciendi ex herba colorem Indigo vide *Pometum & Valentini*, qui instrumenta etiam, quibus paratur, mechanica, ære describenda curarunt. Usum medicum apud Indos paucis etiam attigit *Autor* H. M. l. c. & *Rechi*. l. c.

Von der Pflantzung, Einsammlung und Dörrung des Indigo Gewächses, und der Herausziehung der sogenannten blauen Indig-Farbe hat der Herr Herbert von Jäger eine gelehrte Anmerckung den Ephemeridibus N. C. einrucken lassen, welche sich auch in extenso in des Valentini Ost-Indischen Send-Schreiben p. 91. findet. Rechi hat diß mit kurtzen gefasset, und giebet dabey den Vorschlag, daß man in warmen Ländern als in den warmen Spanischen Provintzen diese Pflantze bauen solle. Auch hat der berühmte Herr Doctor Volckamer aus den aus America ihm geschickten Saamen eine schöne Pflantze aufgebracht, welche aber wegen frühzeitig eingefallener Kälte keine Blume gebracht hat. Wie man das Kraut sammlet, die Indig-Farbe daraus machet, nebst den Werckzeugen, welche darzu gebraucht werden, haben Pomet und Valentini beschrieben und in Kupffer stechen lassen. Den Gebrauch dieser Pflantze in der Artzeney findet man kürtzlich bey dem Rechi und in dem Malabarischen Garten, uns sind folgende Gattungen von diesem Gewächse bekannt geworden.

INDIGOFERA COLUTEOIDES, INDIGO, Indig. Siehe die 605. Kupffer-Platte. l. a.

Siehe Volckamer tit. Coronilla-Indica, ex quâ Indigo p. 124.

INDIGOFERA ROTUNDIFOLIA, Indigo mit rundlichten Blättern. Siehe die 605. Kupffer-Platte. l. b.

Diß ist die jenige, die im Horto Malab. l. c. und bey dem Valentini vorgestellet ist.

INDIGOFERA LONGIFOLIA, Indigo-Pflantze mit länglichten Blättern. Siehe die 605. Kupffer-Platte. l. c.

Diß ist die jenige, welche bey dem Rechi vorgebildet ist. Doch scheinen nach dem Unterscheid so mancherley Länder noch andere Gattungen davon vorhanden zu seyn.

INGA.

INGA, Brasiliana, Africana, tricoccos fructu Mehenbethene, seu Arbor Ingæ Brasilianæ foliis Africana tricoccos fructu Mehenbethene Cortusi. *Burmannus* provocans ad Pluknetium Phyt. Tab. 144. fig. 2. Siehe die 605. Kupffer-Platte. l. d.

CHARACTER. Inga, inquit *Linnæus* in Monendis p. 383. est legumen compressum, carnosum, folia pinnata, rachi alata: *Rajus* in Historia plantarum Lib. XXII. p. 1762. Varias Ingæ Brasilianæ adduxit species, quæ in nonnullis cum nostrate conveniunt; Hæ arbores, Ingæ dictæ, peculiarem habent foliorum structuram: Eorum enim costæ mediæ, ad quas pinnæ conjugatim adnexæ sunt, inter pinnarum conjugationes appendicibus suis alis utrinque aucta sunt, iis similibus, quæ ad basin foliorum Mali aurantii cernuntur, duo autem ejusmodi appendices simul cordis figuram referunt. Nostra, cujus ramulum depictum sistimus, Arbor est Africana foliis Ingæ Brasilianæ: *Burmannus*, cujus ex liberalitate imaginem hanc possidemus, brevissimis addit: Planta hæc locis invenitur arenosis. Fructus tricoccos est, & quasi in vesica Alkekengi ad instar latitans, sapore amaro & adstringente. De virtute ejus hactenus nihil constat. confer *Clusium* Hist. Arom. L. I. p. 194.

Der Baum mit solchen Blättern als die Brasilianischen Inga haben, trägt eine Hülsen-Frucht, welche in drey Fächer zerfällt, und so viel länglichten Kerne an sich schliesset. Die Bäume in America, welche Ingæ heissen, und davon Rajus unterschiedliche Sorten angezeiget, haben eine gar besondere Gestalt und Structur der Blätter: Die mittlere Rippe, an welchen die zu beyden Seiten gleich ausgehende Floß Federn ähnliche Blätter stehen, hat an beyden Seiten Ansetzer, wie man dergleichen auch untenher an den Pomerantzen-Blättern findet, welche völlig die Figur eines Hertzens vorstellen. Die jenige Frucht aber, welche wir abgebildet, ist eine Africanische Frucht, und uns von dem Herrn D. Burmann mitgetheilet worden. Man findet diese Pflantze an sandigten Oertern. Die Frucht ist gleichsahm in drey Hölen abgetheilet, und lieget gleich als die Juden-Kirsche in einer Blase, hat einen bitteren und anziehenden Geschmack, von dessen Kräfften hat man bißhero noch nichts gewisses erfahren.

IPECA-

IPECACUANNHA.

IPECACUANNHA, Hypecacuanha, Hippekoana, Hippoacanna *Offic.* Ipecacoanha *Brasilienſibus*, Herba Paris Braſiliana Polycoccos *Raji.* Periclymeno accedens planta Braſiliana, floſculis congeſtis albis. *Moriſon.* H. 2. Radix Dyſenterica Braſiliana, Radix Cagoſanga: *Hiſpanis* dicitur Bexugillo, vel Beguquella, Beculo, Beloculo: *Luſitanis.* Cipo de Cameras. *Gallis.* Becouguille. Mine d'or, ſeu auri minera, cum non alibi, quam prope auri mineras ſuccreſcat. **Brech-Wurtz, Ruhr-Wurtz, Braſilianiſche Einbeer.** *Germ.*

CHARACTEREM hujus exoticæ plantæ Americanæ dedit *Linnæus* n. 934. (quam Ouragogam appellat) *Cal.* Perianthium quinque partitum: laciniis lanceolato linearibus, æqualibus, perſiſtentibus. *Cor.* quinquefidæ. *Stam.* quinque. *Piſt.* Germen intra calicem & corollam. *Per.* Bacca ſubrotunda, unilocularis, calici inſidens, umbilicata. *Sem.* tria, oſſea, hinc gibba, inde angulata, approximata in globum, unilocularia, ſingula ſex ſulcis exarata: Ex radice, verba ſunt *Raji* Lib. XIII. p. 669. Spithamæ longitudine, & ampliori, flexuoſa, nodoſa, ſeu geniculata, multis filamentis lateralibus prædita, quæque corticem habet ſubruffum, inſtar Tormentillæ, interius autem alba eſt, & in medio habens medullam, à qua reliqua ſubſtantia viridis radicis detrahi poteſt, medullaque removeri, progeneratur unus aut alter caulis, ſemipedalis, aut paulo longior, teres, lignoſus, lentus, coloris cinereſcentis, partim terræ incumbens aliasque radices agens, partim ſurrectus. In unius cujusque hujus ſummitate ſex, ſeptem aut octo utplurimum folia inſident modo herbæ Paris, ſuperius ſaturate viridia, inferius dilutiora, nervo uno ſecundum longitudinem, & multis venis transverſis prædita, inſtar foliorum Lupini, ad tactum, ut folia Aſari, ſed molliora. E medio horum in proprio pediculo enaſcuntur decem, duodecim, aut quindecim floſculi, in capitulum congeſti, parvuli, albi, pentapetali, cum totidem ſtaminulis albis. Poſt flores ſequuntur totidem baccæ brunnæ ſeu ſaturatæ Laccæ coloris, magnitudine Ceraſi ſylveſtris: bacca intus continet pulpam albam, ſuccolentam, cum duobus granis (Linnæus ait tria) ſeminis, duris, flaveſcentibus, lenticularis figuræ. Amat planta humidas ſylvas, & in hortos translata nullum ſumet incrementum.

Die Hipecacuannha oder Brech-Wurtz iſt ein ausländiſches Americaniſches Gewächſe, wovon die Wurtzel ſonderlich gegen die Ruhr als ein kräfftiges Mittel nicht vor langer Zeit erfunden iſt. Die Wurtzel iſt Spannen lang und gröſſer, iſt biegſam, knotigt oder mit Ringeln umgeben, treibt an den Seiten heraus viele Fäſer, welche eine bräunlichte Rinde, wie die Tormentilla haben, inwendig iſt die Wurtzel weiß, hat in der Mitte ein Marck, von welchen das übrige friſche Fleiſch der Wurtzel kan abgezogen werden. Aus dieſer Wurtzel kommen ein oder andert halber Schuh langer Stengel, der auch zuweilen länger iſt, rund, holtzigt, zähe, aſchfärbig, lieget theils auf der Erde nieder, theils aber ſtehet er gerade auf; die niederliegende treiben neue Wurtzeln. Auf einen jeglichen Stengel ſitzen ſechs, ſieben oder acht Blätter, als an dem Stern-Kraut, obenher dunckel-grün, untenher aber länger, nach der Länge gehet eine Nerve durch, ſeitwerts aber viele Adern, ſo wie an den Feig-Bohnen, anzufühlen ſind ſie wie die Haſel-Wurtz-Blätter, doch weicher. In der Mitte derſelben wachſen, wiewohl auf eigenen Stielen, zehen, zwölff oder fünffzehen Blümlein, die als in einem Häuptel zuſammen ſtehen, die ſind klein, von Farbe weiß, fünffblätterig, und haben eben ſo viel weiſſe Fäſerchen. Nach den Blumen folgen eben ſo viel braune oder dunckel-lackfärbige Beeren in der Gröſſe als die Vogel-Kirſchen. Die Beere haben inwendig einen weiſſen, ſafftigen Brey, mit zwey (Linnäus ſaget drey) harten Saamen-Körnern, von Farbe gelb, und von Geſtalt als eine Linſe. Dieſe Pflantze wächſet gerne in feuchten, naſſen Wäldern, und würde, wenn man ſie in den Garten brächte, ſchwehrlich fortkommen.

NOTA I. Ex America in Europam delata hæcce planta, in qua hujus mundi plaga deprehendatur, litigant inter ſe autores; ſed nihil impedit, quominus aſſeramus, & in Braſilia, illoque hujus tractu, qui Rio de Genecyro appellatur, & Peruvia illam reperiri, cum obſervante *Leibnitzio* multa ſimplicia Braſiliæ & Peruviæ communia ſint, ipſumque Balſamum Peruvianum etiam in Braſilia reperiatur, *Leibnitzii* Relatio ad inclytam Societatem Leopoldinam Naturæ curioſorum de novo Antidyſenterico Americano, magnis ſucceſſibus comprobato, exſtat in E. N. C. Dec. III. Anno III. App. p. I. Collectio radicis

cis hujus iis, qui ad metalla damnati sunt, committi dicitur, é quibus tamen solertissimus & laboriosissimus per integrum annum vix ultra XII. libras colligere valet, quod ipsum pretium ejus tantopere augere solet. Reliqua, quæ ad hujus radicis historiam pertinent naturalem, fusius prosecutus est *Leibnizius in Relatione cit.*

So viel ist gewiß, daß diese Brech- und Ruhr-Wurtzel aus America nach Europa gekommen sey, in welcher Provintz von West-Indien dieselbe aber wachse, darinn kommen die Nachrichten nicht überein. Allein es ist nicht ohne, daß dieselbe in Brasilien in der Gegend des Flusses Ganecyro, und zugleich auch in Peru wachse, immassen diese Reiche viele Dinge, so gar auch den Peruvianischen Balsam miteinander gemeinschafftlich haben. Diese Wurtzel wird von den zu den Metall-Gruben verdammten Sclaven gesammlet, von welchen niemand, wenn er auch der allerfleißigste wäre, das gantze Jahr durch mehr als 12. Pfund einsammlen kan, daher sie auch ziemlich theuer ist. Alle übrige bey dieser nützlichen Wurtzel vorkommende Historische Umstände hat der berühmte Leibnitz in einer besondern Relation, die den Ephemeridibus einverleibet ist, weitläufftig beschrieben.

NOTA II. Tres Ipecacuannhæ dari species, nigram, albam, flavam aut fuscam, autores, qui de hac radice commentati sunt, referunt, quibus Lemery & Pometus quartam-griseam addunt seu cineritiam cum circulis, externé carnosam, interné vero lignosam, quæ & viribus & forma multisque aliis à se invicem differunt qualitatibus. Fuscam seu flavam optimam esse experientia docuit. Crassissimæ ejusdem radices tres circiter lineas crassitie æquant. Radices sunt intortæ, annulis quibusdam exasperatæ & flavescentes, per quarum longitudinem nervus seu fibra trajicitur ipsis pallidior, hæcque fibra cortice circumdata est, lineæ crassitie, fragili, si bene exsiccata est, amara, resinosa, & in qua virtus medicamentosa potissimum concentrata est. Europæos autem nigrâ esse contentos scribit *Valentini.* Eligatur vero recens, carnosa, compacta, nec fragilis, substantia gaudens resinosa, & quæ per medium sui tractum fibram aut nervum transmittat, saporis acris, amari, nauseosi.

Die mehresten Autores setzen, daß es dreyerley Gattungen von dieser Brech- oder Ruhr-Wurtz gebe, die schwartze, die weisse, die braunlicht- oder gelblichte, zu welchen noch Lemery und Pomet die vierte Sorte hinzufügen, nehmlich die graue oder aschfärbige mit Ringeln, die äusserlich weich und fleischigt, innwendig aber holtzigt ist. Die Erfahrung hat gelehret, daß die gelbe oder braunlichte die allerbeste sey, die anderen sind auch nicht zu verwerffen, sind aber nach dem Geschmack, Krafft und Würckung von einander unterschieden. Die dicksten Wurtzeln von der gelblichten sind etwan drey Linien dick (oder so dick als ein Schwahnen-Kiel) krumm, voll Runtzeln und Ringe, gelblicht, und mitten durchhin gehet eine lange blaß-gelbe Nerve, mit einer Haut, nur einer Linie dick, überzogen, bricht leichtlich, wenn sie trocken wird, ist bitter und hartzigt, und steckt die gröste Krafft in ihr. Die Europäer pflegen mit der schwartzen zufrieden zu seyn. Man soll aber diese Wurtzel erwählen, wann sie frisch, fleischigt, feste, nicht zerbrechlich ist, eine hartzige Substanz hat, weswegen die jenige am besten ist, so eine dicke Schale oder Rinde hat, und wo mitten durch ein zartes Fäsergen oder Nerve gehet, von scharffen, bittern und eckelhafften Geschmack.

Usus Medicus.

Ipecacuannhæ radix intuitu partium fixarum calida est & acris; intuitu vero volatilium & balsamicarum adstringens; aperit quoque, incidit, attenuat & resolvit. Quam maxime vero in quibusvis alvi fluxibus Dysentericis imprimis compescendis in morbi initio ordinata se admirandam præbet, cum non materiam solum morbificam, utut tenacissimam à parte affecta revellat, eamque per superiora & inferiora benignissime expellat, sed & adstringendo & roborando viscerum tonum restituat. Hoc enim præ omnibus adstringentibus habet peculiare, quod antequam fluxum sistat, vomitum prius moveat, ut Rhabarbarum prius laxare solet, quam adstringere. Quid quod & virtute alexiteria miasma dysentericum per poros cutis exterminet, adeoque triplici ratione ad morbum hunc subigendum conducat, vomitum prius, & alvi solutionem plerumque simul, ab hinc sudorem, & tertio adstrictionem causando. Cum ergo omnia, quæ in quamplurimis antidysentericis figillatim reperiuntur, in unica hacce radice, tanquam in exquisitissimo naturæ munere (ut *Pisoni auct. Hist. Nat. & Med. Brasiliæ* Libr. 4. c. 53. p. 131.) concentrata quasi sunt, hinc & in Dysenteriis inve-

inveteratis, etiam illis, in quibus intestinum rectum à materia adhærente est exulceratum, convenire dicitur a *Pometo*. Laudatur etiam in Tenesmo, si a materia cruda & plus minus acida e ventriculo & mesenterio ad intestina derivata, & hinc revellenda, oritur. Eadem radix in febribus intermittentibus insigniter convenit, ubi opus est purgatione, & quidem citra recidivæ metum. *Valentini*. Specificum præterea est in aliis Hæmorrhagiis sanguineis & colliquationibus humorum. *Dale* Suppl. 137. In fluore albo eandem multum valere asserit *idem*. confer Ephemerides N. C. D. III. A. IX. & X. obs. 9. p. 24. Ipecacoannhæ usu contumacem in infante epilepsiam esse curatam, legere licet Cent. I. obs. 38. p. 104. ff. Egregiam quoque exerere virtutem in vertigine vitiis ventriculi contractâ ob acrimoniam salino sulphuream, experientia probat. Quomodo autem rectus ejus usus sit in dysenteria instituendus, qua dosi danda, sub qua forma modoque exhibenda, quæ succedanea hujus medicamenti, & quæ Diæta sub cura sit observanda, prolixe præter reliquos Hippocratis filios docuit *Valentini* in peculiari dissertatione Giessæ 1698. habita. Unicum hoc addere juvat, præter hasce nominatas qualitates *Pisonem* huic radici tribuere quoque facultatem mentem serenandi ac infarctus resolvendi. confer. *Zornius* p. 365.

Die Brech- oder Ruhr-Wurtz ist in Betracht der ihr beywohnenden fixen Theile anziehend, in Betracht aber der flüchtigen und balsamischen, warm und scharff. Sie eröffnet, zertheilet, verdünnet und löset auf. Am allermeisten aber beweiset diese Wurtzel in allen Durchfällen des Bauches, vornehmlich in Stillung der Ruhr, gantz gleich zu Anfang der Kranckheit gegeben, unvergleichliche Kräffte, indem sie nicht nur die Materie, welche zur Kranckheit Anlaß giebet, sie mag noch so gifftig und ansteckend, auch anhaltend seyn, wie sie wolle, loß machet, und dieselbe mehrentheils aufs gelindeste oben, meistens auch unten aus abführet, und zugleich durch ihre anziehende und stärckende Theile den Gedärmen ihre Krafft und Tonum wieder giebet. Denn das hat diese Wurtzel vor allen anziehenden Artzney-Mitteln zum voraus, daß sie, ehe sie die Ruhr stillet, zuvor zum Brechen beweget, wie die Rhabarbar erst zu laxiren pfleget, ehe sie anziehet. Ja was noch mehr, sie treibet auch durch ihre vortreffliche Krafft die scharffen gifftigen Theile der Ruhr durch die Schweiß-Löcher aus, folglich dienet sie auf dreyfache Art, dieser Kranckheit abzuhelffen; indem sie erstlich das Erbrechen und laxiren, hernach den Schweiß, und endlich die Zusammenziehung und Stärckung verursachet. Da also, was in andern Gegen-Mitteln besonders wider die Ruhr ist, in dieser Wurtzel beysammen gefunden wird, so hat sie auch in schon veralteten Ruhren und zwar bey dergleichen, wo der Mastdarm schon von der anhangenden Materie angegriffen ist, als Pomet will, ihren Nutzen. Man lobt sie auch in dem Zwang, wann er von einer rohen, mehr oder wenig säuerlicher Materie, die aus dem Magen und Gekröse zu den Gedärmen gekommen, und von denselben soll abgetrennet werden, entstehet. In den abwechselnden Fiebern, wo man zu purgiren nöthig findet, ist diese Wurtzel gleichfalls gut, ohne daß man ein Recidiv fürchten darff. Sie dienet in anderen Blut-Auswürffen und verdorbenen Feuchtigkeiten. Auch ist sie gut in dem weissen Fluß der Weiber. In den Ephemeridibus stehet ein Exempel, daß ein Kind von einer lang anhaltenden hinfallenden Kranckheit sey durch den Gebrauch dieser Wurtzel befreyet worden. Es ist auch aus der Erfahrung bekannt, daß diese Brech-Wurtzel in Schwindel, welcher aus einem verdorbenen Magen erzeuget worden, wegen ihrer saltzigt- und schwefeligten Schärffe von vortrefflicher Würckung sey. Wie man aber dieses herrliche Artzney-Mittel recht gebrauchen solle, lehren die Medici umständlicher. Nur das fügen wir aus dem Pisone bey, daß diese Wurtzel auch die Krafft habe das Gemüth aufzuklären, und von allen Verstopffungen zu befreyen.

IRIS.

IRIS ἶρις, ἰασπίδη, ἰυφωνία, &c. *Græc.* Irios, Iride, Giglio celeste, ozurro. *Ital.* Lirio cardeno. *Hisp.* Flamme, Glayeul. *Gall.* Flour de luce. *Angl.* Lis. *Belg.* Blaa Lilie. *Dan.* Kosacieck rozdziack. *Pol.* Veiel-Wurtzel, Himmel-Schwertel, Blau-Lilgen, Schwertel-Lilgen, Iris. *Germ.*

CHARACTER. Iris est planta flore simplici regulari, monopetalo, capsula tripartita. *Rupp.* 25. seu secundum *Tournefortium* p. 358.

p. 358. Iris est plantæ genus, flore liliaceo, monopetalo, ad exortum veluti infundibuliformi, & in partes sex ampliato, quarum tres sursum, tres vero deorsum spectant. Pistillum è fundo floris surgit, tribus petalis instructum fornicatis, & partibus floris deorsum inflexis, ita incumbentibus, ut palati cujusdam speciem præ se ferant. Calix autem deinde abit in fructum oblongum, trifariam apice dehiscentem, in tria loculamenta divisum, & seminibus fœtum nunc subrotundis, nunc planis. Iris radices habet carnosas, oblongas, repentes, & tunicis carentes, odoratos, & quidem vel tuberosas vel bulbosas. Folia fert gladioli, sed majora, latiora & pinguiora. *Dioscor.* L. I. c. 1. Flores à caule æqualibus interse spatiis distant incurvi, varii, siquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei, aut cœrulei conspiciuntur, qua diversa coloris specie quædam cœlestis arcus imago repræsentari videtur. *Dioscor.* Semina sunt plura, subrotunda, majora, pericarpio membranaceo, tribus capsulis diviso, eoque oblongo incluſa. *Volckamerus* 232. Reliqua in tanta Iridis varietate obvenientia suo loco notabuntur. *Boerhaave* II. 123. *Linnæus* n. 29. *Rajus* 1128. 1180. *Clusius* 209. Libr. II. *Chabræus* 240. *Lugdun.* 1609.

Die Iris ist eine Pflantze mit einer einfachen regulairen, einblätterigten Blume, mit einer dreyjährigen Saamen-Capsel. Oder nach Tourneforts Beschreibung, ist es eine Art Pflantzen, mit einer Lilien-förmigen, einblätterigten Blume, die unten, wo sie anfänget, Trichter-förmig ist, oben aber sich in sechs Theile ausbreitet, wovon drey aufwärts, drey aber unterwärts stehen. Der aus dem Grund der Blumen hervortrettende Stempffel hat drey Blätter, welche gewölbet, und auf den abwärts hangenden Blumen-Blättern in Gestalt eines Gaums liegen. Der Kelch wird aber hiernechst zu einer länglichten, in dreyfache Spitzen voneinander fallenden und in drey Fächer sich vertheilenden Frucht, welche bald mit rundlichten, bald flachen Saamen angefüllet ist. Es hat die Iris fleischigte, länglichte, kriechende, ohne Haut seyende, riechende Wurtzeln, welche entweder knolligt, oder zwiebelicht sind. Die Blätter sehen aus als am Schwertel, sind aber grösser, breiter, und fetter. Die Blumen kommen gleich weit voneinander an den Stengeln, und haben mancherley Farben, denn es sind weisse, blasse, gelbe, purpurfärbige, oder Himmel-blaue, durch welche mannigfaltige Vermischung der Farbe einige einen Regenbogen vorzustellen scheinen. Sie haben vielen, rundlichten, grösseren Saamen, welcher in einem häutigen, länglichten Saamen-Behältniß, das in drey Capseln oder Fächer getheilet ist, lieget. Der übrige bey so vielen veränderlichen Orten vorkommende Unterscheid wird an gehörigen Ort angebracht werden.

NOTA I. Iris à cœlestis arcus similitudine nomen accepisse fertur: *Dioscor.* Variæ in tanta Iridis varietate obtinent divisiones & subdivisiones: sunt autem 1) vel nostrates vel peregrinæ. 2) Pro foliorum diversitate vel latifoliæ vel angustifoliæ. 3) A florum diversissimo colore. 4) Ab earundem forma, magnitudine, viribus, & odore. 5) à patria, quarum alphebetarium, eumque satis numerosum numerum dedit Heße neue Unterweisung zu den Blumen-Bau P. II. p. 105. Pro radicis differentia vel tuberosæ vel bulbosæ. Observante enim *Nebelio* ad *Ammannum* p. 171. ex *Hermanni* Fl. L. B. p. 252. ff. sunt radice vel tuberosa, geniculata & crassiori, foliis ensiformibus latioribus, qualis est Iris vulgaris, sylvestris & hortensis, palustris lutea, ac fœtida seu Xyris, nec non Susiana: vel tenuiori tam tuberosa, quam fibrosa, foliis angustioribus, gramineis accedentibus, uti Chamæiris: vel ex duobus aut tribus oblongis tuberculis, quasi bulbulis conflata; foliis angulosis & canaliculatis, uti Iris tuberosa & Syssirhichium.

Iris scheinet den Nahmen von der Gleichheit ihrer Farbe mit denen, die man an dem Regen-Bogen wahrnimmt, empfangen zu haben. Diese so mannigfaltig miteinander vermengte Farben haben zu mancherley Eintheilungen Gelegenheit gegeben. Sie sind 1) entweder einheimische oder frembde. 2) Entweder schmahl oder breitblätterigt. 3) Von der mannigfaltigen Veränderung der Farbe bey den Blumen. 4) von ihren Ort. 5) Haben entweder knolligte oder Zwiebel-förmige Wurtzeln. Nach D. Nebels Anmerckung haben sie entweder eine knolligte, in Gleichen abgetheilte und dickere Wurtzel mit Schwerdt-förmigen, breiteren Blättern, als die gemeine Iris, ingleichen die wilde, und Garten-Iris, die gelbe, Wasser-Schwerdtel, auch die stinckende, Xyris genannt, ingleichen die Susianische: oder sie hat eine dünnere sowohl knolligte als mit Fäsern besetzte Wurtzel, und schmählere, dem Gras fast ähnlich kommende Blätter, wie die Chamæiris, oder niedrige Iris: oder sie bestehet aus zwey oder drey länglichten Knollen oder gleichsahm Zwiebeln,

beln, und hat eckigte, und als ein Canal ausgehöhlte Blätter, wie die Iris tuberosa, und die jenige, welche Syfinrhichium genannt wird.

NOTA II. Iris nec enneapetalo gaudet flore, quod *Rajus* contendit, nec hexapetalo, quod *Tournefortius* largiri videtur, sed monopetalo, eodemque regulari, juxta Canonem *Rivini*: quorum flos non decidit, sed supra fructum deficcatur, ea pro monopetalis sunt habenda, pariter nec illud placet, quod *Tournefortius* Irides radice bulbosa appellet Xiphia, Irides vero radice tuberosa Irides κατ' ἐξοχὴν nominandas existimet: propterea enim quod, qua radice tantum differunt, flore autem & fructu conveniunt, diversa notione non sunt separanda, illud insuper mirari subit, quod, cum Xiphion & Gladiolus ejusdem significationis voces sint, nec aliter differant, quam quod altera Græca sit, altera Latina, eas diversorum fecerit generum nomina. *Heucherus* p. 11.

Es gibt Rajus die Iris für eine neunblätterige Blume aus, und Tournefort gestehet, daß sie sechs Blätter habe, allein sie ist in der That nur einblätterigt, und zwar regulair: Denn nach Rivini Grund-Satz sind die jenigen für einblätterigt zu halten, deren Blume nicht abfällt, sondern auf der Frucht vertrocknet. Ferner gefällt Herrn D. Heucher auch gar nicht, daß Tournefort die Iris mit einer Zwiebel-förmigen Wurtzel Xiphion, die Iris aber mit einer knolligten Wurtzel ins besondere Iris nennet; denn über dem, daß die jenigen Pflantzen, die zwar nach der Wurtzel unterschieden, jedoch nach der Blume, und Frucht übereinkommen, durch besondere Kennzeichen nicht sollen getrennet werden, so muß man sich verwundern, daß er aus Xiphion und Gladiolus, die beyde doch einerley heissen, nur das Xiphion im Griechischen, und Gladiolus im Lateinischen ein Schwerdtel bedeutet, besondere Geschlechts-Nahmen gemachet hat.

NOTA III. Fructificatio Iridis, quamvis omnibus haud eadem sit, *Raji* tamen verbis sic describi potest: Ab uno cespite plura & erecta erigit diversæ longitudinis folia, & latitudinis rectivenia, inferius in radicum capitibus conjuncta, ceu ex omnibus unum fiat, & sibi invicem inserta, singulorum aperto & inciso ventre seu carina alterius dorsum excipiente, superius vero alæ modo in longitudinem explicato, & in mucronem gladii figura desinentia: e quorum medio caulis exsurgit diversæ altitudinis, rectus, teres, glaber, plerumque cinereo polline conspersus, facile abstergentibus cedente, quinque aut sex geniculis interceptus, ex quibus singula exeunt sine pediculo caulem amplectentia folia, inferioribus eo minora, quo summitati propinquiora, in tres nonnunquam vel quatuor ramos divisus. Flores in summitate post medium veris per intervalla erumpunt, primum convolutis in turbinem membranis paulatim se in novem folia (seu partes) explicantibus: ex his tria inferiora digitali plerumque sunt longitudine, circa exortum angusta, reliqua sui parte uncia multo latiora, deorsum reflexa, linguæ figura &c. Adhæret iis in interiori sinu, media folii parte, per longitudinem exporrecta lanugo; oblongis pilis inferius albis, summa parte luteis composita. Lanuginem cujusque folii aliud parvum obtegit folium, in summitate in duas partes dissectum, ab utroque latere herbacei vel alii coloris, in medio exstante dorso: reliqua tria folia, & ipsa linguæ aut cochlearis formam habent: primis tamen latiora & paulo breviora existunt, & sursum reflexa junguntur: Triduum vel quatriduum durare solet vel diutius pro aeris constitutione, deinde contrahitur, & decidit, inferius oblongum & sexangularem folliculum relinquens, intus in tria loculamenta interseptum, in quibus rotunda sunt, & oblonga semina. Radicibus nititur multis iris tuberosa, bulbosa autem bulbis.

Der Wachsthum der Schwerdt-Lilien ist zwar bey so vielen Gattungen sehr unterschieden, doch kan er nach Raji Beschreibung der gemeinen Iris also vorgestellet werden: aus einem Wasen kommen viele, und gerade aufstehende Blätter von verschiedener Höhe und Breite, deren Adern in gerader Linie fortlauffen, unten her an der Wurtzel also zusammen kommen, als wann es nur ein Blat wäre. Diese Blätter stehen mit dem Rücken eins in dem andern, oben her aber breiten sie sich als Flügel aus, und gehen spitzig als ein Schwerdt zu; aus deren Mitte treibet der Stengel, einige aber haben gar keine Stengel, von unterschiedlicher Grösse, der ist rund, gerade, glatt, mehrentheils mit aschgrauen Staub, der sich leicht abwischen lässet, bestreuet, in fünff biß sechs Gelencke abgetheilt, aus welchen besondere Blätter ohne Stiel hervorkommen, welche den Stengel umschliessen, die je höher sie kommen, desto kleiner sie werden, und mehrentheils drey bis vier Aeste schiessen. Die Blumen treiben etwan in der Mitte des Frühlings eine nach der anderen auf den ober-

sten

sten Spitzen der Stengel, sind erst in einer Haut eingewickelt, und brechen aus derselben in 9. Blätter oder Theile aus. Die drey unteren sind fast Fingers lang, unten enge, oben her etwas breiter, die oben auf denselben in Gestalt einer Zungen liegende haben mancherley Farbe. An denselben hänget in dem inneren Schooß in der Mitte des Blates nach der Länge ein aufstehender Streiff von zarten Haaren, die unten weiß, oben her aber meistens gelb sind. Die oberen gerade aufstehende Blätter haben ebenfals die Gestalt einer Zunge oder eines Löffels. Sie pflegen nur 3. bis 4. Tage zu blühen, nach dem das Wetter ist, ziehen sich hernach zusammen, fallen ab, und hinterlassen einen rundlichten, sechseckigten Balg, der in drey Fächer abgetheilet, und runden länglichten Saamen enthält. Die knolligte Iris hat grosse und viele Wurtzeln, die zwiebeligte aber Zwiebeln.

NOTA IV. Von den Gärtnern werden die 9. Blätter oder Iris mit besondern Nahmen benennet: der obere Theil der drey Blätter, die sich biegen, und gegen der Erde hangen, werden von den Frantzosen Mentons oder Kinne genannt. Die drey so diesen am nächsten, und deren Spitze über sich stehet, Langues, oder Zungen, und die drey obersten, welche über die anderen hinaus gehen, und die Blume formiren, heissen Etendarts, Fähnlein, oder Voiles, Segeln. Es ist zu mercken, schreibt Heß, daß jede Zwiebel-Viol-Wurtz, an einem jeden kleinen schmahlen Blat, und in der Mitte eines jeden Kinns ein ziemlich breites gelbes Zeichen habe, so man Ecusson jaune, oder einen gelben Schild nennet.

IRIS PALUSTRIS LUTEA, SEU ACORUS ADULTERINUS, Glayeul, Wasser-Schwertel. Siehe die 606. Kupffer-Platte. l. b.

Acorus adulterinus. Iris in maritimis crescens &c. C. B. P. 34. n. 2. Acorus vulgaris. *Flora Ulm.* Iris palustris, flore luteo, monopetalo, liliaceo, folio ensiformi, radice tuberosa. *Tourn. Alsat.* 38. J. B. 2. 732. La flambe, bastarde Glayeul de marais. *Gall.* Geelliſch. *Belg. Lugd.* 1618. *Dillenius* 79. *Ruppius* 26.

Acorum adulterinum iridis palustris luteæ esse speciem, affirmat *Ammannus* p. 247. Est igitur pseudo acorus planta foliis Iridis, longioribus, & angustioribus, dorso aliquantulum utrinque exstante, ensis figura: caulibus glabris, rotundis, cavis, nonnunquam bicubitalibus, in quorum cacuminibus flores multi exeunt lutei, foliolis ternis deorsum vergentibus, ternis aliis multo minoribus & surrectis. Siliquæ crassæ succedunt triangulares in quibus semina multa simul compressa, ordine digesta, plana, cartilaginea, lentibus majora: radices obliquæ, longæ, geniculatæ, cirrosæ, in propagines divisæ, pallide rubentes, gustu adstringentes, odorem tota herba non spirat. Sapore autem flos est fervidissimo, non quidem primo occursu, verum paulo post fauces omni pipere ardentius urit. Perennat. Floret Majo & Junio. Nascitur in palustribus locis, humidis & riguis tractibus, Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Belgioque familiaris. *Lugd.* 1619. *Rajus* L. XXI. p. 1186. conf. *Ruppius* p. 26.

JUNIPERUS ἄρκευθος, ἄρκευθος. *Græc.* Ginepro. *Ital.* Enebro. *Hisp.* Zimbro. *Portug.* Genevre, Genevrier. *Gall.* Junipertre e. *Angl.* Geneure boom. *Belg.* Enebaer, Eenbaer traee. *Dan.* Moydewelnick. *Mosc.* Jalowiec. *Pol.* Egli. *Lituan.* Jaloweck, Jalowack. *Bohem.* Teviskes ferigo *Hung.* Stech-Baum, Steck-Baum, Wachholder-Baum, Krammet-Baum, Machandel, Jachandel, Kattick-Baum, Knirck. *Germ.*

CHARACTER. Juniperus ad arbores bacciferas pertinet, & quidem quarum fructus à floribus sunt sejuncti, foliis angustis perpetuis. *Rajus* 1418. Seu ad plantas flore imperfecto stamineo. *Rupp.* 271. Habitus Juniperi est fruticosus, vel arboreus mediocris. *Volckam.* 235. Est autem Juniperus Plantæ genus flore amentaceo, plurimis nempe foliolis apicibus donatis, constante, sed sterili: fructus autem seu baccæ ossiculis turgent, semine fœtis oblongo.

longo. *Tournefort.* 588. Folia plana, acuta, terna, semper in eodem ambitu caulium alternè sic posita, ut apicem ramuli cujusque intuenti sena appareant. *Boerhaav.* II. 208. Seu ex notis generalibus & specialibus *Volckameri* 235. sunt semina quaterna, quina, pericarpio carnoso, sicciori, rotundo inclusa. Flores staminei, farina lutea scatentes, à fructibus penitus remoti. Folia angusta, acuminata, pungentia, perpetuo virore nitentia, &c. Baccæ sunt parvæ, rotundæ, virides initio, per maturitatem nigræ, odoratæ totæ, ut lignum totum, gustui primum subdulces, dein amaræ. Floret Majo (si pulverem luteum hoc mense ex ipsa excitatum florem dicere velis) Baccæ Septembri secundi anni matuescunt, sed in eadem Junipero baccæ maturæ, immaturæ, minores, majores simul reperiuntur. Montes amat Juniperus & loca arenosa, & in planis nasci recusare solet. Reliqua sub titulis suis comparebunt.

Wacholder- oder Kramet-Baum gehöret zu den Beeren tragenden Bäumen, deren Früchte von den Blumen entfernet sind, mit schmahlen, beständig grünenden Blättern, oder zu den Pflantzen, die eine unvollkommene Kätzel-Blume tragen. Die gantze Gestalt siehet einer Staude oder ziemlich mittelmäßigen Baum gleich. Es ist aber die Kramet-Staude oder Baum eine Art Pflantzen mit einer kätzelichten Blume, die aus sehr vielen kleinen Blättern, mit Knöpfgen versehen, bestehet, welche aber unfruchtbahr ist. Die Früchte aber sind Beeren, die kleine Steinlein haben, und mit länglichten Saamen angefüllet sind. Die Blätter sind flach, scharff, stehen drey und drey bey einander, und sind vielmehr Dornen, die beständig grüne verbleiben. Es finden sich vier biß fünff Saamen-Körner, in einer fleischigten, trockenen, runden Beere eingeschlossen. Die Blüten sind kleine Kätzlein, aus welchen ein mehligter gelber Staub flieget, welche aber keine Früchte geben. Die Früchte oder Beeren sind klein, rund, anfänglich grün, wenn sie reiff werden, schwartz, riechen wie das gantze Holtz wohl, sind anfänglich von süssem, hernach etwas bitteren Geschmack. Sie blühen im May, woferne man anders den gelben Staub, welchen sie in diesem Monath von sich werffen, Blüthe nennen kan. Die Beeren werden (gemeiniglich im andern Jahr) im September reiff. Doch finden sich an einer Staude reiffe und unreiffe, grosse und kleine Beeren. Man findet die Krammet oder die Wacholder in Wäldern meistens auf Bergen und sandigten Orten, denn er wächst eben nicht gern auf ebenen. Das übrige wird bey den besonderen Gattungen vorkommen.

NOTA. Juniperum dictam putant, quod iuniores & novellos fructus pariat antiquis matureſcentibus: solam enim ferè arborum fœtus suos in biennium prorogare ajunt, quidquod fructus trium annorum nonnunquam in illis reperiri affirmat *Rajus* 1412. Juniperi genera sunt duo: altera major, altera minor. Vulgaris nostra minor est arbuscula aut fruticis magnitudine, ramis obductis cortice tenui & membranoso, qui sponte rumpitur & dehiscit. Major arboris assequitur altitudinem, solaque altitudine differunt. *Lugd.* 66. *Clusius* 37. Est præterea Juniperus duplicis generis, altera fert sola stamina, altera vero embryones & baccas, quarum prior sterilis audit, altera autem baccifera. *Rupp.* 271. hæc mas, altera fœmina appellitari solet. Cuidam etiam spina pro folio est. *Chabræus* 72. Arboreſcentis Juniperi magna copia est in Norvvegia, cujus baccæ bonitate & magnitudine reliquas superant. *Pauli* 536. Adeoque proceræ evadunt in Hispania circa Segoviam, ut ex earum materia trabes & contignationes incolæ sibi fabricent. *Lugdunenſis* 67. confer *Dioſcoridem* Libr. I. c. 87. denique est vel exotica vel nostras.

In der Lateinischen Sprache hat Juniperus daher seinen Nahmen, weil er neue Beeren träget, wann die alten noch daran sitzen: denn man sagt, daß dieses der einige Baum sey, welcher biß ins andere Jahr seine Früchte behält, ja so gar hat man bemercket, daß bey einigen die Früchte bis ins dritte Jahr hängen bleiben. Weil die Krammets-Vögel diesen Beeren so sehr nachtrachten, so heissen sie davon Krammet-Beeren. Es sind zwey Geschlechte davon, das grössere und kleinere. Die kleinere Gattung ist unsere gemeine Krammets-Staude, dessen kleine Aeste mit einer zarten und häutigen Rinde überzogen sind, die von selbst berstet, und sich voneinander thut. Die grössere Gattung wird so hoch als ein Baum, jedoch sind beyde Arten nur nach der Höhe unterschieden. Uberdem bemercket man noch einem Unterschied, die eine Gattung träget bloß Blumen oder die Kätzeln, die andere aber hat Frucht-Ansätzlinge und Beeren, jene ist unfruchtbahr, diese aber fruchtbahr. Jene heisst das Männlein, diese das Weiblein. Von denen bäumigten Krammet ist in dem

König-

Königreich Norwegen eine grosse Menge, und die Beeren übertreffen auch an Grösse und Güte alle andere. In dem Königreich Spanien um die Stadt Segovien werden diese Bäume so groß, daß man Balcken und Sparren daraus hauen kan. Schließlich ist auch der Unterscheid in einheimische und ausländische zu bemercken.

In metam fastigiatam sua sponte excrescit hæc arbor Junipero vulgari tam facie quam viribus similis. Est vero foliis angustioribus, tenuioribus, in rigidas & leviter pungentes cuspides definentibus, denso elegantique ordine ramulos ambientibus, superne glaucis, infernè hilari, perpetuo virore nitentibus. Flores fert exiles & amentaceos, purpurò croceos. Baccas rotundas Avellanæ magnitudine, ex fusco phœniceas, squamatis aliquot tuberculis obsitas, in quibus tres quatuorve anguli arilli ritu congenerum continentur. Feliciter propagatur per submersionem, circumpositionem, per ramulos avulsos & terræ infixos, ex *Hermanni* Catalogo. *Rajus* 1414. Patria Insulæ sunt Bermudenses.

Dieser Baum wächst von selbst als eine spitzige Seule oder Ziel zu, und ist den gemeinen Wachholder an Gestalt und Kräften ähnlich. Die Blätter sind schmähler und zärter, und haben starre etwas stechende Spitzen, welche gantz dicht und schön um den Baum herum stehen, obenher gräulicht, untenher aber schön hellgrün, und beständig grünend. Die Blühte ist gar klein, als Würstel, und Safran röthlicht. Die runden Beeren sind in der Größe als eine Hasel-Nuß, bräunlicht-roth, mit einigen schuppigten Erhöhungen versehen. Man vermehret ihn durch umsetzen und einlegen, oder durch die abgerissene und verpflantzte Aeste.

JUNIPERUS VIRGINIANA. Siehe die 615. Kupfer-Platte l. b.

Præcedenti forma & crescendi modo respondet. Ast folia edit angustiora, molliora & omnino viridia. Eandem exigit culturam, quam præcedens. Ex his perspicio, inquit *Rajus*, Juniperum Bermudianam majori Europææ seu Oxycedro respondere, ideoque non temere aut imperite nomen Cedri illi inditum; Virginianam autem Junipero vulgari minori, ut ex baccarum utriusque colore & magnitudine patet &c.

Die Virginianische Krammet-Staude ist der Bermudischen an Gestalt und Art zu wachsen gleich. Sie hat aber schmählere, weichere, und durchaus grüne Blätter, fordert auch eben die Pflege und Warte. Hieraus sehe ich, saget Rajus, daß die Bermudische der Europäischen grösseren, oder den Oxycedro gleich komme, und ihr der Nahme einer Ceder nicht unrecht beygeleget sey. Die Virginische Krammet aber kommt unserer gemeinen kleineren gleich, wie aus der Farbe und Grösse beyder Beeren erhellet.

JUNIPERUS MAJOR, Genevrier, Krammet-Baum. Siehe die 615. Kupffer-Platte l. c.

Juniperus major Monspelienſis *Lob.* Juniperus major bacca rubra. I. B. Juniperus major bacca rufescente C. B. P. 489. Cedrus Phœnicea. *Bellon.* Gignitur in asperis Galliæ Narbonensis. Frigoris apud nos impatiens ad hibernacula transfertur. *Volck.*

Diß scheinet Oxycedrus des Clusii zu seyn p. 39. welcher der gemeinen Krammet-Staude gleich ist, und eben einen solchen verdrehten Stamm hat, bisweilen wird er so hoch als ein Bäumlein mit einer zarten und röthlichten Rinde; die Blätter sind wie an der gemeinen Krammet-Staude, doch etwas länger, und stehen nicht so dichte, allemahl drey und drey. Die Frucht ist erst grün, hernach gelb, und wann sie reiff wird, roth, gröſſer als die ordinairen Krammet-Beeren, und zuweilen so groß als eine Hasel-Nuß, nebst einigen fast schuppigten Beulen oder Knollen enthalten, auch drey bis vier ungleiche Kerne. Von diesen hat Clusius in Spanien die grosse Gattung gesehen, daraus man Balcken und Sparren machet.

JUNIPERUS MINOR MONTANA LATIORE FOLIO, Krammet-Staude. Siehe die 615. Kupffer-Platte l. d.

Juniperus minor montana folio latiore, fructuque longiore. C. B. P. 489. III. Juniperus alpina *Clusii* p. 38. quam in Austriacarum alpium quibusdam jugis primum observavit.

Diese Staude wird Ellen hoch, liegt aber fast auf der Erde, und hat viel dickere und kürtzere Aeste als die gemeine, die über dem zähe, nicht leicht zerbrechlich, und verdreht sind. Die Blätter sind breiter, kürtzer, dicker, doch stehen sie eben wie die gemeine. Die Frucht scheinet etwas länger, nach dem Geschmack ist sie eben so wie die gemeine.

JUNIPERUS VULGATIOR, Genevre, Wachholder-Baum. Siehe die 615. Kupffer-Platte l. e.

Juniperus vulgaris fruticosa C. B. P. 489. Juniperus baccifera. *Tabernæm.* Juniperus

rus vulgaris baccis parvis purpurea. J. B. I. 293. Floret Junio in ficcioribus & arenosis. Perennat, & semper viret. Communiter vocatur Juniperus mas. Hæc baccas fert nullo prævio flore. Eadem est fœmina, quæ flores fert amentaceos, seu staminеos, pulverulentos, nullo subsequente fructu. Pulverem hunc luteum subtilissimum *Rajus* credit vicem sustinere seminis, quod mediante aere transferatur ad bacciferum, & quidem caliculos ejusdem, quos fructui ferendo idoneos reddat. *Volckamerus* 234. Rajus 1411.

Diß ist die gemeine Beeren-tragende Wachholder- oder Krammet-Staude. Sie blühet im Junio an trockenen und sandigten Orten. Sie bleibt, und ist beständig grün. Sie wird insgemein das Männlein genannt, und trägt Beeren ohne vorhergängiger Frucht. Das Weiblein ist eben dieselbe Staude, welche aber Kätzel-Blumen trägt, diese haben vielen Staub, jedoch keine Früchte. Rajus meinet, dieser Staub vertrette die Stelle eines Saamens, der durch die Lufft geführet an die Beeren-tragende sich ansetze, und die Frucht zu bringen geschickt mache.

Usus Medicus.

Juniperi vulgaris Baccæ, Lignum, Cortex atquæ Gummi, (de quo mox) usui salutari inserviunt. Baccæ calidæ sunt tertio & siccæ secundo gradu. Lignum calefacit & siccat tertio gradu. Utrumque multum continet Olei & Salis essentialis. Baccæ incidunt, discutiunt, aperiunt, attenuant, roborant, quarum usus præcipuus est in cienda urina, sudore, obstructis mensibus, in effectibus capitis, lienis, nervorum, pectoris. Flatulentias resolvunt, stomacho prosunt, & ut Cedrus, quæ veteribus cum Junipero unum, idemque vegetabile sunt, ad vitam longam faciunt, hinc in affectibus catharralibus, & chronicis senum percommodæ sunt, dum digestionem ventriculi juvant. Obtinent insignem usum pestis tempore qui frequens quoque, dum hic Ratisbonæ A. 1714. grassabatur, extitit. Polychrestæ omnino baccæ sunt, purissimum & balsamicum continent oleum, quare multis iisque gravissimis opponuntur morbis. Promovent etiam sanguinis circulationem, & multum illi attenuando inserviunt; adhibentur in Tussi pertinaci, Ictero, Hydrope, Colica, Calculo. Baccæ eædem in cibis esitatæ stomacho frigido utiles sunt, pituitam in illo digerunt & exsiccant, venenumque à corde repellunt, suntque demum, judice Trago, Pipere salubriores. Notabile est, quosdam baccas has tostas & in pulverem conversas ad instar Coffeé præparare, & calculo laborantibus pro potu suadere. Externè iis utimur in suffimigiis. Lignum præcipue ob suaveolentiam commendatur, præsertim si Majo mense cædatur, unde incensum ad aerem emendandum, & odores noxios, aut contagiosos arcendos etiam suffumigatur. Ejusdem rasura non sine causa in Cucuphis adhibetur, quippe cephalicam obtinet virtutem. Hoc etiam lignum usu & efficacia non cedit ligno Guajaci, & Sassafras, ut commode in horum locum possit substitui. Quare omnibus exoticis præferendum. Prostat in officinis 1.) Aqua Juniperi ex baccis 2.) Oleum baccarum Iuniperi 3.) Oleum Ligni Juniperi 4.) Spiritus Juniperi per fermentationem ex baccis paratus 5.) Rob Juniperi 6.) Elixir Juniperinum 7.) Sal Juniperi.

Von der gemeinen Krammet-Staude sind die Beeren, das Holtz, die Rinde, und Gummi in den Apothecken befindlich. Die Beeren sind warm im dritten, und trocken im andern Grad. Das Holtz wärmet und trocknet im dritten Grad, beyde enthalten viel Oel und Sal essentiale. Die Beeren lösen auf, vertheilen, eröffnen, verdünnen und stärcken. Man braucht sie vornehmlich den Urin, den Schweiß, die verstopffte monathliche Zeit zu befördern: ferner in Schwachheiten des Haupts, der Nieren, der Leber, der Brust. Sie treiben die Winde, sind dem Magen gut, und erhalten ein langes Leben; folglich braucht man sie auch bey Catharren und langwierigen Kranckheiten der Alten, indem sie die Verdauung ungemein befördern. Sie sind zu Pest-Zeiten von sonderbahren Nutzen, welchen man auch allhier in Regensburg bemercket, da die Pest A. 1714. hefftig grassiret. Diese Beeren sind ein rechtes polychrest-Mittel, indem sie ein reines balsamisches Oel bey sich haben. Dahero sie bey vielen und hefftigen Kranckheiten dienlich sind. Sie befördern auch den Umlauf des Geblüthes, und dienen sehr dasselbe zu verdünnen; man braucht sie auch in der Gelbsucht, anhaltenden Husten, Wassersucht, Colic und Stein. Isset man sie in den Speisen, so thun sie den erkälteten Magen gut, zertheilen und verzehren den Schleim, treiben das Gifft von Hertzen, und sind auch nach Tragi Urtheil gesünder als der Pfeffer. Einige rösten und verbrennen sie, und bereiten das gemahlene als Coffée, welche sie in Stein-Schmertzen recommendiren und trincken lassen.

Aeusserlich

Aeusserlich braucht man sie zum räuchern. Das Holtz ist besonders wohlriechend, vornehmlich wenn man es im May hauet, und brauchet man es gleichfalls damit gegen böse Lufft zu räuchern, und schädliche Dämpffe zu vertreiben. Das geschabte Holtz brauchet man nicht ohne Ursache zu Haupt-Küssen, weil es dem Haupte sehr gut ist. Es gibt das Holtz dem Frantzosen-Holtz, Sassafras, und anderen frembden Höltzern an Krafft und Würckung nicht nach. Man hat in den Apothecken 1.) Wacholderbeer-Wasser, 2.) Wacholderbeer-Oel, 3.) Wacholderholtz-Oel, 4.) Wacholder-Spiritus, 5.) Wacholder-Muß, 6.) Wacholder-Elixir, 7.) Wacholder-Saltz.

Juniperus resinam circa ramulorum emittit nodos sive gummi seu lacrymam Thuri, Mastichive persimilem, quæ Vernix sicca, Gelatina, Gluten, germanice **trockner Firniß** appellatur. Num Vernix à Vernstein seu Bernstein, succino Germanorum originem ducat, legere licet apud *Lugd.* 64. Gummi hoc *Sandaracha* Arabum in officinis dictum substantia est resinosa, arida, friabilis, pallidè flavescens, in guttas concreta, saporis resinosi, calidum & siccum primo & secundo gradu, ususque est præcipui in nervorum affectibus, resolutione, & frigiditate, valet ad ambusta, dolores & tumores hæmorrhoidum, sanguinem undiquaque fluentem sistit, ulcera putrida curat, cruditates ventriculi emendat. Vernix liquida, quæ ex Gummi Juniperino, & oleo terebinthinæ conficitur ad illustrandas picturas, ad nitorem ferro conciliandum, ad tectoria, tabularia, mensas &c. oblinendas, ad chartam colliniendam & multis aliis in rebus adhibetur. Liquor ex fungis seu spongiis Juniperi exilibus sponte resolutis in sole & acervo formicarum summè utilis est in affectibus oculorum, imo etiam pro specifico antiparalytico habetur. *König* 256. *S. Pauli* 526. *Schrœderus. Tabernæm. Dale* 360. *Zornius. Valentini.* 274.

Aus den Knoten der Wacholder-Staude fließet ein Gummi oder ein Hartz, welcher auf teutsch trockner Fürniß genennet wird, in den Officinen aber Sandaracha Arabum heißet. Die ist eine holzige, trockne, lockere, blaßgelbe Substantz, die als der Mastix in kleine Kügelgen oder Stücke sich zusammen gesetzet, und von hartzigen Geschmack ist. Es ist warm und trocken im andern und dritten Grad. Es thut in Contracturen gute Hülffe, stärcket die Schwachheit der Nieren, die von Erkältung entstanden; dienet in Brand-Schaden, wenn man es in Lein-Oel zerlässet, in der guldenen Ader, in stillung des Blutens, in heilung fauler Geschwüre, und Reinigung des Magens von den Cruditäten. Wenn man diß Gummi in Terpentin- oder Lein-Oel zerlässet, so wird daraus der Fürniß, womit man die Gemählde überstreichet, das Eysen für den Rost bewahret, Getäffel, Tischwerck anstreichet, Papier und Bücher illuminiret, und dergleichen. Der Wacholder-Schwamm, und der Safft, welcher daraus fliesset, so er in der Sonne in einem Ameißen-Hauffen geläutert wird, ist ein trefflich Augen-Medicament, und wird gegen die Lähmungen gantz besonders gerühmt.

Usus Domesticus.

Ex ligno torno noduli expoliuntur, pestis tempore spongiis implendi & aceto rutæ aut ejusmodi inficiendi, ut illorum odore à peste præservemur. Ex iisdem vinum adustum præstantissimum paratur. Suffimigiis domesticis inservit. Lapponii baccarum Juniperi decoctiones, uti supra dictum, bibunt, quemadmodum nos Caffee atque Thee. Chymistæ asseverant carbonem Juniperinum accensum ac suo cinere obrutum, ignem integro anno fovere. *Rajus.*

Aus dem Wachholder-Holtz werden Kügelgen gedreht, die man in einen Schwamm mit Rauten-Eßig stecket, und dadurch sich gegen die Pest præserviret. Man brennet aus denselben sehr guten Brandwein. Besonders räuchert man damit. Die Lappländer kochen die Beeren, und brauchen den Tranck, wie oben gedacht, als wir den Thee und Caffe. Die Chymici sagen, daß eine Kohl aus Wachholder-Holtz mit Wachholder-Asch bedecket, ein gantzes Jahr hindurch glühe.

Ende des Buchstabens I.

KALI.

KALI.

KALI & Alkali, plantam denotans salsam à Mauritanis ad nos delatam. Salsola. *Ital.* Soude. *Gall.* Glasvvort. *Angl.* Kali. *Belg.* Vecta Sparges. *Dan.* Solankä. *Polon.* Kali, Saltz-Kraut, Gras-Schwaltz. *Germ.*

CHARACTER. Kali nomen multis, & quidem genere diversis tribuitur plantis, qua de re in nota. Pertinet autem Kali ad plantas flore imperfecto conglomerato gaudentes. Est vero plantæ genus flore rosaceo, (juxta Tournefortium) plurimis scilicet petalis in orbem positis constante: ex cujus meditullio surgit pistillum, quod deinde abit in fructum ferè globosum, membranaceum, singulari semine foetum, cochleæ ad instar intorto, & plerumque petalis floris obvolutum. *Tournefort.* 247. Vulgare Kali planta est bicubitalis, latè se pandens, nullis spinis horrens, intensè rubens, aliud albicans, divisa in ramos rectos, crassiusculos, cubitales, in quibus folia, infima quidem palmaria, angusta, pinguia: superiora vero minora, breviora, incurva, ex lato principio in mucronem ferè desinentia, juxta quæ veluti capitula, in quibus semina limacibus sive cochleis similia. Sapor totius plantæ salsus atque ingratus, in Gallia, Italia, Transylvania, nec non in nonnullis Germaniæ superioris locis provenit & studiosè colitur; in septentrionalibus autem locis minus obvium. *Chabræus* 542. *Boerh.* II. 93.

Der Nahme Kali wird vielerley, und zwar gantz nach dem Geschlecht unterschiedenen Pflantzen beygeleget. Man rechnet aber das gemeine ordentliche Kali zu denjenigen Pflantzen, die eine unvollkommene zusammen gewundene Blume haben, oder wie Tournefort vielmehr will, so ist es eine Art Pflantzen, mit einer Rosenförmigen Blume, nehmlich die aus vielen im Creyß stehenden Blumen bestehet, aus deren Mittel ein Stempffel hervorkommt, welcher hernach zur Frucht wird, die fast rund, häutig, und mit gantz besonders gestalteten Saamen angefüllet ist, denn er ist als eine Schnecke gedrehet, und mehrentheils mit den Blumen-Blättern verhüllet. Das gemeine Kali ist eine zwey Ellen hoch wachsende Pflantze, (sonderlich wann sie gebauet wird) welche sich weit ausbreitet, keine Dornen hat, ziemlich röthlicht oder auch weißlicht, in gerade Aeste getheilt, die ziemlich dick, und Ellen lang, an welchen die unteren Blätter zwar Hand hoch, schmahl und fett, die oberen aber kleiner, kürtzer, krumm, unten breit, und oben gantz spitzig zugehen, neben welchen die Saamen-Gefässe, in welchen ein Saame, als ein Schnecken-Häußlein gestaltet, lieget. Die gantze Pflantze hat einen saltzigen, widrigen Geschmack. Man findet sie in Franckreich, Italien, Siebenbürgen, auch in einigen Orten in Ober-Teutschland, gegen Norden zu aber gar nicht.

NOTA. Mauritani plantas quasdam Kali & Alkali vocant, ex quibus sal fit, salkali ab iis dictum. Tres hujusmodi congeneres maritimas recenset *Pena*, quæ Crithmum, inquit, repræsentare videntur, nulla tamen antiquis videtur, nota fuisse aut descripta: tantum abest, ut salkali, quod vocant, ex una istarum usta, & quod magis mirum est, fusa fieri noverint, vix taciturі, si sciviſſent. Quare ut nomen sic & plantam ipsam, & modum salis istius parandi videmur Græcis recentioribus, aut Philosophis Arabicis, Chimistis, & Hyalurgis debere. *Lugd.* 1377. Kali cognoscitur ab aliis plantis pentapetalis, monospermis, quod in singulis foliorum alis singulos flores producat, quibus succedit capsula membranacea & globosa, in qua latitat semen cochleæ instar contortum. *Knauth.* 202. A Kali autem dictitante *Tournefortio* 248. excludi debent. Kali geniculatum majus & minus album. semine splendente, minus villosum, Kali gramineo folio, & Crassulæ minoris folio; Kali etiam geniculatum. *Boerhaave* II. 94. sub titulo Salicornia descripsit, quippe cujus habitus aphyllos, & fructus vesica est monospermos.

Die Mauritanier haben einige Pflantzen Kali und Alkali genennet, aus welchen sie ein Saltz, das sie Salkali heissen, gemachet. Pena hat dreyerley Sorten davon, die am Meer wachsen, bemercket, und dem Crithmo ähnlich kommen, es scheinet aber nicht, daß sie den Alten bekannt gewesen, vielweniger, daß sie ein Saltz daraus zu brennen gewust. Weswegen wir sowohl den Nahmen, als die Kunst, Saltz aus dieser Pflantzen zu machen, den neueren Griechen, Arabischen Welt-Weisen, Chimisten und Saltzmachern zu dancken haben. Man unterscheidet die Pflantzen Kali, saget Knauth, von anderen fünffblätterigten und ein Saamen-Korn habenden dadurch, daß in jeglichen Flügeln der Blätter Blumen hervorkommen, auf welche eine runde, häutige Saamen-Capsel erfolget, in welcher ein Saame als eine Schnecke verborgen

borgen lieget. Nach Tourneforts Meynung muß man von dem Saltz-Kraut ausnehmen das weisse Kali geniculatum, sowohl gröſseres als kleineres, mit glänzenden Saamen, ingleichen noch andere: Indem das Kali geniculatum vielmehr Salicornia genennet, und von Boerhaave unter dem Nahmen Salicornia besonders vorgestellet wird, weil es gar keine Blätter hat, auch das Saamen-Gefäß vielmehr einer Blase ähnlich siehet.

KALI AIZOIDES CANARIENSE PROCUMBENS. Siehe die 616. Kupffer-Platte. l. b.

Kali Aizoides Canariense procumbens, Portulacæ pallescentibus, succulentis foliis, aspergine rorida perpetuo madidis, multos fert ramulos succulentos, rotundos, rubentes, ac ad terram reclinatos, qui foliolis ornantur copiosissimis, Portulacæ similibus, sed incanis, & quodammodo pilosis. Intra foliola hæc ad cauliculorum prædictorum divaricationes prodeunt flores absque pediculis immediate cauliculis affixi, imperfecti, seu staminei, ex viridi pallescentes, quinque laciniis divisi, quos marcescentes sequuntur capsulæ pentagonæ, depressæ, pluribus seminibus, minutissimis, subfuscis, splendentibus, refertæ. Perennat & semper viret, si ritè per hyemem in hibernaculo communi à rigidiori aura defendatur. *Volckamer.* 236. *Plucknet.* Phytographia T. 304.

Canarisches niedrig liegendes Saltz-Kraut mit blassen, safftigen Blättern, die mit einem nassen Thau beständig besprengt sind, hat viele safftige, runde, röthlichte, zur Erden gebeugte Aestlein, an welchen häuffige, dem Portulac ähnliche, aber graue, und einiger massen haarigte Blätter stehen. Zwischen diesen Blättern, oder wo die Aestlein sich theilen, kommen Blumen ohne Stiel, die unmittelbahr an den Zweiglein feste sitzen, welche sonst unvollkommen, oder fäserigt, blaß grün, und in fünff Ausschweiffungen getheilet sind. Nachdem dieselben verwelcket, folgen fünffeckigte flache Capseln, die mit sehr vielen, gantz kleinen, röthlichten, glänzenden Saamen angefüllet sind. Diese Pflantze perenniret, und bleibt beständig grün, wenn man sie nur in dem ordentlichen Winter-Haus gegen die rauhe Lufft, und Kälte aufbehält.

KALI FRUTICOSUM MINUS, staudigtes Saltz-Kraut. Siehe die 616. Kupffer-Platte. l. c.

An Kali frutescens, lignosum, flore muscoso, Rosmarini folio? *Bocco* Tab. 110. *Walterus* 29. An potius Kali fruticosum, toto anno folia retinens *Buxbaumii* Cent. I. p. 7. Tab. XI. fig. II.

KALI MINUS ALBUM, la Marie, Graß-Schmaltz. Siehe die 616. Kupffer-Platte. l. c.

Kali minus, album, semine splendente C. B. P. 289. Alcali minus. *Lugd.* Salsola quædam in maritimis. *Cesalp.* Idem esse videtur, quod Gallis *Blanchette*, quasi Kali album vocatur.

Dieses Glaß-Schmaltz ist das kleineste, es wächst nicht nur in warmen, sondern auch in den Nordischen Ländern, als in Engelland, Holland ꝛc. Man gebraucht es ebenfalls, Saltz daraus zu machen.

KALI SPINOSUM, Soude, Saltz-Kraut. Siehe die 616. Kupffer-Platte. l. d.

Kali spinosum, foliis crassioribus & brevioribus *Tournef.* 244. Tragus spinosus *Matthioli* sive Kali spinosum J. B. 3. 706. Salicornia spinosa *Buxbaumii* l. c. Tab. XII. quodammodo convenire videtur. *vide Rajus* 212. n. 2.

KALI SPINOSUM COCHLEATUM, dornigtes Schnecken-Kraut-Saltz. Siehe die 616. Kupffer-Platte. l. e.

Kali majus cochleato semine. Souda, Kali magnum. Kali spinosum longioribus & angustioribus foliis. C. B. P. 2. 89. Kali, sive Alkali Tragon. *Matthioli*, seu potius improbus Tragon.

KALI SEU VERMICULARIS MARINA ARBORESCENS. Siehe die 616. Kupffer-Platte. l. f.

Kali fruticosum, Hispanicum, capillaceo folio villoso. *Tournef.* 247. Kali vermiculatum, fruticans, minori folio, Hispanicum. Kali species sive vermicularis marina arborescens *Chabr.* 542. Fruticat maritimis Angliæ & Zelandiæ littoribus, cujus etiam datur varietas apud *eundem.*

Usus.

Summo studio apud Hispanos nonnullasque Galliæ nationes Kali seritur, salque ex illo conficitur. Ex Kali autem sic conficitur Sal alkali: Scrobiculo effosso prope mare transversim assulas ligneas imponunt, quibus super aggerunt cumulatim herbam kali, ex qua, accenso igne stillat in subjectum corbem liquor, qui tandem concrescens fit Sal alkali, coloris partim nigri partim cinerei, valde acre, cathæreticum, salsum. Et Saxum hoc Kali vocatum, vel Sode ad vitrum conflandum aptum in multas alias regiones exportatur. *Chabr.* 542. *Rajus* l. c.

Die Suda oder Soda ist ein graues Saltz, welches aus Spanien und andern Orten so hart als ein Stein in unterschiedener Grösse übersendet wird. Es wird das Kraut abgeschnitten, und als Heu getrocknet, hiernechst machen sie eine grosse Grube in der Erde, werffen dahin ein Bund dürres Kraut, das sie anzünden, und auf dieses mehr andere: wann diese recht und wohl entzündet, füllen sie die Grube gantz und gar mit solchen Bündeln an, verstopffen sie, wann sie voll worden, und lassens dergestalt eine Zeitlang beysammen, damit es nicht allein gantz zu Asche werde, sondern auch zusammen backe, und als ein Stein werde. Nach diesem eröffnen sie das Loch, und finden das Kraut verbrannt, und als einen harten Stein, den sie zerschlagen, und gleichwie die Steine aus den Stein-Gruben herauf hohlen müssen. Pomet 209. Zu Paris, schreibet eben derselbige, verkauffen wir vielerley Suda, welche die Alten Salicornia, Salicore und Salicota, ingleichen Alun Catin, Alumen Catinum genennet, darunter ist die erste und am meisten geachtete die Suda von Alicanten, die andere Suda von Cartagena, drittens die Suda von Bourde, welche nichts taugt, viertens die Suda von Cherburg mit den Zunahmen Vareq, welche gleichfalls eine betrügliche Waare ist. Die Alicantische Suda wird häuffig von den Glaßmachern zum Glaßmachen verbraucht, denn sie die Basis und das Grund-Stücke, sowohl zum Glase, als zu der feinen Schmeltze ist. Es brauchen sie ferner die Seiffensieder sehr, als welche das Saltz, welches sie hernach unter die weisse und marbrirte Seiffe thun, daraus ziehen, auch machen zu Paris die Wäscherinnen die Leinwand weiß damit. Man ziehet mit Wasser ein weisses Saltz aus der Suda, welches Salkali oder Alkali genennet wird, welches auch diesen Nahmen allein führen soll. siehe Pomet l. c. Es ist hiebey noch zu mercken Le sel de Verre von den Gewerckern Salin, und Ecume de Verre Glaß-Schaum, Glaß-Galle genannt, welches eine Feistigkeit ist, die auf dem Glase stehet, wenn es im Flusse ist. Dieser Schaum kommt sonst von nichts, als von der Suda, oder von der Asche, welche die Glasmacher zum Glas machen gebrauchen, denn die Kieselsteine, die sie dazu nehmen, geben keinen Schaum; die Glas-Galle brauchen die jenige, die den weissen Schmeltz bereiten, mit dem hernach die Töpffer glasuren. Unter diesem Glaß-Schmaltz findet sich noch ein anderer, der heisset Suif de Verre Glaß-Schmutz.

KETMIA.

CHARACTER. KETMIA est plantæ genus flore monopetalo, campaniformi, patente, nec à Malvæ flore diverso, ex cujus calice surgit pistillum, infimæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum in plura loculamenta divisum, apice dehiscentem & plurimis seminibus fœtum. *Tournefort.* 99. Ad plantas flore regulari monopetalo, seminibus tectis capsula quinque partita Ketmiam refert *Ruppius* 31. Ketmiæ *Boerhaavius* I. 271. tribuit folia Malvæ & Alceæ æmula, florem Malvæ, Fructum in plura loculamenta divisum, quorum apex per maturitatem dehiscit, in quibus semina plurima. Confer *Linnæum* n. 562. p. 207.

Ketmia ist nach Tourneforts Beschreibung eine Art Pflantzen mit einer einblättertigen, Klockenförmigen Blume, welche offen stehet, und von der Pappel-Blume nicht unterschieden ist. Aus derselben Kelch kommt der Stempffel hervor, der an dem unterem Theil der Blume als ein Nagel feste stecket, welcher hernach zu einer vielfächertigen Frucht wird, deren Spitze voneinander fällt, und mit vielen Saamen angefüllet ist. Nach Ruppens Abtheilung ist es eine Pflantze mit einer regulairen, einblätterigen Blume, deren Saamen in einer fünffach getheilten Capsel liegen. D. Boerhaave schreibet der Ketmiæ Pappeln oder Feldriß ähnliche Blätter zu, Pappel-Blumen, eine vielfächerige Frucht, deren Spitze, nachdem die Frucht reiff geworden, voneinander fällt, in welcher vieler Saame sich befindet. Nach des *Lemmey* Beschreibung ist es ein Gewächs, das einen Hauffen Stengel treibt, des Fusses hoch, die sind rund, rauch, und rauh. Seine Blätter sehen, als die an der Alcea, sind dreymahl starck zerschnitten, rauch, insonderheit von unten, und hangen an langen rauchen Stielen, schmecken gar schleimig. Die Blüthen sind den Malva-Blüthen ähnlich, gelblicht grün, mit etwas Purpur untermischet. Wann die Blätter verfallen sind, so folgen Früchte, die enthalten in einem Hauffen Fächlein die dünnen schwärtzlichten Saamen. Die

Wurtzel

Wurtzel iſt zaſerig, und trefflich weiß. Dieſes Gewächs wächſet in warmen Landen, wie in Italien ꝛc.

NOTA. Plantas nomine Altheæ, Malvæ, Alceæ, Ketmiæ, Abutili notas plerumque confuſe ab Autoribus pertractari, teſtis eſt *Commelinus*. Nimis prolixam hac de re controverſiam pluribus proſequitur I. H. *Heucherus* p. 13. 14. ſſ. à plerisque ad Altheas ſeu Alceas relatam videbis Ketmiam. *Volckamerus*. C. B. P. 316. J. B. 2. 957. *Rajus* 1068. Diſtinctas tamen ad claſſes à *Tournefortio*, *Boerhaavio*, *Linnæo*, aliisque recentioribus reductas. Cum Althea officinarum, aliis Ibiſcus, aut Bismalva, ad malvaceum genus pertineat, quod flores & fructus inſtar Malvæ proferat, placuit *Hermanno* Alceas Indicas, quæ ſemina in quinque capſulis conjunctis includunt, impoſterum Althæas appellare, & ad illarum ſpecies Ketmiam referre, quam contra *Tournefortius* inverſo ordine pro genere & Althæam *Moriſonii* & Alceas Indicas pro ſpeciebus ponit. *Knauth*. 68. Mirifica autem eſt etiam Ketmiarum, ſi flores, folia, fructus ſpectes, differentia, quos vix ad unum idemque genus referre nobis fas eſſe videtur. Inſignem numerum Ketmiarum Zeylanicarum recenſuit D. *Joh. Burmannus*. confer Catalogum plantarum Africanarum alterum, quas *Henricus Bernardus Oldenlandus* & *Joannes Hartog* in capite bonæ ſpei quondam invenerunt ac denominaverunt: p. 31. & *Waltheri* Deſignationem Plantarum p. 29.

KETMIA AFRICANA ARBORESCENS. Siehe die 616. Kupffer-Platte. l. g.

Ketmia Africana arboreſcens carpini foliis flore ſimplici flavo & ſpirali. Num Ketmia, Populi folio, veſicaria, fruticans, & erecta, Alni foliis latioribus & majoribus, flore ſpirali ſulphureo? in Catalogo altero Plant. Afric. p. 31. cum qua tamen Icon P. II. Hort. Amſtel. p. 155. depicta in omnibus, maxime ſi folia ſpectet, minus convenit.

KETMIA ULMI FOLIA FRUTESCENS. Siehe die 616. Kupffer-Platte. l. h.

KETMIA PAPAIÆ FOLIO MINUS. Siehe die 617. Kupffer-Platte. l. a.

KETMIA PAPAIÆ FOLIO MAJUS. Siehe die 617. Kupffer-Platte. l. b.

Ketmia Americana, folio Papaiæ, flore magno flaveſcente, fundo purpureo, fructu erecto, pyramidali ſulcato. *Hortus Carolsruhanus*. p. 27.

Ketmia Africana folio Papayæ, flore magno, flaveſcente, fundo purpureo, fructu Pyramidali, hexagono, erecto, folio Manihot ſerrato. *Waltherus* 29. ſemine rotundulo, ſapore fatuo. *Boerh.* I. 272. n. 12.

KNAWEL.

KNAWEL. Polygonum Germanicum. Knavvl *Tragi*, Polygonum gramineo folio minus repens, Polygonum tertium ſeu tenuifolium. Alchimilla ſupina, gramineo folio, flore minori &c. Knavvel. *Angl.* Duizentknop met Smalle Bladeren. *Belg.* Knepi Ponden. *Dan.* Kniec. *Polon.* Klein Wegetrit, klein Knöderich, Knowel. Johannis Blüth, Krebs-Kraut. *Germ.* Siehe die 617. Kupffer-Platte. l. c.

CHARACTER. Knavvel eſt Plantæ genus flore regulari pentapetalo ſemine nudo unico. *Rupp.* 76. Videtur autem hæc herba vaſculifera potius, quam ſeminibus nudis eſſe *Dillenio App.* 95. qui præterea illam non pentepetalam ſed apetalam exiſtimat. *Ibid. Knauthius* autem p. 23. & Knavvel revera flores monopetalos in diverſas lacinias, quas *Moriſonius* perperam petala vocat, diviſos producere, etiamſi illi non defluant aut marceſcant, arbitratur. *Volckamero* autem ſunt ſemina ſolitaria, minuta, oblongiuſcula, pericarpio membranaceo incluſa. Flores imperfecti, ſtaminei, quinque partiti, ſingulis ſeminibus inſidentes, & ad eorundem maturitatem usque perdurantes, ex cauliculorum ramificationibus prodeuntes. Tota planta, inquit, eſt ſiccioris conſiſtentiæ. Cum quo etiam conſentit *Boerhaavius* II. 93. Calix, inquit, eſt quinquefidus, in ſegmenta quinque acuta, inſtar ſtellæ expanſus. Flores ſtaminei, calici inſidentes, hærent in ſummis ramis, & in divaricationibus ramorum. In quolibet calice unum ſemen. vide *Linnæum* n. 366. p. 130. Tota planta cineraceo colore prædita ex radice lignoſa, fractuque contumaci, albicante, cauliculos complures emittens palmares, fili inſtar tenues, hirſutos, propter terram aliquando paulum rubentes, crebris nodis geniculatos; ad quorum ſingulos folia bina appoſita, anguſtiſſima, acuta, medium digitum & amplius longa. Floſculi numeroſiſſimi, in caulis & ramulorum

rum divaricationibus singulis singuli sedent, inque extremis ramulis plures simul stellati, é quinque foliolis acutis herbaceis compositi. Flosculus unusquisque semini suo insidet umbilici instar, nec per seminis maturitatem decidit, sed eidem perpetuo inhæret, nec enim flos est, sed potius calix floris. Caulis hujus plantulæ creberrimis subdivisionibus in numerosissimos tandem ramulos finditur innumeris ferè seminibus onustos. *Rajus* 213. Floret Junio & Julio in arenosis & sterilibus locis, plantaque est annua.

Knauel, oder klein Knöderich ist eine Art Pflantzen mit einer regulairen fünffblätterigen Blume mit einem einigen blossen Saamen Korn. Allein es scheinet diß Kraut seinen Saamen vielmehr in einer Capsel zu haben, und wie Dillenius anmercket, ohnblätterig als fünffblätterig zu seyn. Allein Herr Knaut behauptet dagegen, daß Knauel einblätterige in fünff Ausschweiffungen abgetheilte Blumen habe, die aber nicht abfallen noch welck werden. Herr Doctor Volckamer saget: Man findet bey diesem Kraut eintzelen, kleinen, länglichten Saamen, der in einem häutigen Behältniße eingeschlossen ist. Die Blumen sind unvollkommen, zäserig, fünffach getheilet, und sitzen eine jede über ihren Saamen, bleiben auch biß zur Reiffung desselben, und kommen aus den Winckeln und Abtheilungen der kleinen Aestlein. Die gantze Pflantze hat eine trockene Consistentz Mit demselben ist auch D. Boerhaave einerley Meynung. Der Kelch, sagt er, ist fünffach zertheilet, und zwar in fünff spitzige, als ein Stern ausgedehnte Stücke. Die fäserigten, über den Kelch sitzende Blumen hängen an den Spitzen der Aestlein, und an den Abtheilungen derselben. In jedem Kelche findet sich ein einiges Saamen-Korn. Die gantze aschfärbige Pflantze schiebet aus einer holtzigten, nicht leicht zerbrechlichen, weißlichten Wurtzel sehr viele Stengelgen, die einer Hand hoch, so dünne als ein Faden, rauch, nahe bey der Erden etwas röthlicht, mit vielen Knoten oder Geleichen versehen, an deren jeglichen zwey Blätter stehen, die sehr schmahl, scharff, einen halben Finger und etwas länger sind. Der Blumen ist eine zahlreiche Menge, und sitzen an den Spitzen und Abtheilungen der Aestlein; Eine jede Blume sitzet über ihren Saamen, als ein Nabel, und fällt nicht ab, ob gleich der Saame reiff geworden, sondern bleibt beständig daran besitzen, und es scheinet wohl eigentlich nicht die Blume selbst, sondern vielmehr der Kelch derselben zu seyn. Der Stengel dieser gar kleinen Pflantze hat ungemein viele Knoten und Abtheilungen, und gehet in unzehlich kleine Aestlein, die mit sehr vielen Saamen angefüllet sind. Es blühet diese Pflantze im Monath Junio und Julio, und findet man sie fast allenthalben an sandigten, und unfruchtbahren Orten. Sie wächset alle Jahr.

NOTA. Knavvel Germanicum esse nomen dicitur, quodnam vero significare debeat, me Germanum cum aliis ignorare fateor. *Dillenius*. l. c. Quia autem Knavvel idem nostra in vernacula significare videtur ac Glomus ein Knevel, nomen à fructus figura externa desumptum esse, a vero similitudine non abhorret. A *Tournefortio* ad Alchimillam refertur Knavvel, & à C. B. P. 281. ad Polygonum minus. Differt autem ab Alchimilla seminibus solitariis & calicibus in quinque segmenta divisis. *Dillenius* 94. Præterea Knaul Tragi & germanorum agricolarum differt à Polygono flore fructui insidente, illumque umbilicante & coronante *Rupp*. 76. Varias ejus existere species ex C. B. P. l. c. aliisque constat autoribus. Cl. *Buxbaumus Cent*. II. p. 41. *Tab*. 41. Knavvel majus, foliis caryophillæis exhibuit. Plura tamen profert semina oblonga, & in hac re à Knavvel Tragi differt, ob totius tamen plantæ faciem eodem referre maluit.

Knauel soll ein teutsches Wort seyn; Der Herr Dillen aber bekennt, daß, ob er gleich ein Teutscher, ihm der Ursprung dieses Worts unbekannt sey: Es scheinet aber eben nicht ungereimt, daß Knauel so viel heisse als ein zusammen gewundener Knevl, weil die Gestalt dieser Frucht fast also aussiehet. Tournefort hat Knaul zu der Alchimilla oder Sinnau gebraucht, und deswegen keine besondere Beschreibung oder Figur davon gegeben. C. Bauhinus rechnet es zu dem kleineren Polygono. Es ist aber das Knaul von der Alchimilla durch den einschichtigen Saamen, und durch den in fünff Stücke getheilten Kelch unterschieden, von dem Polygono aber durch die Blume, welche über der Frucht sitzet, dieselbe als ein Nabel umgiebt, und gleichsahm krönet. Daß unterschiedene Gattungen von dem Knauel vorhanden, ist wohl nicht ohne. Herr Buxbaum hat ein grösseres Knauel mit Nelcken-Blättern angeführet, welches mehr länglichte Saamen-Körner hat, da das Knaul nur eins bey sich führet, jedoch hat er solche Pflantze wegen der übrigen Aehnlichkeit mit dem Knaul dahin bringen wollen.

NOTA II. Hujus Plantæ Knauel radicibus, nec non Polygono Coccifero Polonico adnascitur,

nascitur coccum elegantissimo colore commendatum; præcipue circa solstitium æstivum aut Festum St. Joannis Baptistæ, unde Germanis etiam St. Joannis sanguis **Johannis Blut** appellatur. Non autem hac sola die aut sola hora meridiana coccum in hac planta invenitur, sed etiam toto fere mense, de quo mirifica sibi maxime ad sanitatem toto anno conservandam persuadet vulgus, coccum siquidem manibus contritum studiose vestibus illinere solet aut collo suspendere. Est autem ovulum cujusdam insecti sanguineo succo turgens. Zornius in additionibus ad *Pancovii* herbarium p. 319. asserit, esse ovula seu conceptus vermiculorum in centro ramulorum hujus Polygoni veluti nidulo securitatis causa subsistentium: coccum hoc vermiculum continere atque etiam certo tempore excludere præter alios per Microscopium observavit *Dominus* Weinmannus, ruber enim vermiculus, qui vero & cristatus & alatus esse videtur, exclusus vesiculam albam relinquit. Cocca autem collecta, & loco sicciori asservata corrugantur, obdurescunt, & ad cochenillam quam proxime accedunt. Conferri cum hoc titulo possunt, quæ supra de Ilice coccigera diseruimus. *vide Ephemerides* N. C. Ann. III. obs. CIV. p. 143.

An der Wurtzel des Knauls, wie auch den so genannten Polnischen Perlen-Kraut wachsen Beeren oder Kermes-Beeren von hochrother Farbe. Vornehmlich um Johannis des Täuffers-Fest, welche deswegen von den Teutschen Johannis-Blut genennet werden, auch Krebs-Kraut, weil es in dem Zeichen des Krebses gefunden wird. Man findet es aber nicht allein an diesem Tag, und um Mittag zwischen 11 und 12, sondern fast den gantzen Monath durch. Der gemeine Mann aber suchet diese Beere mit grosser Begierde um gemeldte Zeit, drucket sie ins Kleid, oder henget sie am Halse, weil es das gantze Jahr durch für Kranckheit bewahren soll. Es sind aber diese Beeren ein kleines Ey eines Ungeziefers, welches mit blutrothen Safft angefüllet ist. Oder wie Zornius behauptet, so sind es Eyergen oder Brut kleiner Würmlein, welche sie an den Wurtzeln dieses Kräutleins als in einem Nestlein Sicherheit halber hinlegen, woraus ein kleines Würmlein erzeuget wird. Daß ein Würmlein heraus schlieffe, hat nebst vielen anderen Herr Weinmann durch ein Microscopium bemercket; das Würmlein ist roth, und scheinet als hätte es einen Kamm und Flügel, und lässet eine weisse Hülse zurücke, wenn man die Beeren sammlet, und an einen trockenen Ort aufhebet, werden sie schrumpffig und hart, und gleichen fast der Cochimille. Wir haben oben unter dem Titul Ilex coccigera von andern Pflantzen gehandelt, an welchen man dergleichen Beeren wahrnimmt.

Ende des Buchstabens K.

LABURNUM.

DE Anagyride supra jam Tom. I. actum est; sub uno tamen eodemque titulo & Anagyris & Laburnum apud plerosque Autores venire solent. De Anagyride fœtida quidem peculiare plantarum genus effingit *Tournefortius* 647. Laburnum autem ad Cytisum refert, cum tamen siliqua ab ipso discrepet. *Rivinus* autem rectius Anagyridem speciem Laburni constituit: ex cujus methodo Laburnum Planta est, flore irregulari tetrapetalo, semen gerens in conceptaculo simplici longiore seu siliqua mediocri reniformi. Laburnum, inquit, inter arbores flore papilionaceo siliquosas non postremum huc revocare placuit, utpote cujus semen uniforme compressum; sed siliquæ magis notabiles, videlicet in anteriori parte latiores plerumque, circa petiolum autem angustiores esse solent, quos præcedunt flores racematim cohærentes lutei ac elegantes. Atque hoc Laburnum inodorum est, cujus sociam plerique faciunt Anagyridem suo fœtore celebrem &c. *Ord. Plant. Flore Irreg. Tetrapetalo* p. 15. Laburnum *Plinio* Libr. I. c. 18. alpina arbor est, nec vulgo nota, dura ac candida materie, cujus florem cubitali longitudine, apes non attingunt, confer C. B. P. 391. *Rajus* 1721. *Lugdunensis* p. 103. Laburnum & Anagyridem diversis capitibus accurate descripsit, duoque constituit Laburni species. Laburnum autem illi Anagyris non fœtens est, seu quam Plinius alpinam dixit, cujus folia major alatioraque sunt quam Anagyri-

gyrides, cujusque semen in corniculis brevibus, cum Anagyris longiores habeat siliquas; inque eo totus est, ut Laburnum ab Anagyride distinguat. Hæc nova data occasione de Laburno addere juvat, species autem ejus, quas à D. *Joanne Burmanno* accepimus, duo recensemus Africanas; *Dom no* enim *Weinmanno* Laburnum & Anagyris Synonyma habentur.

Es ist in dem ersten Band bereits von der Anagyris oder Bohnen-Baum gehandelt worden. Denn die mehresten Botanici halten Anagyris und Laburnum für gleichgeltende Nahmen. Die stinckende Anagyris oder Stinck-Baum machet Tournefort zu einem besonderen Geschlecht, hingegen bringet er Laburnum zum Geiß-Klee, da doch die Schoten voneinander unterschieden sind. Im Gegentheil machet Rivinus die Anagyris zu einer Gattung des Laburni, und zehlet sie zu den Pflantzen, mit einer irregulairen, vierblätterigen Blume, die ihren Nierenförmigen Saamen in einem einfachen, länglichten Behältnüß, oder mittelmäßiger Schote hat. Er saget: ich habe gut gefunden, vornehmlich das Laburnum als einen Schoten tragenden Baum mit einer Schmetterlings-Blume hieher zu ziehen, als dessen Saamen flach und einerley Gestalt hat. Die Schoten aber sind forne breiter und hinten gehen sie schmähler zu; vorher sind schöne, gelbe, und Büschel weiß stehende Blumen. Diß Laburnum hat keinen Gerüch, zu welchen die mehreste die stinckende Anagyris oder Bohnen-Baum setzen. Des Plinii Laburnum ist ein auf den Alpen wachsender Baum, der so gemein eben nicht ist von einem harten und weißlichten Holtz, dessen Blätter die Bienen nicht berühren. In der zu Lyon gefertigten allgemeinen Historie der Pflantzen findet man zwey Gattungen von dem Laburno, und hat sich der Verfasser alle Mühe gegeben, in besonderen Capiteln, den Unterschied zwischen dem Laburnum und Anagyris darzuthun, welcher auch darauf ankommt, daß Dioscoridis Anagyris stincke, Plinii Laburnum aber gar nicht: Anagyris habe seinen Saamen in längeren, Laburnum aber in kürtzeren Schoten. Laburnum habe grössere und breitere Blätter als die Anagyris. Bey der Gelegenheit, da dieser Titel vorkommt, haben wir diß noch bey der Anagyris suppliren wollen, indem der Herr Weinmann ebenfalls der Meinung ist, daß Anagyris und Laburnum gleichgeltende Nahmen sind. Wir zeigen hieselbst nur zwey Africanische Gattungen an, die von dem Herrn D. Burmann sind communicirt worden.

LABURNUM SEU ANAGYRIS FLORE LUTEO, Bohnen-Baum mit gelber Blume. Siehe die 618. Kupffer-Platte l. a.

Anagyris flore luteo, angustis siliquis Africana. *Plucknet.* Phyt. Tab. 133. fig 6. Species Cytisi arborescentis. Montanos tractus amat arbor, id quod de Laburno Plinii asserit etiam *Lugdunensis* p. 103.

LABURNUM SIVE ANAGYRIS AFRICANA FLORE COERULEO, Africanischer Bohnen-Baum mit blauligter Blume. Siehe die 618. Kupffer-Platte. l. b.

Anagyris Africana angustis siliquis flore cœruleo. *Pluk.* Tab. 133. fig. 5. Cytisus arborescens flore purpureo.

LACCA, LACCIFERA ARBOR.

Dari arbores Lacciferas & in Orientali & Occidentali India, dubio caret. Arbor, quam tabula ænea exhibet ex *Hernandez* rerum Medicarum Novæ Hispaniæ Libr. III. c. 21. p. 58. desumpta, his describitur verbis: De Tzina cancuitla Quavhitl seu arbore ferente gummi, simile stercocori Vespertilionum. Laccifera, Gummi est, quod Laccam officinæ vocant: decidit ex arbore incondita ac mediocris magnitudinis, quæ folia fert Mizquitl seu exilia, pennas avium imitantia, brevia, tenuia, ex utraque parte ramorum serie quadam procedentia, stipites ac ramos purpureos, obtectos Gummi, quod diximus nequaquam à formicis elaborato, ut quidam per inscitiam putant, sed ab ipsis arborum ramis undecumque stillante, & eisdem veluti tubuli quidam adhærescente. Nascitur in calidis, qualis est ager Huatepecensis & Huauhna huacensis, ubi sunt qui Hœlicpatlim & Quauhuicxihuitl vocent. Etsi in nonnullis Indiæ Orientalis locis ortum ducat; variisque ibi nominibus nuncupetur.

Subjungit his *Terentius*: Folia hujus arboris conferuntur foliis Acaciæ Ægyptiacæ, rami ipsi sunt purpurascentes, & Lacca quasi nigra ramis adhæret. confer C. B. P. 499.

Es hat wohl seine Richtigkeit, daß so wohl in Ost- als West-Indien solche Bäume vor

handen, welche Lack geben. Die Figur, welche die 618. Kupffer-Platte vorstellet, ist aus dem Hernandez genommen, welcher diß Gewächs selbst beschrieben: Von Tzina canuitla Quavhitl, oder einen Baum, der Gummi träget, welches dem Wespen Koth gleichet, oder von dem Lack tragenden Baum. Es ist ein Gummi, welches man in den Officinen Lack nennet, es fällt von einem wilden Baum, der mittelmäßiger Höhe ist, dessen Blätter klein, spitzig wie die Vogel-Fittige, kurtz, dünne, die an beyden Seiten der Aeste in einer Reyhe hinstehen. Die Stämme und Aeste sind purpurroth, mit Gummi überzogen, welches aber keines weges, wie einige aus Unwissenheit meynen, von den Ameisen darauf getragen wird, sondern selbst von den Aesten des Baums herab tröpffelt, und als kleine Röhren anhänget. Er wächset in warmen Ländern, ob er gleich auch an einigen Ost-Indischen Orten wächset, und daselbst vielerley Nahmen hat.

Terentius hat die Anmerckung beygefüget, daß die Blätter des Lack-Baums der Aegyptischen Acaciä gleicheten, die Aeste purpur roth wären, und das Lack gleichsahm schwartz an den Aesten hienge.

De arbore Laccifera Indiæ Orientalis, quam Japonenses Fasnoky sive Namra appellant, exstat in Eph. N. C Dec. II. Ann. V. Obs. XL. p. 97. *D. Andreæ Cleyeri* observatio. In his terris Lacca illa elegans provenit ex succo quodam gummoso arboris, quæ Japonensibus dicitur Orischy, sive Fasnoky & Namra. Hæc arbor in magna copia crescit in Regnis Siam & Pegu - - Arbor autem, (quam pingi curavit) lignum habet durissimum: folia ejus sunt salignea, frequens est in Japan. *Dale.* Lacciferam ad arbores pruniferas, Jujubas seu Zizyphos referens, Jujubam Indicam C. B. Lacciferam existimat, Perin - Toddali Malabaribus appellatam. p. 402. quo quidem evoluto Tomo IV. p. 85. in horto Malabarico Titulo parum similitudinis cum illa deprehendimus, quam Cleyerus depingi curavit. Plures autem dari hujus arboris species gummi fundentes, non secus ut apud nos quoque cerasorum, prunorum &c. probabile existimat *Schrœkius* Eph. l. c. p. 82.

Von dem in Ost-Indien befindlichen Lack tragenden Baum, welchen die Japaner Fasnoky oder Namram nennen, findet sich eine Anmerckung von D. Cleyer in den *Ephem.* In diesen Ländern, nehmlich in Japan, schreibet er, findet sich das schöne Lack, welches aus einem gummigten Safft eines Baumes kommt, den die Einwohner Orischy, oder Fasnoky und Namram nennen. Dieser Baum wächset in grosser Menge in den Königreichen Siam und Pegu. Der Baum aber, welcher an bemeldten Orte abgebildet ist, hat ein sehr hartes Holtz, die Blätter sind, wie an den Weiden, er findet sich sehr häuffig in Japan. Dale rechnet den Lack-Baum zu den Pflaumen tragenden Bäumen, und besonders zu den Indischen Jujuben, oder Brust-Beerlein-Baum, und hält ihn vor den jenigen Baum, den die Malabaren Perin-Toddali nennen. Wir haben den Malabarischen Garten nachgeschlagen, aber wenig Gleichheit mit D. Cleyers Figur gefunden: Es ist also die Anmerckung des seel. D. Schröcks nützlich, daß vielerley Arten solcher Lack tragenden Bäume, so wie bey uns dergleichen an Kirschen, Pflaumen und dergleichen zu finden.

LACCA IN BACULIS, Lacque en baton, Gummi Lacc auf Stäben. Siehe die 618. Kupffer-Platte. l. c.

Quam officinæ Laccam, eam Arabes, Persæ & Turcæ *Loc Sumatri*, quasi dicas Laccam ex Summatra, nuncupant, non quod Sumatra situ Provinciæ Pegu, ubi plurima Lacca nascitur, finitima, sed quod Arabes & alii jam memorati in Sumatra gigni putarent. Idem nomen etiam invaluit apud Provinciarum, Balaguate, Bengala, & Malavar incolas, quoniam a Mauritanis sic edocti fuerunt. Legitimum tamen earum Provinciarum nomen est LAC, in Pegu & Martaban, ubi præstantissima est, TREC vocatur, atque istuc é Jamay afferri tradunt. Pegu & Martaban incolæ eam in Sumatram exportant, & inde Piper in suam regionem revehunt. Lacca veteribus incognita fuisse videtur, nec enim eorum sententiam probare possumus, qui Cancamum Dioscoridis esse existimant. Cum Lacca non sit odorata, nec suffitibus apta, ut Cancamum. Vi vocis Lac, aut Luc dicitur, quod hoc medicamentum in Loc seu mellis crassitiem dissolvitur, cum ad inficiendum, tum ut ejus usus esset in Medicina. *Garcias ab Horto Aromat. Hist.* Libr. I. C. VIII. *Lugdunensis* 1780. *Rajus* 1534. *Valentini* T. I. 397.

Was man gegenwärtig in den Apothecken Lack heisset, das nennen die Perser, Araber und Türcken *Loc Sumatri*, welches so viel heisset, als Lac, welches aus Sumatra gebracht wird, nicht eben als wenn Sumatra dem Reiche Pegu so nahe läge, sondern weil die Araber und andere Völcker glauben, als wenn

es

es in Sumatra erzeuget würde. Eben dieser Nahme ist auch in Balaguate, Bengala und Malabar gebräuchlich. Der eigentliche rechte Nahme jedoch ist Lack, in Pegu und Martaban, wo das vortrefflichste Lacc ist, heisset es Trec, und man saget, daß es dahin aus Jamay gebracht werde. Die Einwohner der Königreiche Pegu, und Martabon bringen es nach Sumatra, und nehmen daher den Pfeffer zurücke. Lacc scheinet den Alten gar unbekannt gewesen zu seyn, und wir können denen nicht beypflichten, welche es für Dioscoridis Cancamum ausgeben, immassen das Lacc weder riechet, noch zum räuchern dienet, welches doch von dem Cancamo gesaget wird. Das Wort Lac, Loc, Luc scheinet so viel zu sagen, daß es ein Medicament sey, das in Loc oder in die Consistentz des Honigs aufgelöset wird, so wohl wenn man es zum färben gebraucht, als auch wenn man es zur Artzeney nimt.

Gummi Lacca ex India & Occidentali & Orientali ad nos allatum triplex est, vel in ramulis aut baculis, vel in granis, vel in massis. 1) Lacca in ramulis est substantia resinosa, dura & friabilis, superficie inæquali, quasi granulata, colore russo, sapore resinoso, odore, dum accenditur, grato 2) Lacca in granis, seu lachrymæ sunt grana resinosa, parva, dura & friabilia, rubicunda, pellucida, odoris & saporis præcedentis. 3) Lacca in massis e Lacca in granulis puriſſima, liquata, & in massas fusa conficitur, colore est rubente & propemodum transparens. *Dale* 402. *Pometius* p. 274. addit quartam Laccæ speciem, olim ex Anglia, aurium figura allatam, & Gummi en Oreilles appellatam. Lacca in granulis ab *Ettmullero* quidem habetur præstantissima, varia autem, postquam à mercatoribus fraus ad depravandam hanc Laccam inventa fuit, suasore *Pometio* Lacca in bacculis seu ramulis præ reliquis eligenda videtur. Hæc quamvis prædura & exsucca, mansa tamen sputum efficere debet sanguineum, quod probitatis est indicium. *Clusius*. Reliquum oportet, ut sit clara, pellucida, granulata, cum pauco ligno permixta.

Gummi Lack wird so wohl aus West- als Ost-Indien zu uns gebracht, und hat man davon dreyerley Sorten, in Stäben, in Körnlein, in Massen, oder das Platt-Lack genennet. 1) Das Holtz-Lack, oder Lack in Stäben ist eine hartzige, harte, doch mürbe Substantz von ungleichen Ansehen, als wenn es granuliret wäre, von röthlichter Farbe, hartzigen Geschmack, und wann man es anzündet, von angenehmen Geruch. 2) Das Lack in kleinen gelb röthlichten Körnlein bestehet aus hartzigen, kleinen, harten, doch zerreiblichen, röthlichten, durchsichtigen Körnlein, die eben so riechen, und schmecken als das vorhergehende. 3) Lack in Massen ist aus den reinesten Lack-Körnlein zusammen geflossen, und in Platt-Lack gebracht, von röthlichter fast durchsichtiger Farbe. Pomet erwehnet noch der vierdten Gattung, die vor dem aus Engelland nach Franckreich in Gestalt der Ohren gebracht, und auch Gommi en Oreilles Ohr-Lack genennet worden. Das Lack in Körnern wird zwar von Ettmüller für das beste gehalten, nachdem aber die Kauffleuthe es sehr betrüglich verfälschen, so räth Pomet, man soll lieber das Holtz-Lack erwählen. Ob dieses gleich sehr hart und ohne Safft zu seyn scheinet, so muß es doch, wenn es gekäuet wird, einen blutigen Speichel geben: überdem muß es hell, klar, durchsichtig, granuliret, und mit wenig Holtz vermischet seyn.

NOTA. De Gummi Laccæ generatione non eadem omnibus est sententia. *Garzias ab Horto* rem sic narrat: vastam in Pegu & Martaban inveniri arborem foliis quodammodo Pruni, in cujus surculis & minutioribus ramulis magnæ formicæ in terræ visceribus, aliisque locis enatæ hanc Laccam elaborant (ut apes mel conficiunt) materiam ex ipsa arbore exsugentes: hos deinde ramulos ab arboribus revelli, atque in umbra siccari, donec decidentibus ipsis Lacca velut in tabulis concreta maneat; interdum Ligni fragmenta ipsi inhærent &c. atque formicarum alæ. Cui multi Medici adstipulantur. Tanquam fabulam autem explodunt hanc narrationem *Bauhinus*, *Rajus*, *Hernandez*, *Cleyer*, aliique. Forte rectius dixeris, inquit C. B. P. 499. lachrymarum & reliquorum Gummi modo sponte exudasse & concrevisse, & demum solis vi in eam, quam videmus formam concrescere. *Rajus* 1535. *Dale* 402.

Wie das Gummi-Lack erzeuget werde, darin kommt man nicht überein. Garzias erzehlet die Sache so. In dem Königreichen Martaban und Pegu werde ein grosser Baum gefunden, dessen Blätter, wie an den Pflaumen-Bäumen aussehen, auf dessen Reiser und kleinere Aeste trügen grosse Ameisen, die unter der Erde und anderswo erzeuget würden, dieses Gummi, wie die Bienen das Honig, doch so, daß sie aus dem Baum selbst dazu die Materie aussaugeten. Diese Aestlein würden hernach von dem Baum abgerissen, und im Schatten getrucknet, biß nach abgefallenen Holtz das Gummi-

Lack

Lack gleichsam in kleine Röhrlein zurücke bliebe, daher geschehe es, daß noch zuweilen Schiefer von Holtz und Flügel von Ameisen daran sitzen. Ob nun gleich viele gelehrte Medici diß für wahr angenommen, so halten es doch wieder viele andere für eine Fabel. Man saget etwan besser, meinet Bauhinus, daß dieser Gummi wie bey andern Bäumen selbst austrieffe, und sich zusammen gesetzet habe, auch endlich durch die Wärme der Sonne zu der Form gediehen, als wir es jetzo sehen.

Usus Medicus.

Gummi Lacca, officinas & medicamina nonnulla ingrediens attenuat, aperit, temperat, sanguinem purificat, sudorem ciet, diuretica est. Usus præcipue est in obstructionibus Lienis, Vesiculæ felleæ, Epatis & Pulmonum, & hinc in Hydrope & Ictero efficaciam suam exserit. In Asthmate quoque, & expellendis Variolis & Morbillis laudatur. *Chr. Joh. Lang.* in Op. med. P. I. p. 423. *Schroeder. Dale* 402. Adhibetur in Scorbuto oris, laxitate, putredine, cruentatione & gangræna gingivarum. Laccam ab Arabibus ad obesitatem adhiberi, scribit *Fallopius*. Utuntur nonnunquam hoc Gummi in purificandis & consolidandis vulneribus Chirurgi, quod unguentis digestivis interdum immiscent, & in fistulis adhibere solent. Exstat Gummi Lacca in baculis & granulis plerumque in officinis, nec non Species seu Pulvis Dialaccæ, item Tinctura Laccæ *Mynsichti. Valentini. Zorn.*

Das Gummi-Lack wird in den Apothecken zu einigen Artzeneyen gebraucht. Es erwärmet, verdünnet, eröffnet, reiniget das Geblüth, treibt den Schweiß, und Harn. Vornehmlich braucht man es in Verstopffungen der Miltz, der Urin- und Gallen-Blase, Leber, und Lunge, folglich auch in der Wasser- und Gelbsucht. Sie wird auch in Keichen, zu Austreibung der Blattern und Masern recommendirt. Daß sie denen fetten und dicken Leuthen dienlich seye, hat besonders Fallopius angemercket. Ferner ist es bey dem Scharbock, Unreinigkeit und Fäulniß des Mundes, bluten auch Brand des Zahn-Fleisches heilsam. Die Wundärtzte mischen es zuweilen unter die Digestiv-Salben zur Reinigung und Heilung der Wunden, wie auch bey fistulösen Schäden. Man hat in den Apothecken das Lack in Stäben und Körnlein, ferner die Spec. Dialaccæ, ingleichen die Tinctur der Laccæ des Mynsichts.

Usus Mechanicus.

Fiunt ex hac Lacca Bacilli, admixta enim resina, massa ex Gummi parata Lac dicitur signandis literis aliisque schedis aptissima. *Hernandez* 59. cujus originem, atque præparationem historice persequitur *Pomet. Marxius, Valentini.* Ex hac Lacca Vernix paratur, qua, inventa singulari arte, obducuntur varia utensilia, mensæ, tabulæ, aliaque ad ornatum facientia instrumenta. Sunt, qui nobis referunt, scribit *Cleyerus*, Europæos imitari artificium obducendi res varias ex ligno fabrefactas lacca illa eleganti, qua solent Japanenses & Chinenses idem artificium præclare exercere. De hoc tamen valde dubito, persuasus, quemlibet emunctæ naris Europæum facillime perspicere posse & dijudicare differentiam harum rerum jnxta se positarum &c. In Europa incrustantur tantum res lacca illa Persarum sive vulgari illa in Officinis satis nota; at in his terris lacca illa elegans provenit ex succo quodam gummoso Arboris &c. Ad tantam autem perfectionem nostra ætate pervenit ars lacca obducendi, ut Chinensibus nostrates vix cedant artifices. Modum parandi hanc laccam, obducendique illa tabularia prolixius docent multi, inter quos præ reliquis est *Valentini.*

Daß das bey uns bekannte Siegel-Lack, oder Spanisch Wachs aus diesem Gummi mit vermischten Hartz gemacht werde, ist bekannt genug, von dessen Ursprung und Zubereitung viele gehandelt haben. Man hat nunmehr auch die schöne Kunst mit dem Lack und daraus bereiteten Fürneiß, allerley Geräthe zu überziehen, wovon zwar D. Cleyer meinet, daß es mit der Chinesischen und Japanischen Arbeit nicht zu vergleichen sey; allein die Kunst ist bey uns hoch genug gestiegen; wie man diß Lack präpariren solle, hat Valentini zum besten gewiesen.

LACHRYMA JOBI.

LACHRYMA JOBI, seu Lachrymæ Mariæ. *Lat.* Lachryma de Movsen. *Hisp.* Larmes de nôtre Dame, ou Larme de Job. *Gall.* Jobs Teares. *Angl.* Jobs traanen. *Belg.* Hiobs-Thränen. *Germ.* Siehe die 618. Kupffer-Platte. l. c.

CHARACTER. Lachryma Jobi est frumentum, & ad Cerealia amandatur; *Amm.* seu pertinet ad plantas culmiferas flore imperfecto stamineo. *Rupp.* 261. aut ad herbas gramini folias culmiferas. *Rajus* 1252. Est autem Plantæ genus flore apetalo, plurimis scilicet staminibus ex calice surgentibus constante spicato, sed sterili: embryones enim in fructibus nascuntur a floribus sejunctis, abeuntque in semen, membrana obvolutum, & in testa reconditum, utplurimum turbinata. *Tournefort.* 531. Assurgit hæc planta ad sesqui cubiti proceritatem, radice milio simili, foliis arundinaceis, (totus siquidem habitus videtur esse arundinaceus) latis, nervosis, tactu rigidis, ad singulos caulium articulos exeuntibus ut tenuia stamina fructui præfixa, fructumque ipsum involucri vice protegant. Quod dictu audituque mirum est, & huic plantæ fere proprium, ante floris exortum fructus formatur, & grandescit, absolutusque florem, quasi intra se delitescentem & occultum summo vertice promit, candicantem, spicatim congestum. Fructus color per initia herbaceus, cum maturuit, è cinereo purpurascens: jucunda quadam & oculis grata varietate, figura non omnino globosus, sed inferne latiusculus, superne tantillum compressus, & fastigiatus, silicis duritie, ciceris figura, & lineis quasi virgatus. Semen intus milio Indico simile, rufum, gustu cereale, non injucundo, tunicis multis albis obvolutum, ex quo verisimile est, & farinam & panem confici posse, non aliter quam ex Milio & Panico Indicis. Colitur in hortis curiosorum, sponte vero nascitur in Orientalibus regionibus. Gaudet solo madido & irrigari solito. Quamobrem ad puteos in hortis effossos seritur, ut aquam, situlis dum hauriunt, effusam, vel dum olera lavant, radicibus excipiat. Floret æstate, & planta est annua. *Lugdun.* 1178. *Rajus* 1252. *Boerhav.* II. 166 *Rupp.* 261. *Volckamer. Clusius Hist.* CCXVI.

Hiobs-Thränen ist eine Art Getreyde, und könte auch zu dieser Art Früchten, weil es Korn und Meel giebet, gebracht werden. Ruppius zehlet sie zu den Halm tragenden Pflantzen mit einer unvollkommnen fäserigten Blume. Rajus rechnet sie zu den Gras blätterigen, Halmtragenden Kräutern. Es ist aber eine Art Pflantzen mit einer unblätterigen Blume, welche aus vielen Fäsern bestehet, so sich an dem Kelche hervorthun, die jedoch keine Frucht machen. Denn die erste Ansetzlinge wachsen in der Frucht, und stehen gantz von den Blumen entfernt. Sie werden zu einem Saamen, der in einer Haut verschlossen, und in einer meist gedrehten Hülse oder Schale lieget. Es wird diese Pflantze bey nahe zwey Ellen hoch, die Wurtzel ist wie an der Hirse, die Blätter sind fast wie am Schilff, wie denn die gantze Pflantze einer Art vom Schilff ähnlich siehet, sie sind breit, volladerig, strauff anzufühlen, tretten bey einem jeglichen Knoten oder Gewerbe des Stengels hervor, so daß die dünnen Fäsern, welche vor die Frucht sitzen, diese gleichsahm mit einer Decke verhüllen. Es ist fast unglaublich, und dieser Pflantze doch eigenthümlich, daß vor Anfang der Blume die Frucht bereits gebildet, und groß werde, und wann sie vollkommen geworden, die in ihr selbst verborgen liegende Blume oben an dem Gipffel hervor bringet, die weiß ist, und Aehren weis gereihet ist. Die Frucht hat erst Gras Farb, wann sie aber reiffet, wird sie aschfärbig-röthlicht, und ist sehr angenehm anzusehen. Die Gestalt ist nicht völlig rund, sondern untenher ist sie etwas breiter, obenher ein wenig enger, gehet spitzlich zu, ist so hart als ein Kiesel-Stein, von Gröffe als ein Kicher-Erbsen, und mit Linien gleichsahm gestreifft. Der inwendig beschlossene Saame ist der Hirse gleich, röthlicht, von Geschmack als Korn, und zwar nicht unangenehm, mit vielen weissen Speltzen überzogen, aus welcher wahrscheinlicher massen, auch Mehl und Brod könte gemacht werden, eben so wie aus der Hirse und dem türckischen Weitzen. Man findet es bey uns in den Gärten der Liebhaber, von selbst aber wächst es in wärmern Ländern, es liebet einen feuchten nassen Ort, und stehet gerne an Brunnen, wo offt Wasser verschüttet, und das Kraut gewaschen wird. Es blühet im Sommer, und ist eine jährige Pflantze.

NOTA. Nomen Lachrymæ Jobi à forma seminis desumtum est, quod rotunditate, nitido splendenteque lævore ex oculis manantes

nantes lachrymas utcunque imitatur. Ad Lithospermum a plerisque veteribus refertur, appellaturque Lithospermum arundinaceum. C. B. P. 258. Lithospermum arundinaceum seu Dioscoridis & Plinii. Quod tamen prohibet *Ammannus*, quia frumentum est. Alii ad Milium referunt, sub titulo Milium arundinaceum. Milium arundinaceum semine Lithospermi facie, maximo, durissimo: Linnæus utrumque sexum Lachrymarum Jobi describit titulo *Coix* n. 704. p. 280. D. *Joh. Bauhinus* in Thesauro Zeylanico varias Lachrymarum species adduxit exoticas. Semen ad nihil videtur utile, quam quod ex ejus lapidosis seminibus, coloris varietate formosis, nectantur mulieribus corollæ ad numerandas preces, quibusdam & monilia. Est etiamnum, autore *Lobelio*, ad calculum renum & vesicæ saburram polline & decocto præsidium vulgatum. Id de cultura monendum, quod *Muntingius* 473. parum irrigationis hanc postulare plantam asserat, *Lugdunensis* autem multum irrigationis jubeat. Seritur veris sub initio in plenilunio vel Martii vel Aprilis. Semina autem raro apud nos maturantur.

Der Nahme Hiobs-Thränen, ist von der Gestalt des Saamens genommen, weil er durch seine rundlichte Gestalt, helle, glänzende Glättigkeit einiger massen als abrinnende Thränen aussiehet. Die mehresten älteren Botanici bringen diese Pflantze zur Meer-Hirse, und nennen sie Lithospermum arundinaceum, andere schlechtweg zur Hirse, allein das letztere ist noch füglicher als das erste, denn die Thränen Hiobs sind würcklich eine Art Getreyde, Linnæus hat ein Männlich und Weiblich Geschlecht bey dieser Pflantze bemercket, und D. Burmann führet viele Arten Zeylanischer Hiobs-Thränen an. Den Saamen pflegt man zu nichts zu gebrauchen, als daß man Rosen-Kräntze oder Pater noster daraus machet, oder auch wohl Corallen um den Hals. Lobelius sagt, daß dieser Saame ein gemeines Mittel sey gegen den Nieren-Stein, Sand und Grieß der Blase. Munting will, daß diese Pflantze wenig Feuchtigkeit haben wolle, der Verfasser aber der Lyonischen Historie behauptet das Gegentheil. Man säet den Saamen zu Anfang des Frühlings im Vollmond, im Mertz oder April. Der Saamen aber pflegt bey uns selten reiff zu werden.

LACTUCA.

LACTUCA, τριδαξ. θριδακίνη. *Græc.* Lactuca Salata. *Ital.* Lachuga, Helluga, Abface. *Hisp.* Laitüe, Sallade. *Gall.* Lettenvve, Lettuce, Lettes. *Angl.* Sallat, Lattovve. *Belg.* Lacktucke. *Dan.* Zelbaniza. *Moscovv.* Locyka, Sållat. *Bohem.* Locyga. *Polon.* Salata. *Hung.* Cherbas. *Maurit.* Lacktucke, Lattich, Lätschke, Salat-Lattich. *Germ.*

CHARACTER. Lactuca pertinet ad Plantas flore gaudentes regulari, composito ex irregularibus tantum, semine papposo. *Rupp.* 159. Est plantæ genus, flore semiflosculoso, plurimis scilicet semiflosculis constante embryoni insidentibus, & calice squamoso, oblongo tenui comprehensis. Embryo autem deinde abit in semen pappis instructum. His addi debet totius plantæ facies. *Tournefort.* 473. Herba est flore aggregato planifolio seminibus papposis, latiusculis, & compressis brevibus: caulibus gracilioribus, firmioribus solidioribus & minus concavis, capitulis minoribus. *Dale* 142. Radix fere semper fibrosa, annua in plerisque, folia alterna lævia, Rami velut umbellati. Calix squamosus, oblongus, tenuis, semina oblonga, depressa, utrinque acuminata, seu sunt solitaria, acuminata, compressa, terminata stipite longo, inferne attenuato, superne crassiori, preferente Pappum simplicem. *Boerhaave* I. 81. *Linnæus* 622. Folia demum & caules læsi lac fundunt amaricans. *Volckamerus* 238. Reliqua suis sub titulis obveniet fructificatio.

Lacktucke ist das allgemeine Küchen-Kraut, welches man zu der Classe der Pflantzen bringet, die eine regulaire, aber nur aus vielen irregulairen zusammengesetzte Blume hat mit flockigten haarigten Saamen. Nach Tourneforts Beschreibung ist es eine Art Pflantzen, mit einer Blume, die aus vielen halben Blümlein bestehet, die über die junge Frucht sitzen, und in einem schuppigten, länglichten, dünnen Kelch eingefangen sind; wozu noch ein gantz besonderes Ansehen dieser Pflantze kommt. Es ist ein Kraut, das sich durch seinen flockigten etwas breiten und compressen Saamen leicht kenntlich machet. Die Stengel sind geschlanck, feste, wenig hohl, und die Häuptel sind klein. Die Wurtzel ist fast allemahl zäserigt,

särigt, und bleibt nur ein Jahr. Der Kelch ist schuppigt, länglicht, dünne. Der Saame ist, wie er in der Definition angegeben, und ist über dem an beyden Seiten spitzig, die darauf stehende Flocken oder Haare sind schlecht oder einfach. Schließlich ist noch mercklich, daß wenn man die Blätter und Stengel ritzet oder abreisset, ein etwas bitterer Milch-Safft heraus fliesset. Das übrige wird unter den besondern Titeln der mancherley Gattungen der Lacktucke vorkommen.

NOTA. Lactuca vel à lactis copia, qua abundat, vel ob lactis copiam, quam nutricibus afferre existimatur, nomen accepit. Varia quidem dispescitur ratione, commodissime autem in sativam & sylvestrem; quæ divisio à loco & cultu desumta est; quæ præterea desumitur à foliis, quæ longiora sunt, latiora, plana, crispa, vel in ambitu sinuata vel ad capitis effigiem clauduntur, unde capitatæ nomen. Item à colore, à cujus diversitate alia alba dicitur, quæ frequentior, alia rubra, & alia nigra. Ac tandem à semine, quod in his duabus ultimis nigrum est, in cæteris vero omnibus candidum. *C. B. P.* 122. *Chabræus* 313. Sylvestris autem Lactuca sativæ similis est, sed longior caulis est, & candidiora folia, graciliora & asperiora. *Dioscorid.* II. c. 130. Lactuca ab Hieracio solo fructu differt, qui in hoc est teres, & angulosus & striatus, cui pappus insidet, in illa latus, compressus, & utrinque acuminatus observatur cum pediculo, cui pappus adhæret. *Knauthius* 132.

Das Wort Lacktuck kommt von dem Lateinischen Lac, Milch her, entweder darum, weil die Blätter und Aeste, wann sie abgerissen werden, Milch geben, oder weil sie bey Säugenden die Milch vermehren. Man findet hin und wieder mancherley Eintheilungen der vielen Gattungen des Lacktucks: Die gemeineste und beste ist, daß man ihn unterscheidet in den wilden und gesäeten, als welche Eintheilung von dem Ort und Anbau genommen ist. Hiernechst nimt man einen anderen Unterscheid von den Blättern, welche entweder länger, breiter, flach, krauß, im Umfange ausgeschweiffet, oder oben als ein Kopff zugehen. Ingleichen von der Farbe, denn es giebt weisse, welche die gemeineste ist, rothe, und schwartze Lacktucke. Schließlich findet sich ein Unterscheid unter den Saamen, welcher bey der letzt genannten Gattung schwartz, bey allen übrigen aber weiß ist. Die wilde Lacktucke ist der gesäeten fast in allen Stücken gleich, nur daß sie längere Stiele, weissere Blätter, die über dem geschlaucker und rauher sind, hat. Die Lacktucke ist von dem Hieraceo oder Habicht-Kraut allein durch das äussere Ansehen der Frucht unterschieden, als welche bey dem Habichts-Kraut rund, winckeligt, und gestreifft mit seinen Flocken oder Haaren versehen, bey der Lacktucke aber breit, flach, und an beyden Seiten spitzig mit einem Stiel, an welchen die Flocken oder Wolle sitzet.

LACTUCA CAPITATA, Laituë pommée, Kopff-Salat. Siehe die 618. Kupffer-Platte l. f.

Lactuca sativa major, quæ in caput coit. C. B. P. 123. Lactuca sativa vulgaris, capitata. Folia huic breviora, latiora, extrema circumscriptione rotundiora quam sativæ vulgari, plana & lævia, quæ brevi in caput rotundum conglobantur Brassicæ capitatæ in modum. Semen est nigrum. Colitur in hortis. Floret Julio. Annua est.

Kopff-Salat hat kürtzere, breitere, aussenher rundlichtere Blätter, als der gemeine gesäete; sie sind ohne dem eben und glatt, und setzen sich bald in Häuptel zusammen, so wie die Kohl-Häuptel. Der Saame ist schwartz, er blühet im Julio, man säet ihn jährlich in den Gärten.

LACTUCA CRISPA, Laitüe crepée, krauser Salat. Siehe die 618. Kupffer-Platte. l. g.

Lactuca crispa laciniata. Lactuca crispa non capitata C. B. P. Foliis latioribus & paulo angustioribus variat. J. B. 2. 999. Semine est nigro; Floret Augusto.

Krauser Salat ist ausgeschweiffet, und gehet nicht in Häuptel zusammen. Es sind davon zwey Gattungen, die eine hat breitere, die andere hat schmählere Blätter. Der Saame ist schwartz. Er blühet im August.

LACTUCA ROMANA LONGA, DULCIS, Laitüe Romaine, Spanischer Lattich-Salat. Siehe die 619. Kupffer-Platte. l. a.

Lactuca folio obscurius virente, semine nigro. C. B. P. 123. Lactuca Romana dulcior, nigriori & Scariolæ hortensis folio, semine nigro.

Folio est oblongo, dulci, modice laciniato, & inferna parte secundum costam spinulis armato, flosculis vulgatæ Lactucæ luteis & caule etiam vulgaris Lactucæ. In ovatum caput extuberat, si in cacumine ligetur, idque tenerius, albiusque evadit, si terra circumducatur ad acumen usque. Duplex est alba & nigra seu fusca. Est autem omnium Lactucarum maxima. Seritur in hortis; floret Julio.

Römi-

Römischer Lattich hat ein länglicht Blat, mäßig ausgeschweiffet, und unten her an der Rippe mit zarten Dornen versehen. Die Blumen sind gelb, und auch der Stengel ist wie bey dem gemeinen Salat. Der Saame ist schwartz, wenn man ihn wie die Endivien zusammen bindet, wird er zu einem ovalen Häuptlein, und eben dardurch wird er zarter und weißer, vornehmlich wenn man Erde darum häuffelt. Man hat davon zwey Gattungen, die weisse und schwartze oder dunckele. Es wächst dieser Lattich zum gröSten, man bauet ihn in den Gärten. Er blühet im Julio.

LACTUCA SATIVA, Salade, Lattich-Salat. Siehe die 619. Kupffer-Platte. l. b.

Lactuca sativa vulgaris non capitata. C. B. P. 122. Lactuca sativa folio scariolæ. Folio est Endiviæ, longo, lato, rugoso, pallide virente, lacte prægnante per primam adolescentiam grato, tandem amaro, & cibis abdicato, quod fit, quando caulescit Planta. Caulis firmus, teres, gracilis, sesquicubitalis & altior, in ramos dividitur, crebro deinceps dividendos. Quorum extremis flosculi hærent lutei, parvi, ex squamato capitulo prosilientes, quibus in pappos facessentibus semen succedit parvum, utrinque acuminatum, oblongum, compressum, coloris cinerei. Seritur in hortis. Floret Julio. Annua est.

Lattich-Salat hat lange, breite, runtzeligte, blaß grüne, voll Milch steckende Blätter, die wenn sie noch jung, von sehr angenehmen Geschmack sind, wenn sie aber zum Stengel treiben, bitter, und zum essen untüchtig werden. Der Stengel ist fest, rund, geschlanck, schiesset anderthalb Ellen hoch, und noch höher, theilet sich in viele Aeste, und diese wieder in Neben-Aeste. An deren Spitzen kommen kleine gelbe Blumen aus einem schuppigten Häuptlein, nach dem die Flocken sich gezeiget, kommt der Saame, welcher klein, an beyden Seiten gespitzet länglicht, flach, und aschfärbig ist. Man bauet ihn in Gärten. Er blühet im Julio.

LACTUCA MACULOSA, Forellen-Salat. Siehe die 619. Kupffer-Platte. l c.

Lactuca rubra foliis maculatis conspicua. *Rupp.* Rubra est hæc species, ac si vinum foliis esset aspersum, latissimis foliis constat ac patulis; dulcior cæteris sed durior, idcirco recentia tantum folia secant, regerminat enim diutius, antequam caulescat. Semina ei sunt nigra. *Rajus* 220. Floret Julio.

Forellen-Salat hat seinen Nahmen, weil die Blatter eben so als wie die Forellen gezeichnet, und gefiecket sind. Die Blätter sind sehr breit, und stehen von einander. Er ist süsser als die andere Sorten, aber auch härter, darum nimmt man ihm die zarten Blätter, die er wieder austreibet, ehe er den Stengel treibet. Der Saame siehet schwartz aus. Er blühet im Julio.

LACTUCA RUBRA, Laitue rouge, rother Salat. Siehe die 620. Kupffer-Platte. l. a.

LACTUCA MONTANA PURPUREO COERULEA, SEU SONCHUS MONTANUS. Siehe die 620. Kupffer-Platte. l. b.

Lactuca montana purpureo cœrulea major C. B. P. 123. *Ruppius* 166. *Rajus* 223. Lactuca sylvestris purpureo flore. Lactuca sylvatica purpurea. Floret Junio in hortis, sponte nascitur in sylvosis & montosis Helvetiæ.

LACTUCA SYLVESTRIS COSTA SPINOSA, wilder Lattich mit dornigter Rippe. Siehe die 620. Kupffer-Platte. l. c.

Lactuca sylvestris vera C. B. P. 123. Lactuca sylvestris seu Endivia multis dicta, folio laciniato dorso spinoso. Incondita habet per caulem folia, sonchi divisura, laciniata, & serrata, spinis secundum costam adversa parte donata, amaro lacte prægnantia: Caulis verò bicubitalis & major, in principio spinosus, qui in summo in multos abit ramulos, quos flores ornant parvi, lutei, lactucacei, in pappos degenerantes. Ad sepes, agrorum margines reperitur, locis præsertim petrosis, inque vineis & scrobibus. Invenitur etiam nonunquam in hortis, & facillime ubi semel sata est, singulis annis recurrit.

Wilder Lattich wird auch von einigen Endivien genennet, die Blätter stehen ohne Ordnung an dem Stiel, und sind wie die Gänse-Distel abgetheilet, sowohl ausgeschweiffet als am Rande ausgekerbet, und vornehmlich längst der Mitten durchgehenden Rippe mit Dornen besetzet, voll von einer bitteren Milch. Der Stengel treibet zwey Ellen hoch und noch höher; im Anfang ist er dornigt, oben theilet er sich in sehr viele Aeste, an welchen kleine gelbe Blumen, wie an der Lacktucke stehen, die Flocken und Haare kriegen. Man findet den wilden Lattich an Zäunen, Acker-Rheinen, vornehmlich an steinigten Oertern, in Weinbergen und Gruben, wenn man ihn einmahl im Garten säet, kommt er jährlich von selbst wieder.

LACTUCA SYLVESTRIS COSTA SPINOSA RUBRA. Siehe die 620. Kupffer-Platte. l. d.

LACTUCA AGNINA SEU LOCUSTA. Schaaf-Mäuler. Siehe die 620. Kupffer-Platte. l. c.

Lactuca agnina, Lactuca agnina latifolia. Valerianella campestris inodora major C. B. P. Valerianella præcox arvensis humilior semine depresso. *Morison.* Pseudo Valeriana annua arvensis præcox, humilis, semine compresso rotundo. Locusta herba prior, pes Locustæ. Locusta *Rivini.* Lactuca agnina *Tabernæmontani* Olus album *Dodon.* Mache, Poule grasse. *Gall.* Lambs Lettuce, seu Corn Sallet. *Angl.* Veld Croppen. *Belg.* Fett. *Dan.* Lämmer-Latttich, Acker-Lattich, Lämmer-Weid, Feld-Knopff, Haasen-Oehrlein, Rapünzigen, Feld-Lattich-Nüßgen-Salat. Feld-Rapuntzelgen. Schaaf-Mäuler.

CHARACTER. Lactuca agnina seu Locusta planta est humilioris staturæ, perfectam autem efficit umbellam, jungiturque plantis, quæ sunt flore perfecto irregulari monopetalo & semine nudo unico. Palmam ferè interdum ea vix superat planta, alias dodrantalis & major: radice donata est annua, tenui, fibrosa, gustu subdulci & fere insipido. Folia tenera & delicata, conjugata, nullo pediculo appensa, interdum minus, ejusdem cum radice saporis. Caules & rami dichotomi ultimò umbelliferis similes. Inter foliola summorum ramulorum flosculi simul aliquot pulchelli, albidi aut diluta purpura languentes, oblongi, in quinque lacinias dissecti tenuissimas. Seu flos monopetalos, variæ in variis formæ, quinquefidus, præditus duobus, tribus, quatuor staminibus, ex pariete interno floris enatis, apici ovarii innatus. Caliculus monophyllus, exiguus, quinque fidus, connivens. Semina sunt nuda, ad singulum florem unum (quamvis cum *Rivino*, *Volckamerus* bina asserat.) Frequens est in agris, vineis & hortis. Floret Majo. Seritur à nonnullis Septembri mense, quo hybernis mensibus in acetariorum usum venire queat; alias Januario & Februario mensibus seri solet. *Charæus* 437. *Rupp.* 174. *Boerh.* I. 75. *Tournef.* 132. *Volck.* voce *Locusta.*

Die gantze Gestalt der Schaaf-Mäuler ist niedrig. Es lässet sich diese Pflantze wohl zu den Dolden-tragenden bringen. Sie wird aber zu den jenigen gezehlet, welche eine vollkommne, irregulaire, einblätterige Blume und einfachen Saamen haben. Sie wächset Hand- oder Spannen hoch, zuweilen auch höher. Die alle Jahr frischwachsende Wurtzel ist dünne, fäserig, von etwas süssen doch fast unschmackhafften Geschmack. Die Blätter sind zart und delicat, stehen allemahl zwey gegeneinander über, sind ohne Stengel, zuweilen sind sie eingesäget, zuweilen gantz, und schmecken eben so, als wie die Wurtzel. Der Stengel und die kleine Aeste sind allemahl zweygespalten, und haben mit allen Dolden-tragenden viel gleiches. Zwischen den kleineren Blätteren an den oberen Aestlein kommen schöne, weißlichte, oder Purpur-röthlichte Blumen, in fünff Ausschweiffungen zerschnitten. Oder die Blume ist einblätterig, und hat nach dem Unterscheid der Gattungen mancherley Gestalt, ist fünffmahl getheilet, hat in der Mitte zwey, drey, vier Fäser, die aus den inneren Seiten der Blume herauswachsen, welche übrigens über ihre Frucht sitzet. Der kleine Kelch ist einblätterig, zart, und durchscheinend. Der Saame ist bloß, und kommt nach jeder Blume nur ein einiger, obgleich Rivinus und Volckamer zwey angeben. Man findet die Schaaf-Mäuler häuffig auf den Aeckern, Weinbergen, und Gärten. Sie blühen im May. Sie werden von einigen im September gesäet, damit man im Winter Salat davon haben könne. Sonst säet man ihn im Januario und Februario.

NOTA. Ob aliqualem formæ similitudinem Valerianæ accensetur à nonnullis Lactuca agnina, ab illa tamen genere differt, cum semina non habeat papposa. Quæ quidem etiam obtinet ratio, cur à Lactuca separari debuisset, cui tamen ob nomen nostris regionibus consuetius est adjecta. Præterea caule dichotomo, seu in binos ramos semper divaricato non à Valeriana solum, sed & ab aliis omnibus differt. Quo tempore demum floribus & fructu caret, ramis bifidis seu dichotomis, foliis binis ex adverso positis, glabris, & venosis distingui solet. Sæpe in monstrosa & folliosa capita degenerat. Foliis integris & serratis variat. Et præ reliquis dichotomiam hæc amare videtur planta. *Rajus* 392. *Ammannus* 234. *Ruppius* 174. *Tournef.* 132.

Wegen einiger Aehnlichkeit zehlet man die Schaaf-Mäuler zu dem Baldrian. Jedoch ist diese Pflantze dem Geschlechte nach davon gäntzlich unterschieden, immassen sie keine Flocken oder Haare aufhabenden Saamen hat. Aus welcher Ursache auch die Schaaf-Mäuler von der Lacktuck sollen unterschieden werden, wie-

wiewohl man wegen des hier zu Lande gewöhnlichen Nahmens, dieselbe auch zu der Lacktuck gesetzet. Uber dem unterscheidet sich diese Pflantze durch die allemahl in zwey Stränge abgehende Aestlein von dem Baldrian und allen anderen Sorten. Wann sie keine Blumen und Früchte hat, kan sie leichte durch eben gemeldte allemahl zweyfach getheilte Aeste, durch die gegeneinander stehende glatte, adenigte Blätter erkennet werden. Sie hat offt recht monstreuse und blätterige Häuptel. Die Blätter sind zuweilen eingesäget, zuweilen gantz. Und vor allen andern siehet man an dieser Pflantze die Dichotomie, oder daß sich alles in zwey Theile zertheilet.

Usus Medicus.

Lactucam toto fere anno seri & transplantari, pluraque alia de ejus satu, cultura & magonio, nec non de usu ejus culinari, olitoribus & mulierculis vulgo nota sunt, quare illis recensendis supersedebimus. Vires autem Lactucæ quod attinet, humidum frigidumque est hoc olus, teste *Galeno*, seu aliis perhibentibus & folia & semina calida sunt tertio & sicca secundo gradu. Lactuca hortensis refrigerat, conciliat somnum, bilis efferuescentiam & æstum compescit, lac auget, alvum leniter movet, ventriculo convenit, multique ac laudabilis est nutrimenti. Extrinsecus sedat dolorem capitis, medetur ambustis, &c. Semen est ex seminibus quatuor minoribus frigidis, valet ad Gonorrhœam virulentam, ad urinæ ardorem. Semen hinc in officinis exstat, ex foliis autem paratur aqua Lactucæ, calorem febrilem & sitim temperans. De Lactuca sylvestri affirmat *Dioscorides*, quod herba & semen dolores mitigent, semen minuant, libidinem supprimant, Veneremque arceant. De Lactuca agnina peculiares asseruntur vires, herba siquidem refrigerare & humectare dicitur, facultate tamen & temperamento Lactucæ haud dissimilem esse, cujus quippe loco hybernis & primis veris mensibus inter olera obtinet locum.

Wie die Lacktucke fast das gantze Jahr durch gesäet, versetzet, und verpflantzet werde, ingleichen was zu dessen Aussaat, Warte, Pflege, und dabey gehöret, ist allen alten Weibern und Kohl-Gärtnern bekannt, weswegen wir uns nicht dabey aufhalten dürffen. Von den Kräfften aber in der Artzeney behaupten die meisten, daß sie kalt und feucht, andere daß Blätter und Saame warm im dritten, und trocken im andern Grad seyen. Der Garten-Salat kühlet, befördert den Schlaff, verhindert die aufwallende und hitzige Galle, vermehret die Milch, laxiret gelinde, dienet dem Magen, und giebt viel guter Nahrung. Aeusserlich stillet er die Haupt-Schmertzen, heilet Brand-Schaden ꝛc. Der Saamen gehöret zu den in den Apothecken vorhandenen vier kleinen kalten Saamen, er dienet zu den hefftigen Saamen-Fluß, und gegen brennend Wasser. Man findet den Saamen in den Apothecken; Aus den Blättern hat man Lattich-Wasser, welches zu kühlung der Hitzen und löschung deß Durst's dienlich ist. Von dem wilden Lattich behauptet Dioscorides, daß Kraut und Saamen die Schmertzen lindere, den männlichen Saamen verringere, die Geilheit auslösche, und böse Lust tilge. Von den Schaaf-Mäulern werden noch andere Kräffte angegeben. Das Kraut soll nehmlich erfrischen und kühlen, und übrigens an Kräfften und Eigenschafften der Lacktucke gleich kommen, an dessen statt man es auch des Winters zu essen pfleget.

Usus Domesticus.

Man weis, in wie hohen Werthe die Lacktucke bey den Alten gewesen, und zu wie vielerley Nutzen derselbe heute zu Tage in der Küche und Haus-Wirthschafft gebrauchet werde. Nun ist die Frage schon von Alters her gewesen, ob die Lacktucke gesund seye? Galenus hat selbst gerne Salat gegessen, und recommendiret also denselben ungemein sehr als ein Kraut, das gute Nahrung gebe. Die Erfahrung giebt zur Genüge, daß Leuthen, die einen kalten und schwachen Magen haben, die Lacktucke eben nicht dienlich seye. Jedoch siehet man leicht, daß bey einer vernünfftigen Diät der Gebrauch der Lacktuck gar nicht zu verwerffen sey. Es dienen alle Gattungen der Lacktuck nicht nur zu einem Salat mit Oel, Eßig, oder Zucker und Citronen-Safft, sondern auch verschiedene derselben in die Suppen, sonderlich wenn man die jungen Köpffe durch die Brat-Pfanne lauffen lässet, das ist, in braun gebratenes Schmaltz oder Fett tauchet. Wenn die Stengel zum Saamen geschossen, beschliessen sie einen Kern oder Marck, welches, wann die Haut davon gezogen, gekocht, und in Fleisch-Brühe zerrieben, eine gute Suppe machet. Auf wie mancherley Art man endlich diesen Salat zurichtet, wie man ihn kochet, confitiret und dergleichen, muß man mehr in Koch- als Garten-Büchern suchen.

LATA-

LADANUM SEGETUM.

LADANUM SEGETUM, λάδανον. *Græc.* Sideritis arvensis, Harrovv Leavved, or Ironvvort. *Angl.* Beruff-Kraut, Korn-Wirth, Alyssen-Kraut. *Germ.*

CHARACTER. Ladanum Segetum refertur generaliter ad herbas verticillatas herbaceas. *Rajus* 566. Speciatim vero ad plantas flore perfecto, irregulari, seminibus nudis quaternis. *Rupp.* 183. Et cum Lamio aut Galeopsi quia pleraque communia habet, seu ad sideritim ab aliis refertur, definitio etiam convenit. Quoad *Rivinum* pertinet ad plantas, quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul, barba tripartita, galea integra, & semina ferunt quaterna, nuda, lævia. Ex radice digitali aut minori, lignosa, caules surgunt pedales, quadrati, subhirsuti, cæteroquin ex viridi canescentes, geniculati, ramosi. Folia ex articulo oriuntur atrovirentia, subhirsuta, ex adverso posita, vel serrata vel integra, sideritis molliora, sapore exsiccante. Flores identidem ex foliorum alis orti verticillatim caules ambiunt Lamii floribus persimiles, colore nunc carneo hilariori, nunc albo: labello punctis duobus albicantibus notato, & paulo interius notulis in luteum vergentibus respersо, apices sub galea teguntur lutei. Verticilli seu flores nunc rarius, nunc densius in orbem juncti, & tam caulium nodos per intervalla, quam eorum fastigia occupant. Semina sunt nuda, ad singulum flosculum quaterna, fusca, in perianthio aperto seu florum calice latitantia. *Chabræus App.* 644. *Lugdun.* 443. *Rajus* 566. Nascitur in arvis lapidosis & inter segetes passim, nec non in vineis. Floret æstate Augusto & Septembri. Annua est planta.

Korn-Wirth oder klein Beruff-Kraut gehöret überhaupt zu den Kräutern, deren Blumen Wirbel-weiß stehen. Besonders aber wird es zu den Pflantzen mit einer vollkommenen, irregulairen Blume und mit bloßen vierkörnigten Saamen gerechnet. Und da es mit der toden Nesseln viel gemeinschafftliches hat, oder auch zu dem Glied-Kraut gezehlet wird, so hat auch etwas von dergleichen Definition hieselbst statt. Nach Rivini Methode gehöret es zu den Pflantzen mit einer irregulairen, einblätterigen, bärtigen, und gehelmten Blume, wovon der Bart dreyfach getheilet, der Helm aber gantz ist, wobey sich auch ein bloßer, vierfacher, glatter Saame findet. Aus der Fingers dicken oder noch kleineren, holtzigen Wurtzel kommen Fuß hohe, viereckige, etwas rauhe, sonst aber grünlicht-schwartze, in Gleichen getheilte, aestige Stengel. Die Blätter kommen aus den Gleichen, sind schwartz grün, etwas rauch, stehen zwey gegen einander über, sind entweder eingekerbt, oder gantz, weicher als an dem Glied-Kraut, von einem austrocknenden Geschmack. Die Blumen kommen gleichfalls aus den Gelencken oder Gleichen Wirbel weiß, und umgeben also den Stengel; sie sind den Blumen an der toden Nessel sehr ähnlich, zuweilen helle fleischfärbig, zuweilen weis. Die kleine Lefftze ist gemeiniglich mit zwey weissen Flecken gemercket, und etwas in der Blume hinein finden sich gelblichte Pünctlein; Die unter dem Helm verborgen liegende Spitzen sind gelb. Die Wirbel oder die Blumen stehen zuweilen selten, zuweilen aber ziemlich dick um den Stengel, imgleichen oben an den Spitzen desselben. Der Saame lieget blos; nach jeder Blume erfolgen vier Körnlein, von Farbe bräunlicht, die in dem Blumen-Kelch offen liegen. Man findet diese Pflantze auf steinigten Feldern häuffig unter der Saat, und auf den Weinbergen. Sie blühet im Sommer, meistens im August und September, und ist ein jährliches Kraut.

NOTA. Hæc herba à foliorum cum Ladano similitudine & natalibus à *Plinio* Libr. XXVI. c. 8. Ladanum Segetum dicitur; ab aliis Tetrahit angustifolium. Plinius duplex hoc Ladanum esse ait, quod Herbarii sic interpretantur, ut aliud sit album, aliud rubrum; *Turnerus* plantam hanc *Ancoriariam* appellat, & pro *Matthioli Clinopodio* habet. *Tabernæmontanus* vult esse Alyssum Galeni flore purpureo. *Rajus* ad sideritim, *Tournefort.* & *Boerhaavius nec non Ruppius alique* ad Galeopsin referendam esse existimant. Sed planta hæc non est Sideritis, quia labium ejus tam superius quam inferius non est bifidum; nec est *Galeopsis* multo minus *Lamium*: flores enim Ladani non figura modo sed & situ ab ipsis differunt: *Knauth* p. 90. Notatu præterea digna sunt verba *Rivini. Ord. Plant. Flore irregulari monopetalo.* p. 9. Qui Ladanum segetum ad sideritem reducunt, satis testantur se obiter saltem utriusque flores spectasse: ne dicam sideritis verticillos ipsum amplecti caulem, cum tamen

men Ladanum segetum saltem ramorum extremitates suis exornet floribus, cui tamen, pace tanti Viri, experientiam contradicere, palam est.

Diese Pflantze ist wegen der Aehnlichkeit ihrer Blätter, und von dem Ort, wo sie wächset, von dem Plinio Ladanum Segetum genennet worden, und giebt er für, daß zwey Sorten davon sind, welches die Botanici dahin verstehen, daß er auf die rothe und weisse gezielet habe. Es haben sowohl alte als neue diese Pflantze entweder zum Lamio, Galeopsi oder Sideriti gebracht. Allein diese Pflantze ist keine Sideritis, weil derselben obere und untere Leffze nicht zwey gespalten ist. Eben so wenig ist es ein Lamium oder Galeopsis, indem die Blumen des Lamii nicht nur nach der Gestalt, sondern auch der Lage davon unterschieden sind. Es sind Rivini Worte hievon merckwürdig, wer das Ladanum, sagt er, zu der Sideritis rechnet, zeiget genug an, daß er beyde Blumen nur obenhin angesehen. Geschweige, daß Sideritis seine Würbel-Blumen nur rund um den Stengel, des Ladani aber an den Spitzen stehen; welchem aber jedoch die Erfahrung widerspricht.

LADANUM SEGETUM FLORE ALBO, Korn-Wirth, oder klein Beruff-Kraut mit weisser Blume. Siehe die 621. Kupffer-Platte. l. a.

Galeopsis patula segetum floribus albis. *Tournefortius* 185. Ladanum segetum flore albo quorundam J. B. 3. floret Julio in agris. Et est saltem varietas Ladani flore purpurascente.

LADANUM SEGETUM ANGUSTIFOLIUM, Alyssen-Kraut. Siehe die 621. Kupffer-Platte. l. b.

Galeopsis patula segetum flore purpurascente *Tournef.* 158. Sideritis arvensis, angustifolia rubra C. B. P. 233. Alyssum Galeni flore purpureo. *Tabernæm.* Ladanum segetum *Rivini* flore rubro. Ladanum verticillis paucioribus flore purpureo *Dillen.* 135. Lamium, arvense, annuum, angustifolium, rubrum, verticillis spinosis. *Boerhaav.* I. p. 162. n. 3. Inter segetes passim & copiose floret à media æstate in autumnum.

Korn-Wirth mit rothen Blumen, welches Herr Weinmann auch Alyssen-Kraut genennet, hat eine weisse, holtzige, fäserige Wurtzel, die Stengel sind untenher röthlich, viereckig, etwas rauch, werden fast hoch, die Blätter sind schmahl, länglicht, schwartz-grün, gehen gantz spitzig zu. Sie blühen vom Julio bis im Herbst, und stehen häuffig unter der Saat.

LADANUM SEGETUM LATIFOLIUM FLORE RUBRO, Korn-Wirth mit rothen Blumen. Siehe die 621. Kupffer-Platte. l. c.

Ladanum verticillis paucioribus flore purpureo *Dillen.* 135. Ladanum Segetum folio latiori *Rivini.* Ladanum Segetum, flore rubro & albo quorundam. Galeopsis patula segetum flore purpurascente & albo *Tournef.* inter segetes floret æstate.

Die Blätter von dem breitblätterigen Korn-Wirth sind eingesäget, die Blumen kommen sowohl oben an der Spitze als an den Seiten an eben den Gleichen, aus welchen die Blätter kommen. Die Blume ist nach der übrigen Gestalt der Pflantze groß und schön, und ist eben die jenige, von welcher oben gesaget worden, daß sie mit weissen und gelben Flocken besprenget sey.

De Ladano Segetum nec usus medicus, nec domesticus constat. Ladano tamen, inquit *Plinius*, sistitur alveus', contuso quidem & cribrato: bibitur ex aqua mulsa, item ad bilem, id est, choleram è vino. Idem alibi: Febres frigidas leviores facit Ladanum, quod in segetibus nascitur contusum.

Von Korn-Wirth ist weder Haus- noch Medicinischer Nutzen und Gebrauch bekannt. Plinius saget, daß es den Durchfall stille, wann man es zermalmet und durchsiebet. Man trincket es mit Meth, imgleichen mit Wein gegen die Galle, es machet das kalte Fieber leichter, wenn es gestossen wird.

LAMIUM.

LAMIUM. Urtica iners & mortua, vulgo Archangelica, Ortica morte ò fetida. *Ital.* Ortiga muerta. *Hisp.* Ortie morte. *Gall.* Stinoking, de ad netle, Archangel. *Angl.* Dootnetel. *Belg.* Dofnelde. *Dan.* Pockrzywa montwot. *Pol.* Itot chálan. *Hung.* todte oder taube Nessel. *Germ.*

CHARACTER. Lamium jungitur Plantis verticillatis, illisque, quæ flore sunt perfecto, simplici, irregulari, monopetalo, barbato & galeato simul, barba quadripartita, galea integra, seminibus quaternis, nudis, lævibus. *Rivinus.* Est autem Lamium Plantæ genus flore monopetalo, la-

biato, cujus labium superius cochlearis instar est excavatum; inferius vero bifidum, cordiforme, definuntque ambo in fauces marginatas. Ex calice autem tubulato, ac quinquepartito surgit pistillum, posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina triangularia, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita. *Tournef.* 185. Ex radice fibrosa, surculosa, caules surgunt pedales, nonnunquam cubitales, quadrati fere, prope terram graciliores, & infirmiores, unde etiam vix sustentantur, inanes, modice hirsuti, ramosi, geniculis rarioribus intercepti, prope terram in apricis purpurascentes. Folia urticæ urenti simillima, ex adverso bina, quæ in imis caulibus sunt, longioribus adhærent pediculis, quæ in superioribus sunt, brevioribus, breviori & innocua lanugine hirsuta. Flores sunt perfecti, monopetali, barbati & galeati, oblongi, fabæ majores, per foliorum intervalla quasi cuculiis, aut galeis apertis sive ansis inflexis, caules amplexantes, seu in verticillis ad caulium nodos positi. Semina ad singulum florem quaterna, nuda, lævia, in perianthio aperto latitantia. Passim, circa sepes & semitas, nec non in sylvis, locisque invenitur incultis. Floret Aprili & Majo: annuumque est. Odor totius plantæ ingratus est. *Rajus* 559. *Lugdunensis* 1246. *Volckamerus. Dillen.* 39. *Rupp.* 187. *Linnæus* n. 488. p. 175. C. B. P. 230. *Boerhaave* I. 157. *König.* 126.

Larix scheinet ein teutsches Wort zu seyn, immassen wir den Lerchen-Baum eigentlich Larch, Larich nennen. Es leiten zwar andere diß Wort von Fettigkeit, oder von einem gewißen Schloß Larigno her, allein sehr unwahrscheinlich, indem noch die Frage ist, ob den alten Griechen dieser Baum sey bekannt gewesen, oder ob sie ihn etwan unter einem andern Nahmen beschrieben hätten. Das erste ist fast glaublicher, um so vielmehr als Bellonius, der selbst Griechenland durchgereiset, nirgends einen Lerchen-Baum will angetroffen haben. Es ist auch noch zweiffelicht, ob die Lateiner und sonderlich Plinius den eigentlichen Lerchen-Baum beschrieben. Denn er sagt von demselben, daß er weder brenne, noch Kohlen gebe, ingleichen daß der Lerchen-Baum beständig grüne, schließlich, daß er gar keine Blumen habe. Allein allem diesem widerspricht die Erfahrung, und ist also vermuthlich, daß Plinius des Theophrasti Fichte zum Gegenstand gehabt habe. Es ist auch ein Streit unter den Botanicis, ob der Lerchen-Baum die Blätter im Herbst oder im Winter erst verliehre, allein der Streit ist nicht weit her, wir haben darum in unserer Beschreibung gesaget, daß die Blätter nicht mit einmahl abfallen. Wie offt geschiehets auch nicht, daß Blätter, die sonst im Herbst abfallen, biß in den Frühling zu bleiben pflegen?

LARIX CUM AGARICO, Lerchen-Schwamm. Siehe die 627. Kupffer-Platte. l. a.

Sistitur oculis curiosissimi Lectoris truncus Laricis, cui Agaricus adnascitur. Hodie hic fungus in officinis notissimus, nomenque ab Aagaria Sarmatiæ regione habere creditur. Concretu fungoso is Abieti Piceæ, aliis arboribus, ac præsertim Larici adnascitur; omniumque optimus Larignus habetur, qui etiam ferè solus in usu est. *Dioscorides* in marem & fœminam distinguit. Mas est malus, præsertim qui longus, niger, durus, densus, gravis, & qui in fragmentis ceu villos nervorum ostendit. Fœmina si rotundior, alba, porosa, valde rara, & fractu facilis, levis ac primo gustu dulcis, deinde vero amara & styptica; melior est summa præsertim sui parte. Hæc autem quam dixi fœmina usu plerumque sola est recepta, cujus characteres & virtutes hoc versiculo comprehendunt:

Res frangi præsto pretiosus Agaricus esto
Candidus & splendens libramine levequ pendens.

Es ist hier ein alter abgehauener Lerchen-Baum mit dem Lerchen-Schwamm vorgestellet, (denn der Herr Weinmann stehet in der Meinung, daß der Schwamm nur an dem abgehauenen oder vermoderten Bäumen wachse) dieser Lerchen-Schwamm ist heutiges Tages in den Officinen bekannt genug, und wird für eine treffliche Artzeney gehalten. Der Nahme Agaricus kommt von einer also benannten Scytischen oder Sarmatischen Landschafft her, welche von dem Fluß Agaro, der sie befeuchtet, also genennet wird. Dieser schwammigte Anwachs findet sich an Tannen, Fichten, und andern Bäumen, vornemlich an dem Lerchen-Baum, welcher letztere

nicht nur für den besten gehalten, sondern auch allein gebräuchlich ist. Dioscorides, und andere machen einen Unterscheid unter das Männlein und Weiblein. Das Männlein ist böse vornemlich, wenn es lang, schwartz, hart, dicht, schwehr ist, und in seinen zerbrochenen Stücken gleichsam die Streiffen oder Haare seiner Nerven zeiget. Das Weiblein hingegen ist runder, weis, poreus, läßt sich leichte zerbrechen, ist leicht am Gewichte, zuerst von Geschmack süsse, hernach aber bitter und etwas streng, derselbe wird für weit besser als das Männlein gehalten, vornemlich nach seinem oberen Theil. Dieses Weiblein ist eigendlich der jenige, welcher in den Officinen befindlich, und zu mancherley Artzeneyen gebräuchlich ist.

LARIX. Meleze, seu Agyric, Lerchen-Baum. Siehe die 627. Kupffer-Platte. l. b.

Larix folio deciduo conifera.

LARIX PINI FACIE, Fichten gleicher Lerchen-Baum. Siehe die 627. Kupffer-Platte. l. c.

Usus Medicus.

Præter Agarici fungum etiam Resina ex Larice destillans usui inservit medico. Vix ullum datur morborum genus, cui Agaricus non salutaris habeatur, si longum morborum apud *Zornium* p. 26. legas Catalogum. Optimus hodie habetur, qui in sylvis Tridentinis & Noricis oritur. Non ut reliqui fungi nocte una prodit, sed annum integrum ad sui perfectionem requirit. Virtutem habet calidam, siccam, purgantem atque attenuantem. Purgat leniter pituitam, præcipue crassam & lentam, aquosam, serosam & viscosam totius corporis & bilem utramque; uti & vermes. *Schræd.* Datur hepaticis & anhelosis, & ictericis, & nephriticis, & dysentericis, & in urinæ difficultate, & in uteri strangulatu, & in vitiato colore. Facit etiam contra dolorem Ischiadicum & comitialem morbum. Ducit & menses, unde & prægnantibus usus ejus interdicitur. *Rajus* 107. *Dale* 110. *Chabræus* 608. *Chr. Joh. Lang.* in Oper. med. P. I. 384. Eligitur semper fœminas, i. e. candidissimum, leve, rarum, friabile, gustatu dulce amarum, unde versiculi:

Qui fractu facilis, levis est, & candidus, iste
Imprimis Medicis pretiosus Agaricus esto.

Vid. *G. W. Wedel.* in Amænitat. Mat. med. pag. 259. Duo vitia corrigenda sunt in Agarico 1) Tarditas & 2) Levitas, ob quam ad fundum ventriculi ægre descendens nauseam & vomitum facit. Optima ratio corrigendi est, si trochiscetur. Exstant in officinis Pilulæ de Agarico, Trochisci de Agarico, seu Agaricum trochiscatum, & Extractum Agarici. *Zorn.* Idem ingreditur quoque Theriacam Andr. in trochiscos formatum.

Ausser dem Lerchen-Schwamm wird auch das Hartz, welches aus dem Lerchen-Baum fliesset, zur Artzeney gebraucht; Es ist fast keine Art der Kranckheit, wofür der Lerchen-Schwamm nicht gut seyn solle, wovon man ein langes Register bey dem Zorn antrifft. Der beste Lerchen Schwamm wird aus den Tridentinischen und Tyrolischen Wäldern gebracht. Er wächst nicht, wie andere Schwämme in einer Nacht, sondern muß ein Jahr zu seiner Vollkommenheit haben. Er hat eine wärmende, trocknende, reinigende und verdünnende Krafft. Er führet vornemlich den dicken, zähen, wässerigten, serosen und leimigten Schleim nebst der Galle aus allen Theilen des Leibes, wie auch die Würmer gelinde ab. Man giebt ihn den an der Leber, Keichen, Gelbsucht, Stein, und Ruhr leidenden, ingleichen bey schwehren Harnen, in erstickung der Mutter, und bey verfallener Farbe. Er dienet auch gegen die Hüfften-Schmertzen, und hinfallende Kranckheit. Er befördert die monathliche Zeit, weswegen man ihn den Schwangeren nicht geben soll. Man wählet allezeit das so genannte Weiblein, das ist, den schön weissen, leichten, dünnen, leicht zerreiblichen Lerchen-Schwamm. Man hat an dem Lerchen-Schwamm zweyerley zu verbessern, nemlich seine Langsamkeit und Leichtigkeit, weswegen er nicht leicht in den Magen herunter will, und deswegen Eckel und Erbrechen verursachet. Die beste Art ihn zu verbessern ist, wenn man ihn in Trochiscos oder Zelten bringet. Man hat in den Apothecken Pillen von Lerchen-Schwamm, die Zelten und den Extract von Lerchen-Schwamm.

Colligitur ex eadem Larice Resina liquida, Terebinthina Veneta officinis dicta, seu Terebinthina vulgaris Germanica, Resina Laricea, Lachryma Laricis, quæ est substantia liquida, consistentia mellis novi, coloris flavescentis, saporis acris & amaricantis, odoris grati & fragrantis. *Dale.* Hæc tamen non sponte effluit, sed ex arboris trunco emanat crasso oblongoque terebro ad Cor usque excavato, seu simili arte, qua Succus Betulæ, dum succi adhuc plena est, Larix elicitur. D. *S. Pauli* 538. Hæc loco Terebinthinæ venditari in officinis solet, à qua tamen quoad

quoad virtutem magnopere distat. Optima resina ex Larice est, quæ limpida, pura, grati jucundique odoris, paululum transparens, clara, & difficulter cum attrahitur, remittens: Vim habet calefaciendi, emolliendi, abstergendi, alterandi, digerendi. Usus præcipuus intrinsecus in pulmonibus expurgandis in gonorrhea, fluore albo sistendo, in urina, alvo & calculo ciendo, in mictu cruento. Externus usus est in scabie & scorbuto, miscetur innumeris emplastrorum generibus, ut attrahat, ut resiccet, uti & clysteribus. Optimum vulnerum Balsamum est, ulcera & recentia vulnera curat. Observatu dignum est, Laricem lacrymas non exsudare, quando Agarici illi innascuntur, quibus nutriendis omnem suum adhibet succum. Præparatur exin oleum tenue seu spiritus Terebinthinæ, qui diureticum diaphoreticumque est medicamentum, & pilulæ de Terebinthina cocta. *Pomet. Valentini*, T. I. p. 408. Ex grandioribus Laricis, quæ in Delphinatu superiori, & maxime circa Brigantium copiose deprehenditur, ramis exsudat candida siccaque Manna, Manna Laricea dicta, quæ purgat. *Lemery* v. Larix.

Man sammlet aus dem Lerchen-Baum auch ein gewisses weiches Hartz. Lerchen-Hartz, Lonhartz, Lerget genannt, oder der teutsche gemeine Terpenthin, welches eine flüßige Substantz ist, von Consistentz als frisches Honig, von gelblichter Farbe, scharffen und bitteren Geschmack, von angenehmen und starcken Geruch. Diß Hartz fliesset nicht von selbst heraus, sondern man muß mit einem dicken langen Bohrer biß ins Hertz des Baums dringen. Oder man ziehet es eben so aus als das Bircken-Wasser, wann nemlich der Lerchen-Baum noch voll Safft ist. Diß pflegt man in den Apothecken gemeiniglich für den wahren Terpenthin zu verkauffen, von welchem das Lerchen-Hartz der geringeren Tugend wegen sehr weit unterschieden ist, das beste Lerchen-Hartz ist sauber, rein, eines lieblichen, anmuthigen Geruchs, ein wenig durchsichtig, hell, klar, klebricht, und so mans aufhält, fällt es nicht leicht voneinander. Es hat die Krafft zu erwärmen, zu erweichen, abzuwischen, zu alteriren, und zu kochen. Man braucht es innerlich zur reinigung der Brust und Lungen den Tripper und weissen Fluß zu stillen, den Harn, Stuhl-Gang und Stein zu befördern, wie auch in gäntzlicher verhaltung des Urins und Blut harnen. Aeusserlich braucht man es für die Krätze, Ausschlag, Scorbut, und ist fast keine Art von Pflastern, darzu man nicht das Lerchen-Hartz nimmt, sowohl daß es anziehe, als reinige und trockne, es wird auch offtmahl zu Clystiren gebraucht. Es ist der beste Wund-Balsam, und heilet die frischen Geschwäre und Wunden. Es ist merckwürdig, daß der Lerchen-Baum alsdann kein Hartz gebe, wann der Lerchen-Schwamm an ihn sitzt, welchen zu ernähren er allen seinen Safft hergiebet: Aus den stärcksten Aesten oder Zweigen der Lerchen-Bäume, welche in grosser Menge in dem oberen Delphinat, insonderheit um Brianson herum zu wachsen pflegen, rinnet eine weisse trockene Manna, welche auf Lateinisch Manna Laricea, Frantzösisch Manne de Briançon, oder Manna von Lerchen-Baum genannt wird, welche purgiret. Es wird daraus ein sehr dünnes Oehl oder Geist von Terpentin verfertiget, welches eine Urin- und Schweistreibende Krafft besitzet, wie auch Pillen von gekochten Terpentin.

Usus Mechanicus & Domesticus.

Agaricum ad nigrum colorem frequenter adhibere tinctores, testis est *Pometius*. Ex Larice, utpote quæ corruptioni minus obnoxia, Pedamenta fieri, affirmat *Clusius* 35. Ut in Germania frequenter sereretur atque coleretur, optat *Carlovvizius*, quippe & Therebinthinam fundit, & trabibus apta, & carbones ad rem fusoriam optimos suppeditat. Alpium incolæ, ut a Scorbuto præserventur, ex Larice spondas suas conficiunt. Folia demum Laricis recentia in acetariis sumi possunt. *Zorn.*

Pomet versichert, daß die Färber sich des Lerchen-Schwammes zu der schwartzen Farbe häuffig bedienen. Clusius saget, daß an unterschiedenen Orten aus dem Lerchen-Baum Fuß-Böden und Pfäle gemacht würden, weil sie nicht leicht verfauleten. Carlowitz wünschet, daß man den Lerchen-Baum häuffig in Teutschland säen und bauen möchte, weil er ein gutes Terpenthin giebt, zum Bau-Holtz tauget, und vornemlich Kohlen, die zum Schmeltzen zu gebrauchen, daraus könnten gebrannt werden. Die Einwohner auf den Alpen machen ihre Bette von dem Lerchen-Baum-Holtz, um sich dadurch gegen den Scorbut zu bewahren. Die jungen Blätter von dem Lerchen-Baum können schließlich zum Salat genommen werden.

LATHY-

LATHYRUS.

LATHYRUS sive Cicercula, λάθυρος. *Græc.* Ervo, Mocho. *Ital.* Geisse. *Gall.* Great vvilde Chicheling. *Angl.* Erven, Vogels-Wicken, Kleinkichern, Platt-Erbsen. *Germ.*

CHARACTER. Lathyrus pertinet ad Plantas leguminosas, papilionaceas, seu ad Plantas, quæ sunt flore irregulari, tetrapetalo, & semina ferunt subrotunda, in siliquâ mediocris longitudinis. *Rivinus.* Est autem Lathyrus Plantæ genus flore papilionaceo, ex cujus calice surgit pistillum, vagina membranacea obvolutum, quod deinde abit in siliquam nunc teretem, nunc compressam, seminibus fœtam, modo Cylindriacis, modo angulatis. His notis addendum est, caules Lathyri compressos esse, cum costa elata & margine foliato: Folia vero bina tantum conjugata, nervo innascentia in claviculas abeuntia. *Tournef.* 394. Radix ejus tenuis & fibrosa multa protrudit sarmenta late sese diffundentia: seu caules membranulis nonnullis secundum longitudinem extantibus aucti, compressi & angulosi, quare *Rivino* etiam dicitur, quod caule alato facile à congeneribus discerni possit Lathyrus. Folia ex unica tantum pinnarum mediæ costæ annexarum conjugatione composita, membranacea viridiaque, modo hinc modo illinc ipsa sarmenta amplectentia, è quorum medio ala extenditur quatuor aut sex foliorum contrario semper situ nascentium, quæ in capreolos, quibus se vicinis plantis implicat, definit. Summa sarmenta in multos deinde ramos dividuntur, qui ex foliorum alis oblongas tenuesque virgulas promunt, in quibus multi exigui flores spicæ instar congesti nascuntur, Ciceris flosculis persimiles. Flores sunt perfecti papilionacei, tetrapetali. Semina subrotunda, in quibusdam angulosa, pericarpio membranaceo siliquoso, pendulo simplici ac bivalvi mediocris magnitudinis inclusa. Aliæ nonnullæ Lathyri species sponte sua, aliæ autem in hortis nascuntur. Florent Majo, Junio, Julio. *Volckamer. Boerh.* II. 41. C B. P. 343. *Ruppius* 210. *Raius* 893. *Chabræus* 145.

Kleine Kichern gehören zu den Hülsen-Früchten, die mit einer Schmetterlings-Blume, oder zu denen Pflantzen, die eine irregulaire vierblätterige Blume haben, und ihren rundlichten Saamen in Schoten von mittelmäßiger Grösse eingeschlossen tragen. Kleine Kichern sind eine Art Pflantzen, mit einer Schmetterlings-Blume, aus deren Kelch der Stempffel, welcher mit einer häutigen Scheide umgeben ist, hervor tritt, woraus hiernächst eine runde, zuweilen flache Schote wird, die zuweilen waltzenförmigen, zuweilen eckigten Saamen in sich schliesset. Zu diesen Merckmahlen soll man nach Tourneforts Beschreibung noch setzen, daß die Stengel der kleinen Kicher flach sind mit einer erhabenen Rippe, und blätterigen Rande. Im übrigen sind nur 2. und 2. Blätter immer gegen einander über, die an der Nerve wachsen, welche zu Ende lange Gäblein und Fäserlein machen. Aus einer schlechten und fäserigten Wurtzel kommt viel und sich weit ausbreitendes Reisig. Oder: die flache, winckeligte Stengel werden mit vielen Blättern und Häutlein, die nach der Länge hingehen, vermehret. Weswegen auch D. Rivinus vermeinet, daß durch diese gleichsam geflügelte Stengel die kleine Kicher leichtlich von andern ihres gleichen unterscheiden würde. Die Blätter wachsen an einer Seite der Rippen gegen einander über, und sind als ein Pergament, hell grüne, und stehen bald auf dieser bald auf jener Seite des Reisigs, aus deren Weiten ein Flügel heraus gehet, an welchen 6. oder mehr Paar Blätter stehen, und der endlich zu langen Gäblein wird, die alles, was sie nur erreichen können, umbklafftern, das oberste Reisig verbreitet sich endlich in viele Aestlein, welche viel länglichte Ruthen schiessen, an welchen die Blumen, die den Kichern-Blumen gantz ähnlich sind, Aehren-weiß stehen. Diese Blumen sind vollkommen, vierblätterig, und wie an allen Hülsen-Früchten als ein Schmetterling. Der Saamen ist fast rund, bey einigen eckigt, in einer häutigen, zweyflügeligten, schlechten herabhangenden Schote von mittelmäßiger Grösse eingeschlossen. Einige Arten der kleinen Kichern wachsen von selbst, andere aber werden in den Gärten erzielet. Sie blühen im May, Junio und Julio.

NOTA. Lathyrus à vi aphrodisiaca ità dictus existimatur, quod venerem maxime excitet. A Latinis, ut Columella & Palladio, cicercula dicitur. Ejus genera duo sunt, nempe Lathyrus sativus & sylvestris, qui vero caulibus, foliis, siliquis conveniunt; florumque colore saltem differre solent. *Lugdun.* 470. Variæ ejus præterea recensentur differentiæ a loco, à magni-

magnitudine atque à floris & seminis forma & coloribus desumtæ. *Chabr.* Ex Lathyris alii sunt perennes, ut Lathyrus sylvaticus, Narbonensis, arvensis, pratensis: alii annui, ut siliquis hirsutis, Hispanicus flore purpureo, Tingitanus minor, Montis Baldi graminis folio, siliqua latiore, foliis pinnatis. Ex his elegantiores, rariores que, & qui hortos exornant, sunt Lathyrus Narbonensis, Tingitanus, Hispanicus, Montis Baldi & Lathyrus supra infraque terram siliquas gerens. Cæterum Lathyrum nemo non primo intuitu ab aliis leguminosis prompte discernet, utpote cui soli & præ cæteris & caulis alatus & folia ubique non nisi bina, per modum auricularum arrecta, contigerunt. *Heucherus* 63. Pisum quidem admodum affine est Lathyro, differt tamen manifeste stylo. *Linnæus* n. 590. p. 223. nec non siliquis angustioribus cum seminibus ex rotundo quodammodo oblongis. *Knauth.* 192.

Lathyrus eine kleine Kicher soll aus einem zusammen gesetzten Griechischen Wort herkommen, welches so viel bedeutet, als zur Liebes-Lust geneigt, weil diese hiedurch sehr soll erwecket werden. Die Lateiner nennen es Cicerculam eine kleine Kicher. Es sind wilde und kleine Garten-Kichern, und findet sich noch sonst mancherley Unterschied, nach dem Ort, der Grösse, Gestalt und Form der Blume und des Saamens. Einige bleiben lange, als die wilde, Narbonische, Feld- und Wiesen-Kichern; andere bleiben nur ein Jahr, als die mit den rauhen Schoten, die Spanische mit der Purpur-Blume, die von dem Berg Baldo mit Gras-Blättern, breiterer Schote, und spitzigen Blättern. Die schönsten und seltensten, die man davon in den Gärten hat, sind die Narbonische, die Tingitanische, die Spanische, die von dem Berg Baldo, die jenige, welche unter und über der Erden Schoten trägt. In übrigen kan ein jeder die kleine Kicher leicht von allen andern Hülsen-Früchten durch den geflügelten Stengel, und durch die beyden gegen einander über als kleine Oehrlein stehende Blätter unterscheiden. Die Erbse ist der kleinen Kicher zwar sehr ähnlich, allein diese unterscheidet sich von jener einmahl durch die Stengel, ferner durch die engere Schoten, und schließlich durch den Saamen, der bey der kleinen Kicher fast rundlicht-lang ist.

LATHYRUS MAJOR PERENNIS, Kichern. Siehe die 628. Kupffer-Platte. l. a.

Lathyrus Narbonensis *Rivin.* Lathyrus latifolius. C. B. P. 344. Lathyrus major latifolius flore majore, purpureo specioſior. J. B. 2. 203. Lathyrus flore latiori *Lobelii.* Cicercula sylvestris *Tabernæm. Boerh.* II. 41. n. 1. Colitur in hortis, & floret Junio & Julio. Perennat. Sponte oritur in agro Monspelienſi, multiplicatur & propagatur per semina *Volckamer.* 242. *Rupp.* 216.

Diese kleine Kicher ist grösser und schöner, als alle andere Gattungen, sie hat sehr viele aderigte Membranen um den Stengel. Die Blätter haben Nerven, und gehen in eine stumpffe Spitze zu, sind ohngefehr 1. Zoll breit, die Blumen sind gros und Purpurfärbig, und riechen nicht übel. Die Schoten sind lang aber nur schmahl, der Saame ist kleiner als die Wicken, schwärtzlicht, und etwas bitter von Geschmack. Sie blühet bey uns in den Gärten im Junio und Julio, und perennret.

LATHYRUS NARBONENSIS FLORE ALBESCENTE, Narbonische kleine Kicher mit weißlichter Blume. Siehe die 628. Kupffer-Platte. l b.

LATHYRUS MAJOR SIVE ALTER, eine andere Art von der grösseren kleinen Kicher. Siehe die 628. Kupffer-Platte. l. c.

Lathyrus major, Narbonensis, angustifolius. J. B. Lathyrus angustifolius alter. Lathyrus sylvestris alius, angustifolius. *Boerh.* II. 41. C.B. P. 344. Climenum *Matthioli.* Floret Julio in hortis, sponte sua gignitur in sylvis.

Durch die langen schmahlen Blätter ist diese allein von den beyden vorhergehenden unterschieden. J. Bauhinus will unten an dem blätterigen Stengel vier Blätter, zwey grössere und zwey kleinere bemercket haben. Sie blühet im Julio, und wächst von selbst in den Wäldern.

LATHYRUS ANGUSTIFOLIUS SEMINE ANGULOSO, schmahl-blätterige kleine Kicher mit winckeligten Saamen. Siehe die 628. Kupffer-Platte. l. d.

Lathyrus angustifolius, leptomacrolobos, semine angulosо *Morison.* Lathyrus angustifolius semine maculoso. C. B. P. Cicercula Boetica & Ægyptiaca *Clusii.* Lathyrus quibusdam Ægyptiacus Aracus. J. B. Floret Junio in hortis, sponte nascitur in Ægypto & Hispania. Annua est. *Volckamer.*

Sie ist sehr schwach, und windet sich mit ihren Gäblein aller Orten an. Die Blätter sind eines Halms breit, spitzig, und stehen an ziemlich dicken Stengeln. Die Blumen sind gantz sonderbahr, und den Erbsen-Blumen sehr ähnlich, aussenher fleischfarb, inwendig fast bläulicht, der Saame ist fast viereckigt, süß als Erbsen. Sie blühet im Junio, wächst von sich selbst in Egypten und Spanien, ist eine jährliche Pflantze.

LATHYRUS FLORE MAJORE PURPUREO, kleine Kichern mit grosser purpurfärbiger Blume.

Blume. Siehe die 629. Kupffer-Platte. l. a.

Lathyrus sativus flore purpureo. C. B. P. 344. Aracus sive Cicera *Dodon.* Lathyrus flore purpureo *Camerar.* Flores habet ex rubra purpura in puniceum inclinantes: grana anguloſa, alia obſoleta nigroque proxima. Piſum anguloſum vulgò tam à viticularum quam ſeminum angulis. Eck-Erbes. *Camerarii Hortus Med.* p. 84.

Dieſe kleine Kicher unterſcheidet ſich durch die ſchöne purpurfärbige Blume, die aus dem Purpur in dunckel roth Scharlach fällt. Der Saame iſt winckeligt oder gantz alt, und faſt ſchwärtzlicht.

LATHYRUS SILIQUA HIRSUTA FLORE ODORO, kleine Kicher mit raucher Schote und wohlriechender Blume. Siehe die 629. Kupffer-Platte. l. b.

Lathyrus anguſtifolius ſiliqua hirſuta flore cœruleo & pene violaceo. C. B. P. 344. n. VII. Lathyrus ſiliqua hirſuta. J. B. 2. 305. Floret in agris nec non montoſis Junio & Julio. Radice eſt ſingulari, tenui, annua.

Auſſer den kurtzen, breiten und rauchen Schoten ſiehet man auch, daß die Blumen an ſehr langen Stengeln ſtehen, die Blätter ſind nur klein. Der Saame iſt rund, röthlicht oder ſchwärtzlicht, obenher krauß-licht. Man findet ſie in Feldern und auch auf Bergen. Sie blühet im Junio und Julio, und währet ein Jahr.

LATHYRUS TINGITANUS SILIQUIS OROBI, Tingitaniſche Kicher mit Erven-Schoten. Siehe die 629. Kupffer-Platte. l. c.

Lathyrus Tingitanus ſiliquis orobi flore amplo ruberrimo. *Moriſon.* H. O. P. II. 55. floret in hortis Junio & Julio. In Mauritania Tingitana ſponte naſcitur. Propagatur cum antecedentibus per ſemina. *Volckamer.* 242. *Rajus* 897. *Rupp.* 211.

Dieſe kleine Kicher iſt aus der Stadt Tingi in Africa zu uns gekommen. Es wachſen aus einer Wurtzel viel Stengel, die man unterſtützen muß. Sie blühet im Junio und Julio, und wird wie die vorhergehende durch den Saamen vermehret.

LATHYRUS TUBEROSUS SEU TERRÆ GLANDES, Geſſe ſauvage, Erd-Nüſſe. Siehe die 629. Kupffer-Platte. l. d.

Lathyrus radice tuberoſa repente *Moriſon.* Lathyrus arvenſis, ſeu terræ glandes *Parck.* Lathyrus arvenſis repens tuberoſus C. B. P. 344. Chamæbalanos leguminoſa J. B. 514. Terræ glandes *Dod.* Apios *Tragi.* Pſeudo Apios *Matth.* Lathyrus flore & odore roſeo, quia aqua ex his floribus deſtillata aquæ roſarum odori accedit. *Camerar. Epit. Matth.* 424. *Rupp.* 210. Floret Junio in arvis inter ſegetes. Perennat. Floribus elegantiſſimis purpureis odoratis, & radicibus tuberoſis, eſculentis, differt à congeneribus. *Volckam.* 241.

Erd-Nuß, Sau-Mandeln, Erd-Eichel heiſſet dieſe Gattung, weil an zarten und langen Fäden dicklichte länglichte Eicheln hangen, die ein weiſſes und ſüſſes Fleiſch haben, welche man aus der Erde graben muß. Es ſind gar kleine und ſchwache Stengel, aber Ellen hoch und länger, äſtig, liegen meiſtens auf der Erde. Die Blätter ſind den Wicken-Blättern ſehr ähnlich. Die Blumen ſind als an den Erbſen, ſtehen aber viele Hauffen-weiß bey einander, purpurroth und lieblich von Geruch, wie denn auch das daraus diſtillirte Waſſer dem Roſen-Waſſer gleich kommt. Man findet ſie häuffig in den Aeckern. Sie blühen im Junio, und bleibet die Wurtzel beſtändig.

LATHYRUS ANGUSTISSIMO FOLIO FLORE PALLIDO-PURPUREO, kleine Kichern mit den ſchmähleſten Blat, und blaß purpurfärbiger Blume. Siehe die 630. Kupffer-Platte. l. a.

An Lathyrus anguſtiſſimo folio Americanus variegatus C. B. P. 344. ? qui Orobi Americani nomine floruit in ejus horto ? Lathyrus peregrinus è cœruleo purpuraſcente flore & ſuaviter rubente. *Eyſtadt. Tournef.* 395.

Die Blätter ſind ſchmahl und lang. Die Blumen wachſen an ſehr langen Stielen. Die Gewerbe des Stengels ſind mit kleineren Blättern umgeben. Sie blühet in den Gärten im Julio.

LATHYRUS MINOR REPENS, kleine kriechende Kichern. Siehe die 630. Kupffer-Platte. l. b.

Lathyrus ſylveſtris minor C. B. P. 344. Lathyrus minor anguſtiſſimo folio *Rajus* 898.

Dieſe kleine Kicher iſt nach allen ihren Theilen kleiner, ſchwächer, zärter als die übrigen: Die Blätter gleichen wegen ihrer Zartheit und Länge, auch übrigen Geſtalt faſt den Fenchel-Blättern. Die Blumen ſind blaßroth. Der Saame iſt ſchwärtzlicht. Sie blühet im Sommer.

LATHYRUS ARVENSIS MINOR, kleine Feld-Kichern. Siehe die 630. Kupffer-Platte. l. c.

Lathyrus arvenſis ſiliquis Piſi minoris. *Moriſ.* Annua eſt planta, ſola ſiliqua curta cylindriaca ad inſtar Piſi minoris à reliquis differt & diſtingui poteſt. Flore eſt albo, quem longiſſimo pedunculo præ ſe fert. *Rajus* 895.

Dieſe kleine Feld-Kicher hat Schoten als eine kleine Erbſe, es iſt eine jährige Pflantze, und unterſcheidet ſich durch die kurtze rund-

rundlichte Schote. Die Blume ist weiß, es stehet immer allein an einem sehr langen Stiel: Sie blühet im Sommer.

LATHYRUS BOETICUS FLORE LUTEO, Boetische kleine Kicher mit gelber Blume. Siehe die 630. Kupffer-Platte. l. d.

An Lathyrus Hispanicus flore luteo? *Volck.* 241. Lathyrus æstivus flore luteo *Raj.* 895. Caules profert ternos aut quaternos, ulnam excedentes, binis alis membranaceis auctos aliorum more: quin & bina foliola brevia, latiuscula, ad exortum pediculi folia sustinentis bina angusta, longa, quæ deinde in capreolos abit. Flores fert luteos venis purpureis nonnunquam distinctos, quibus succedunt siliquæ longæ, plures simul junctæ, semina continentes rotunda, aspera, & velut reticulata, sena aut plura. Floret æstate in hortis.

Es schiebt diese kleine Kicher drey biß vier Ellen hohe Stengel, die eben so als die anderen Gattungen mit Häuten umgeben ist. Die Blumen sind gelb, und zuweilen mit rothen Streiffen. Die viel bey einander stehende Schoten sind lang, und enthalten runden, rauchen, und gleichsam Netz-förmigen Saamen, an der Zahl 6. oder mehr. Sie blühet im Sommer.

LATHYRUS SATIVUS FLORE ALBO, kleine gebauete Kicher mit weisser Blume. Siehe die 630. Kupffer-Platte. l. e.

Lathyrus sativus minor semine anguloso *Morif.* Lathyrus sativus flore fructuque albo C. B. P. 344. Lathyrus anguloso semine, floret Junio in hortis, alias seritur in agris. Annua est pl.

Man säet sie sonst auf den Feldern, jedoch findet sie sich auch wegen der anmuthigen Blume im Garten; Frucht und Blume sind weiß. Man bauet sie jährlich, sie blühet im Junio.

LATHYRI SPECIES, QUÆ ERVILIA SYLVESTRIS, eine Gattung von kleinen Kichern als eine wilde Erve. Siehe die 630. Kupffer-Platte. l. f.

Lathyrus folio integro, producente bina foliola, capreolos emittentia. *Morison.* Ochrus folio integro capreolos emittente: Ervilia sylvestris. *Dodon.* peculiarem de hac specie dedit definitionem sub titulo Ochrus. *Tournef.* 396. Siliqua est teres, cylindriaca fœta semine rotundo. Folia sunt articulata, modo simplicia, modo conjugata in claviculas abeuntia *Boerh.* II. 43. Flores è foliorum sinu prodeuntes singulares, & pediculis brevibus hærentes ὠχρεῖ, petalo erecto, seu clypeo intus circa mediam partem nigris lineis striato. Siliquæ Lathyro sativo similes, in quibus sex, plus aut minus continentur pisa melina, & obscura quadam flavedine. Floret Junio in hortis sponte, oritur in Italia inter segetes. Ann. multiplicatur seminibus. *Volckam.*

Diese Art hat Dodonæus Ervilia genennet, und Tournefort und Boerhaave unter besondern Geschlechte mit dem Nahmen: Ochrus, Ockergelb gebracht, weil Blumen und Schoten also gefärbet sind. Sie hat das besondere Abzeichen, daß die gantzen Blätter von neuen zwey kleine Blätter als ein paar Ohren schiessen, welches sehr besonders anzusehen. Man erzielet sie bey uns im Garten. In Italien wächst sie von selbst, und blühet im Junio.

LATHYRUS SYLVESTRIS FLORE LUTEO, wilde Kichern mit gelber Blume. Siehe die 631. Kupffer-Platte. l. a.

Lathyrus lateus lutifolius. Lathyri species lutea. *Rajus* 894.

LATHYRUS SYLVESTRIS LUTEUS FOLIIS VICIÆ, kleine wilde Kichern mit Wicken-Blättern. Siehe die 681. Kupffer-Platte. l. b.

C. B. P. 344.

LATHYRUS SYLVESTRIS ET DUMETORUM FLORE LUTEO, kleine Kichern, die in Wäldern und Hecken wachsen mit gelber Blume. Siehe die 631. Kupffer-Platte. l. c.

Lathyrus sylvestris flore luteo. Lathyrus sylvestris luteis foliis Viciæ C. B. P. Lathyrus sylvestris dumetorum J. B. glandibus terrestribus congener; floret Majo in dumetis & pascuis. *Perenn.*

LATHYRUS SEU VICIA LUTEA FOLIIS CONVOLVULI MINORIS, kleine Kichern, oder gelbe Wicken mit Blättern als an der kleinen Winde. Siehe die 631. Kupffer-Platte. l. d.

Usus Medicus.

Rarissime quidem Lathyrus officinas ingreditur, affirmat tamen cum aliis *Königius* 197. quod vim habeat contra exspuitionem sanguinis, nam refrigerat & reprimit, sistit menstrua, id quod tamen maxime de Lathyro sativo est intelligendum, qui flore & fructu albo est, & copiose in Palatinatu inferiori seritur, coquiturque ut pisum vulgare. Cujusmodi usus domesticus etiam apud veteres aliasque obtinuit gentes.

Man braucht die kleine Kichern gar nicht in den Apothecken. D. König aber saget davon, daß sie wieder das Blut ausspeyen dienen, indem sie kühlen und zurücke halten, die monathliche Zeit hemmen, welches aber von den gebaueten kleinen Kichern mit weisser Blume und Frucht zu verstehen, welche man häuffig in der Obern-Pfaltz bauet, und als gemeine Erbsen kochet. Zu dergleichen haben auch alte und andere Völcker die kleinen Kichern gebraucht.

LAVEN-

LAVENDULA.

LAVENDULA, Lavandula, Pseudo Nardus. Λαβίνδρος. *Græc.* Lavanda. *Ital.* Lavande. *Gall.* Lavender. *Angl.* Lavandel. *Belg.* Lawendel. *Dan.* Lawenda. *Moscovv.* Lawedzin. *Pol.* Lawendula. *Bohem.* Lavendel, Lafendel. *Germ.*

CHARACTER. Lavendula refertur à *Rivino* ad Plantas, quæ flore sunt irregulari perfecto simplici, monopetalo, barbato & galeato simul, barba tripartita, galea divisa, seminibus quaternis, nudis, & lævibus. Est autem Plantæ genus flore monopetalo labiato, cujus labium superius surrectum est subrotundum, plerumque bifidum, inferius vero tripartitum. Ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita. *Tournef.* 198. His notis addendum est, inquit idem, flores Lavendulæ Spicæ in modum verticillatim summis caulibus & ramis innasci. Ex radice lignosa & in multas fibras divisa prodeunt ramuli, sive virgæ tenues, quadrangulares, geniculatæ, cubitales plus aut minus longiores. Folia circa singula genicula sunt bina, sibi invicem opposita, oblonga, carnosa, utraque parte albicantia, & summas profert spicas oblongas, tenues, floribus refertas purpureis, aut cœruleis, interdum albis bene odoratis, & odore caput replentibus. Semina sunt ad singulum florem quaterna, nuda, lævia, sub perianthio aperto latitantia. Tota planta suavem fundit odorem. Floret Junio & Julio in hortis. Radix ramulique perennant. C. B. P. 216. *Boerhaave* I. 152. *Linnæus* n. 469. *Volckamer.* 243. *Rupp.* 190. *Lugd.* 919. *Rajus* 512. *Ammannus* 444.

Lavendel wird von Rivino zu den Pflantzen gezählet, welche eine irregulaire, vollkommene, einblätterige, bärtige und zugleich gehelmte Blume haben, daran der Bart dreyfach gespalten, der Helm aber getheilet ist, mit vier blossen und glatten Saamen-Körnern. Lavendel aber ist nach Tourneforts Beschreibung eine Art Pflantzen mit einer einblätterigen Leffzenförmigen Blume, daran die obere Leffze gerade aufstehet, rundlich und gemeiniglich zweyfach getheilet, der untere aber dreyfach zerspalten ist. Aus dem Kelch kommt ein Stempffel, der an den hintern Theil der Blume als ein Nagel fest eingeschlagen, und gleichsam mit vier Kindergen oder Ansetzlingen umgeben ist, welche hernach zu soviel Saamen-Körnern werden, die in einer Capsel, welche vorher der Blumen Kelch gewesen, liegen. Tournefort sagt, man solle zu diesen Kennzeichen noch die Blume des Lavendels setzen, welche in einer Aehre wirbelweis an den höchsten Aestlein oder Stengeln wachsen. Es kommen aber aus einer holtzigen, und mit vielen Fäsern besetzten Wurtzel zarte Stengel oder Ruthen, welche Ellen hoch, mehr oder weniger aufwachsen; sie sind viereckig, und haben ihre Geleichen oder Gewerbe. An jedem derselben stehen zwey Blätter gegeneinander über, die länglicht, fleischicht, und an beyden Seiten weißlicht sind. Oben an denselben stehen länglichte, zarte Aehren, die mit purpurfärbigen, blauen, weissen ꝛc. Blumen besetzet sind, welche wohl riechen, und das Haupt einzunehmen pflegen. Es finden sich an jeder Blume vier blosse, glatte, in einen offenen Saamen-Behältniß liegende Saamen-Körner. Die gantze Pflantze hat einen angenehmen Geruch. Sie blühet im Junio und Julio, man ziehet sie in den Gärten, Wurtzel und Stengel bleiben im Winter.

Lavendulam a lavando esse dictam, quippe quæ lavacris adhibita fuit, omnes consentiunt autores. Duplicem plerique statuunt Lavandulam, seu Pseudo Nardum: majorem, quæ & spica à spicatis floribus, & Nardus Italica nuncupatur, Italis *Spigo*, Gallis *Aspic*. Pseudo Nardum fœminam, quæ Lavendula vulgaris est, Gallis, *Lavende femelle*. *Clusius* 345. Lavendula Mas communiter vocatur Spica, fœmina autem proprie Lavendula. Reliquæ differentiæ a florum colore foliorumque vel integritate vel dissectione desumuntur. Lavendula a Stœchade & Menthastro spicis tenuioribus & florum labio superiori reflexo manifestè recedit. *Knauth.* 96. Lavendulæ flores in spicam simplicem digesti, Stœchadis autem flores in spicam, seriebus variis ordinatam, coma superbientem digesti. *Linnæus* 469.

Lavendel hat fast in allen Sprachen seine Herleitung behalten, es kommt aber von lavare waschen her, weil man diß angenehme Kraut zum waschen und baden vielfältig gebrauchet. Es findet sich ein Haupt-Unterschied zwischen den grösseren und kleinen Lavendel; Jenen nennet man die falsche Narde, oder Aspic, die kleinere ist das Weiblein oder der eigentliche Lavendel.

del. Denn man hat hieselbst beyderley Geschlecht beobachtet, daß also die grössere oder der Spickenard das Männlein, der kleinere aber oder der Lavendel das Weiblein ist. Was sonst bey dieser Pflantze den Unterschied machet, wird von der Farbe der Blumen und von der Gestalt der Blätter genommen, die entweder gantz oder eingeschnitten sind; wiewohl die Stœchas-Blumen und die wilde Müntze mit dem Lavendel sehr viel ähnliches haben, so kennet man doch dieses von jenen durch die einfache Aehre, und durch die aufwärts stehende Leffze der Blumen. Die Blumen an dem Lavendel stehen gantz schlecht in einer einfachen Aehre, die Stechas-Blumen aber haben eine getheilete und viel starck belaubte Aehre.

LAVENDULA LATIFOLIA, vulgo SPICA, Aspic, Spicanard. Siehe die 632. Kupffer-Platte. l. a.

Spica, Nardus Germanica, Nardus Italica, Lavendula Mas, Pseudo Nardus, quæ vulgo Spica. Lavendula major. Narde, Aspic. *Gall.* Spigo. *Ital.* Spicanardi. Mas procerior est, & majorem spirat odorem, nec minus placet, quam Nardus. Folia infima quidem incondita, superiora vero quadratis durisque adhærentia caulibus seu virgulis, ex adverso bina, per intervalla, longiuscula, incana, culmum lata, 2. aut 3. uncias longa, medium percurrente nervo, odore vehementi grato, & sapore amaricante. Spica summis inhærens ramulis satis est longa, flores cæruleos, nonnunquam albos, qualis sequens est, gestans. Floret Julio in hortis. Sponte nascitur in Italia, Gallia & Hispania, & perennat. *Volck. Chabr.* 425.

Die Spicanarde wird ein ziemlich hoher Strauch, der viele Aeste hat, und Ellen biß anderthalb Ellen hoch wird. Untenher stehen zwar die Blätter ziemlich unordentlich, hernach aber allemahl zwey gegen einander über, in einer gewissen Weite voneinander, sind länglicht, graulicht, Strohhalms breit, 3. biß vier Zoll lang, und gehet mitten durch eine Nerve, von starcken doch angenehmen Geruch und bitterlichen Geschmack. Die Aehre ist sehr lang und ansehnlich, die Blumen blau oder weiß. Sie blühet im Julio in den Gärten, wächst aber von selbst in Franckreich, Italien, und Spanien, und perenniret.

LAVENDULA FLORE ALBO, Spicanard mit weisser Blume. Siehe die 632. Kupffer-Platte. l. b.

Est varietas antecedentis, hanc autem, quæ flore est albo, folia vulgari paulo latiora habere, contendit C. B. P. 216. habetur etiam flore purpureo. Nostra autem etiam appellatur Lavendula & Spica hortulana flore albo. *Tabern.* perennat. *Volck.*

Die Spicanard mit weisser Blume ist mit der vorigen einerley. Bauhinus will bemercket haben, daß diese breitere Blätter als die gemeine haben. Man findet sie auch purpurfärbig.

LAVENDULA ANGUSTIFOLIA, Lavande, Lavendel. Siehe die 632. Kupffer-Platte. l. c.

Lavendula minor. Pseudonardus Fœmina. Nardus vulgo dicta C. B. P. Lavendula minor seu spica. Lavendula breviori folio & spica. Tota quidem facie præcedenti proxima est, minor utcunque & humilior, pariter tamen dense fruticans: foliis minoribus seu angustioribus & brevioribus, nec adeo albidis, odore minus vehementi. Spicæ florum, uti dictum est, breviores sunt & erectiores, flosculi tamen singulares majores. Variat interdum flore albo, uti præcedens. Sponte provenit in Hispania & Gallia Narbonensi. Gaudet apricis locis, ubi perpetua coma viret, seu potius canescit. Junio & Julio mensibus spicas floribus prægnantes emittit. Dicitur & Lavendula officinarum. *Rupp.* 290.

Lavendel, oder das Weiblein kommt zwar überhaupt mit dem vorhergehenden überein, ist aber in allen Stücken kleiner, und niedriger, jedoch machet sie auch eine dicke Staude, die Blätter sind kürtzer, schmähler, kleiner, nicht so gar weißlicht, und von so starcken Geruch. Auch sind die Aehren der Blumen kürtzer, stehen gerade auf, doch scheinen die eintzelen Blumen grösser zu seyn. Zuweilen variret sie mit weisser Blume, wie die vorhergehende. Sie wächst von selbst in Spanien und Franckreich, liebet offene und steinigte Oerter, bleibt beständig bey ihrer Farbe; hat im Junio und Julio Blumen. Eben diese wird in den Apothecken gebrauchet.

LAVENDULA FOLIO DISSECTO, Lavendel mit zerschnittenen Blättern. Siehe die 632. Kupffer-Platte. l. d.

Lavendula folio multifido. C. B. P. 216. J. B. 3. 281. Lavendula multifido folio Hispanica *Clusii* 345. Cubitali interdum altitudine assurgit, quadrangulis & hirsutis ramulis, quos multifida, tenuiterque incisa ambiunt folia lanuginosa, cinereique coloris, acris gustus & jucundi odoris. Flores in summis virgulis quadrangulis, nudis & lanuginosis, spicæ instar, ut in Lavendula, congesti, cœruleo colore præditi, odorati: spica autem aliquantulum contorta est, & in quatuor veluti

versus aut ordines digesta, alia interdum ex alia nascens : radicem habet duram, lignosam, & multis ramulis donatam *Clusius*. l. c. Floret Julio & Augusto in hortis, sponte provenit in Hispania Bœtica, in qua terra Februario & Martio florentem illam deprehendit *Clusius*. Perennat, multiplicatur seminibus *Volck*. 243. Contra hyemis molestias, quas perdurare nequit, ad hibernaculum referenda, tepidaque nonnunquam irriganda est aqua. *Munting*. 496.

Der Lavendel mit zerschnittenen Blättern ist ein Spanisches Gewächse, welches Clusius an den Mittelländischen Ufern in Spanien entdecket; er wird bisweilen Ellen hoch, hat viereckigte und rauhe Stengel, um welche die vielfach und zart zerschnittene, wolligte Blätter aschfärbig von scharffen Geschmack, und angenehmen Geruch stehen. Die an den Spitzen der viereckigten, blossen und wolligten Stengel Aehren weiß stehende Blumen sind blau und wohlriechend. Die Aehre ist aber ein wenig gewunden, und gleichsam in vier Zeilen oder Glieder gereihet, da bisweilen eine aus der andern wächset. Die Wurtzel ist hart, holtzig und mit vielen Fäsern versehen. Sie blühet im Julio und August bey uns in den Gärten, und wächst, wie oben gemeldet, in Spanien, woselbst sie Clusius im Februario und Mertzen blühend angetroffen. Man vermehret sie durch die Saamen, weil sie aber gar zarter Natur ist, und den Winter nicht ausstehen kan, so bringet man sie ins Winter-Haus, wo sie mit laulichten Wasser begossen wird.

LAVENDULA FOLIO MULTIFIDO, FLORE ALBO, Lavendel mit zerschnittenen Blättern und weissen Blumen. Siehe die 632. Kupffer-Platte. l. c.

Est saltem varietas præcedentis. *Rupp*. 190.

Cultura.

Reliquæ Lavendulæ species multiplicantur & propagantur adnatis junioribus plantulis, quæ quovis triennio à matre avelluntur, ac de novo inhumantur. Semen etenim, quamvis ferat Lavendula, raro tamen maturum nostris efficitur regionibus, frigoris tamen omnes perferunt molestias & designandis areolarum limitibus adhiberi solent; hilarius, sæpius irrigatæ, crescunt, nec non forfice opportuno tempore decapitatæ. Elßholtz. P. I. 227.

Alle übrigen Gattungen von Lavendel werden vermehret und fortgepflantzet durch die angewachsene junge Sprossen, welche man alle drey Jahre abnehmen kan. Denn ob die Lavendel gleich bey uns Saamen träget, so wird derselbe doch selten reiff. Er verträget leicht alles Ungemach des Winters, und pfleget man ihn bey uns auch wohl zu dem Umfang der Garten-Betten als den Buxbaum zu gebrauchen. Wenn man ihn fleißig begiesset, und unter der Scheere hält, wächst er desto schöner.

Usus Medicus.

Utraque Lavendula & mas & fœmina, & major & minor officinas ingredi solet. Multum olei aromatici & salis continens volatilis calida & sicca est ordine secundo absoluto vel incipiente tertio, tenuium item partium, & ex multis aereis spirituosisque partibus constat. Excalefacit, siccat, aperit, attenuat, resolvit, & roborat. Tota planta cephalica & nervina est, & capiti quasi propria dicata. Frigidis enim capitis morbis quovis modo adhibita confert, iis præsertim, qui non ex copioso humore, sed ex sola potissimum qualitate originem ducunt. Usus ejus præterea est in Catarrhis, Apoplexia, Paralysi, Spasmo, Vertigine, Lethargo, Epilepsia, Tremore artuum; in urina, mensibus ac fœtu pellendo, in torminibus ventris flatulentis. Singulare est, observatum esse, semen in Agrippino & difficili partu oppido esse conducibile. Ventriculum etiam egregie roborat, & Jecur & Lienem ab infarctu liberat, firmat etiam visum, memoriam, & odoratum. Extrinsecus in balneis & lixiviis capitis ac artuum in usu est. Datur Decoctum ex solis floribus, aut cum cinamomo, nuce moschata & cariophyllis incoctis, utiliter potandum cordis tremore aut morbo regio affectis. *Schrœder*. *Zornius*. *Dale*. Lavendulæ florum frequentissimus usus est, ut ex iis capitis Epithemata & Cucuphæ parentur. Præparata ex Lavendula sunt Aqua Lavendulæ, Spiritus Lavendulæ, Conserva Lavendulæ, Oleum Lavendulæ destillatum, quod ingreditur unguenta & linimenta, & Balsamum Lavendulæ.

Ex Lavendula latifolia seu Spica officinarum paratur oleum spicæ, quod singulari virtute pollere creditur ad Gummi Copal solvendum pro Vernice, & quod usum quoque obtinet cephalicum, uterinum, carminativum, & anthelminticum. *Rupp*. 190. De aquæ Lavendulaceæ usu & abusu fusius egit D. *S. Pauli* 365.

Beyde Arten des Lavendels, sowohl die Spica canarde als schmahl blätteriger Lavendel sind in den Officinen zu finden. Sie enthalten viel gewürtzreiches Oel und flüchtiges Saltz. Sie sind warm und trocken vollkommen im andern Grad oder im Anfang

fang des dritten Grades; Nicht minder ist der Lavendel mit vielen zarten, lüfftigen und spiritueusen Theilgen angefüllet. Er erwärmet, trocknet, öffnet, verdünnet, löset auf, und stärcket. Die gantze Pflantze ist denen Haupt- und Nerven-Zufällen gewidmet, vornemlich dienet er zu allen kalten Zuständen des Hauptes, man mag ihn brauchen wie man will, voraus für solche Zustände, die nicht aus der überflüßigen Feuchtigkeit, sondern aus der blossen Qualität den Ursprung haben. Man braucht den Lavendel sonst in Catharren, Schlagflüssen, Lähmung, Schwindel, Schlimmsucht, fallender Sucht, Gicht, Krampff, Zittern. Zu Treibung des Harns, monathlicher Zeit, und Fortbringung der Frucht, auch in dem von Winden herrührenden Bauch-Grimmen. Vornemlich hat man bemercket, daß in harter und gefährlicher Gebuhrt der Lavendel-Saame überaus grossen Nutzen habe. Es stärckt auch der Lavendel den Magen, befreyet die Leber und Miltz von Verstopffungen, stärcket das Gesicht, das Gedächtniß und den Geruch. Aeusserlich gebraucht man ihn in Haupt-Laugen und Bädern für die Glieder. Man gibt auch das Decoctum bloß aus den Blumen entweder mit Canneel, Muscat-Nuß oder Negelein in Hertzklopffen, und der Gelbsucht. Die Lavendel-Blumen braucht man gar häuffig in Umschlägen um das Haupt und Kräuter-Küssen. Præparata hat man davon in den Apothecken Lavendel-Wasser, Lavendel-Geist, Lavendel-Zucker, Lavendel-Oel, welches zu denen Salben gemischet wird, und Lavendel-Balsam. Aus der Spicanarde wird das Spic-Oel bereitet, welches eine sonderbare Krafft haben soll, das Gummi Copal aufzulösen; Uber dieses hat es seinen guten Nutzen in Haupt- und Mutter-Beschwerungen, in Blähungen und wider die Würmer. Von dem Gebrauch und Mißbrauch des Lavendel-Wassers handelt Simon Pauli weitläufftig.

Usus Domesticus.

Matres nostræ familias aquam Lavendulæ destillatam ad varios usus adhibent, maxime ad omnes capitis affectus sæpe felici, sæpius vero inprospero successu. D. *Pauli* l. c. Spicæ Lavendulæ cum floribus arefactæ vestimentis interspergi solent, ne blattis aut tineis arrodantur. Spica seu Lavendula aqua decocta & indusio adspersa pediculos abigit. Ipsa Aqua & Oleum pediculos omnino enecant. Oleum Sarcophagis illitum nimium fœtorem abigit, quem in finem etiam vespillones, dum funus procedit, Oleo Spicæ nares inungere solent &c.

Die Haus-Mütter wissen den Lavendel zu mancherley zu gebrauchen, sonderlich das Lavendel-Wasser, wiewohl, als D. Pauli erinnert, offt mit gutem, viel öffter aber mit übelen Erfolg. Man pflegt auch die trockenen Lavendel-Aehren mit den Blumen zwischen die Kleider zu streuen, wodurch dieselbe gegen Motten und Schaben bewahret werden. Lavendel in Wasser gekocht, und damit das Hembde benetzet, bewahret für die Läuse. Wie denn auch das Lavendel-Wasser und Oel überall die Läuse tödtet. Wann die Todten schon sehr zu riechen anfangen, bestreichet man den Sarg mit Spic-Oel, weswegen auch die Todten-Gräber damit die Nase zu bestreichen pflegen.

LAUREOLA.

LAUREOLA. Δαφνοειδὲς. *Græc.* Laureole Garou. *Gall.* Laureola. *Ital.* Laurel spurge. *Angl.* Kleine Lauvver-Boom. *Belg.* Jagodky Drewze. *Mosc.* Wlciileyso wrtssy. *Bohem.* Keller-Hals, Keller-Kraut, Wolffs-Bast, Seidebast, Zebast, Zyland, Lorbeer-Kraut, Schweiß-Lorbeeren, Pfeffer-Staude. *Germ.*

CHARACTER. Laureola refertur ad Plantas flore regulari monopetalo, seminibus tectis, bacca sive fructu molli, monopirena. *Rupp.* 32. Laureola seu Thymelæa est Plantæ genus flore monopetalo, quodammodo infundibuli formi, quadripartito, è cujus fundo surgit pistillum, quod deinde abit in fructum ovatum, nunc succi plenum, nunc siccum semine fœtum oblongo. *Tournef.* 594. *Boerh.* II. 213. Totius plantæ habitus est fruticosus; fruticulus est cubitalis ramos multos habens à medio sursum modo flexiles & folioſos, cortex vero circa virgas viscosas subcinereus seu albicans. Folia, quæ circa fastigium potissimum gerit, eaque satis frequentia, adeo ut in orbem umbellæ instar diradiari videantur, fructu sunt contumacia, mordentia os, & fauces accedentia. Flores plerumque candidos, aut luteolos, sapore dulci, nauseoso magis quam in Liquiritia gustamus. Fructus vero, ubi ematu-

ematuruit, niger. Lignum hujus fruticis est nauseosum, acerrimum, gulam inflammans, igneum. Radix subest in aliquot partes divisa, longa, crassa, lenta, quæ difficulter evelli potest: Toti autem plantæ sapor est fervidus: Nascitur magna ex parte in sylvis & montibus umbrosis. Floret Februario & Martii initio. Fructus æstatis fine & adventante autumno maturitatem consequuntur, & nigri fiunt. Tota vero hyeme frutex viret, qui & in hortis nostris colitur: *Volckam.* 244. *Rajus* 1587. *Chabræus* 45. *Kön.* 246.

Lupinus sativus albus officinalis est, fabæ enim, Lupini etiam dictæ, multum Olei & Salis volatilis continent. Propter saporem amaricantem insigniter extergent, emolliunt resolvunt, digerunt & maturant. Ex farina lupinorum & Oleo Amygdalorum amarorum si linimentum vel cataplasma conficiatur ad umbilici regionem inungendam insigniter prodest verminantibus puerulis. Contra usum internum autem graviter insurgit D. *S. Pauli.* Ad omnia cutis vitia ferè prosunt, uti ad Achores, Pustulas, Psoras, Ulcera maligna & Gangrænas. *Dale* 287. *Zornius.*

Die weissen Feig-Bohnen findet man in den Apothecken, und wird das Meel davon zu Salben und Umschlägen genommen, welches erweichet, zertheilet und zeitiget, sonderlich bey Kindern, die Würmer haben; doch soll man sie nicht innerlich brauchen. Da nun die Bohnen bittern Geschmacks sind, so trocknen sie sehr aus, und können also äusserlich zu allerley schlimmen Haupt-Geschwären der Kinder, scharffen und andern bösartigen Ausschlag, heissen Brand-Schäden ꝛc. füglich gebraucht werden.

Usus Domesticus.

Es ist bekannt, daß die alten Griechen diese Bohnen

Bohnen sonst zur Speise gebrauchet. Wir haben schon oben bemercket, daß man sie in Italien häuffig säe, nicht nur daraus Futter zu haben, sondern auch die Aecker damit fette zu machen. Wenn man fragen sollte, wie man diese ziemlich bittere Bohnen essen könne, so ist zu wissen, daß, wenn sie in warmen Wasser eingeweichet werden, dieser Geschmack thuen vergehe.

LUPULUS.

LUPULUS, Lupulus Salictarius. Humulus. *Lat.* βρύον & βρυωνία recentioribus *Græcis*. Lupulo Bruscandolo. *Ital.* Hombrecillos. *Hisp.* du Hublon. *Gall.* Hops, Hoppes. *Angl.* Hopp, Hoppen Kruyd. *Belg.* Hands Hüncle. *Dan.* Chmel. *Bob.* Chmiel. *Pol.* Apwirley. *Lith.* Komlo. *Hung.* Hopffen, Hoppen. *Germ.*

CHARACTER. Lupulus pertinet ad plantas flore imperfecto conglomerato. *Rupp.* 262. Lupulus est plantæ genus flore apetalo, plurimis scilicet staminibus calici insidentibus constante & sterili, ut monet *Cæsalpinus*. Embryones enim iis speciebus Lupuli innasci solent, quæ flore carent, abeuntque deinde in fructum squamosum ex plurimis foliis compositum axi affixis, in quorum alis adsunt semina calyptra obvoluta *Tournef.* 535. Lupuli radix est repentissima. Folia scabra, angulosa, conjugata, pediculis longis rubentibus adnexa, viniferæ viti haud absimilia: Caules volubiles, Anadendras enim appellitatur Lupulus per se infirmus, & proxima adminicula, quæ apprehendit, conscendens, non quidem Capreolorum, quos nullos habet, ope, sed tortilibus asperis, angulosis, purpurascentibus & concavis sarmentis, tenaci pedamentorum complexu, in altum subnitens, cæteroquin humo se tollere vix potis. Flores præcedunt nulli in mare, quæ vero fœmina communiter vocatur, flores fert imperfectos herbaceos, nullis subsequentibus fructibus: semina sunt nigricantia, pericarpio membranaceo, seu squamulis plurimis in strobilum membranaceum laxiorem congestis inclusa *Volckamer.* 265. *Boerh.* II. 104. Colitur in hortis & arvis, crescitque frequenter in sepibus ad fluminum ripas.

Hopffen gehöret eigendlich zu den Pflantzen mit einer unvollkommenen knäulichten Blume, und ist eine Art Pflantzen mit einer Blume, die keine Blätter, sondern lauter Fäsern hat, und dabey unfruchtbar ist. Denn es wächst der Hopffen an den jenigen, welche keine Blume tragen, und werden zu einer schuppigten Frucht, die aus vielen Blättern, welche an einer Axe sitzen, bestehet, und einen bedeckten Saamen beschliessen. Die Wurtzeln des Hopffen kriechen sehr weit herum, sind dünne, und verwickeln sich ineinander. Die Blätter sind etwas rauh, eckigt, stehen gegen einander über, sitzen an zimlich langen röthlichten Stengeln, welche ebenfalls rauh sind. Die Stengel sind sehr geschlang, und heisset der Hopffen Anadendras, das ist eine Pflantze, die eines Pfahls oder Baums zu seiner Stütze vonnöthen hat; immassen er sich daran hinauf schmieget, windet, drehet, und ziehet, ohne die kleinen Häcklein und Fäden, die man sonst bey den Winden siehet. Diese Reisigte aber sind röthlicht, rauh, eckigt, und winden sich mit recht bewunderns würdiger Klebernheit an die Stange hinan, da sie sich sonst nicht würden von dem Erdboden aufheben können. Bey dem Männlein findet man keine Blume, das Weiblein aber hat solche den Blumen gleichende Ansetzlinge, auf welche aber keine Frucht folgen soll. Die Früchte wachsen von der Blüthe abgesondert, und sind gemeiniglich oval runde Köpffe, welche aus einem Hauffen Blätter, als wie Schuppen zusammen gesetzet sind, weiß und etwas gelblicht sehen, starck riechen, und an ihrer Axe feste sitzen. Der darinn enthaltene Saame ist schwärtzlicht, fast rund und in ein Häutlein eingehüllet. Man bauet ihn in Gärten und Feldern, und wächst er auch an Zäunen, an Bächen und andern feuchten Oertern.

NOTA. I. Lupulus vel Lupulus Salictarius dictus, quia scandit salices & arbusta omnia circum volvendo. Num vero lupulus audiat, quia lupus sese in lupulis facile absondat, creditu est difficile: distinguitur in sylvestrem & sativum, sive sua sponte provenientem. De distinctione in marem & fœminam cum priore fere eadem infra plura. Sunt qui veteribus indictum existimant. Plerique autem contendunt, quod *Dioscoridis* sit Smilax, quod nobis autem perinde esse poterit: Cum vero *Ammannus* 463. asserat, Lupulum esse Convolvulum, obstat omnino, quod Lupulus capreolis destituatur, quamvis in plerisque aliis cum Convolvulo multa habeat communia.

Die

Die Lateinische Herleitung des Wortes Lupulus ist nicht recht bekannt. Es ist auch nicht ohne, daß diese Pflantze entweder den Griechen gar nicht, oder unter einem andern Nahmen müsse bekannt gewesen seyn. Man darff ihn zwar wohl für eine Art der Winde ansehen, indem er viel gemeinschafftliches damit hat, indessen gehen ihm doch auch die kleinen Häckelein oder capreoli ab; über dem aber ist wegen der Blume viel Unterscheid. Man unterscheidet ihn in den wilden und zahmen, in das Männlein und Weiblein, von welchem Unterscheid das mehrere unten folgen soll.

LUPULUS FOEMINA, Houblon sauvage, wilder Hopffen. Siehe die 675. Kupffer-Platte. l. a.

Lupulus fœmina. C. B. P. 298. Lupulus sylvestris minor sine fructu. *Volck.* J. B. 2. 157. In sepibus & pomariis frequens floret æstate.

LUPULUS MAS, Houblon, Hopffen. Siehe die 675. Kupffer-Platte. l. b.

Lupulus officinarum. Lupulus salictarius. Convolvulus perennis totus heteroclitus floribus herbaceis, capsulis foliaceis strobuli instar. *Morison.* Colitur passim in hortis, & arvis floret Augusto, perennat radice.

NOTA I. Differentiam inter lupulum & marem & fœminam sic indicavit *Linnæus* 750.

MAS Cal. Perianthium pentaphyllum, foliolis oblongis concavis, obtusis. *Cor.* nulla. *Stam.* Filamenta quinque, capillaria brevissima. *Antheræ* oblongæ.

FOEMINA Cal. Involucrum universale quadrifidum acutum: partiale tetraphyllum, ovatum, vitiflorum, cujus singuli floris *Perianthium* monophyllum, ovatum maximum, extrorsum hinc planum, basi connivens. *Cor.* nulla. *Pist.* Germen minimum. *Styli* duo, subulati, reflexo-patuli. Stigmata acuta. *Per.* nullum. Calix basi semen includens. *Sem.* subrotundum, tunica obtectum.

NOTA II. Lupulum distinguunt aliqui, verba sunt *Chabræi*, in sativum & sylvestrem, sive sua sponte provenientem, qui ab alio non nisi magnitudine differat, conosque minores, rariores & pauciores habeat. Alii in marem & fœminam distinguunt, maremque eum vocant, qui steriles habet flores, & fœminam; cui foliacei fructus. Illud autem mirum, eum qui floret fructum non ferre, & eum qui semen vel fructum, florem non habere. Qua cum sententia omnes feré consentiunt Botanici. Contradicit autem *Nebelius* a *Ammannum*, dum enim fructum edunt, inquit, florent primitus, ut videre est in Lupulo ipso, Mercuriali triplici, Cannabe tam nostrate quam peregrina, Spinachia &c. sterilis vel fœminæ flores sine fructu impertinenter adducit H. O. 38.

Wilder und gebaueter Hopffen sind unterschieden. 1) Weil der wilde ein guten Theil niedriger ist als der gebauet.e 2) Weil dessen Blätter kleiner und anders gekerbt und eingeschnitten als der gebauete. 3) Weil der wilde Blumen trägt, die im gelben Meel verfliegen, die man an dem gebaueten nicht wahrnehmen will, welcher Meinung doch Nebelius nicht ist. Von dem gebaueten mercket Jablonski in dem Lexico an, daß der Garten-Hopffen auch zweyerley sey, indem der eine 14. Tage eher reiffe als der andere, und für den besten gehalten werde.

LUPULUS MECHIOCANUS. Siehe die 675. Kupffer-Platte. l. c.

Radix Carlo Sancto. Radix contra venena, Carlo Sancto. Radix S. Helenæ. *Lugd.* 1825, Lupulo similis Mechocana. *Bauh.* in *Phyt.*

Lupulo similis est, & pericis se involvit, illius more, ac, si iis careat, humo spargitur & diffunditur: Folia autem Lupulo similia, colore viridi, sed obscuriori, odore gravi, neque florem (noster autem flores habet herbaceos) neque fructum fert; radix crasso capite est, ex qua aliæ radices oriuntur digiti crassitudine, colore candicante: Cortex, qui facile separatur, cujusque usus, gustus est amari, aromaticique odoris. Nascitur temperatissimis *Mechoacan* provinciis, & est calida & sicca in secundi gradus initio, atque ad varia, præsertim contra venena, utilis. *Chabr.* 122.

Dieser Peruanische Hopffen wächset in den wärmsten Ländern von Mechoacana, und ist unserm Hopffen sehr ähnlich, er hänget sich an Stangen, und würde in deren Ermangelung auf der Erde herum liegen. Die Blätter sind dem Hopffen gleich, von grüner aber dunckeler Farbe und starcken Geruch. Er hat weder Blumen noch Früchte. (wiewohl unserer dergleichen Blumen hat als der wilde Hopffen) Die Haupt-Wurtzel ist dicke, von welcher andere Fingers dick abgehen, weiß von Farbe. Die Rinde, welche sich leicht davon abschehlen lässet, dienet zu allerley, ist bitter von Geschmack, und riechet nach Gewürtz. Sie ist warm und trocken im Anfang des andern Grades, dienet zu vielerley, sonderlich gegen Gifft.

Cultura.

Es ist Welt bekannt, zu welchem Zweck und Nutzen der Hopffen in so vielen Ländern gebauet werde, und haben alle die jenige, welche

welche von der Land-Wirthschafft geschrieben, dieser nützlichen Pflantze Anbau und Wartung weitläufftig angeführet. Es erfordert aber der Hopffen ein lockeres, mürbes und feuchtes Erdreich. In denselben werden Gruben etwan fünff Fuß von einander gegraben, und wo der Boden gut, eines halben Knies tieff, wo es aber schlecht, etwas tieffer gegraben und guter Mist darein geworffen, sechs oder wenn sie gering, mehr Wurtzeln Creutz-weise darein gelegt, und mit Erde wieder bedecket. Das erste Jahr lässet man sie unbesteckt, das andere und folgende Jahre, wann sie Frucht tragen, werden in jeden Hauffen, nachdem der Stock starck ist, mehr oder weniger Stangen, in die Runde also gestecket, daß die Spitzen oben sich etwas ausbreiten, und der Hopffen, indem er mehr Lufft hat, besser trage, und reiffe. Die Stangen müssen länger oder kürtzer seyn; nachdem der Boden gut und die Stöcke alt, und starck treiben. Im Herbst-Monath reiffet der Hopffen, welches an dem starcken Geruch zu erkennen, da dann, wann er in die Gelbe getretten, und drey biß vier Tage darinn gestanden, er bey einen hellen Tage, fein trocken abgenommen wird, damit er nicht überreiffe, und den Saamen verliehre. Die Rancken werden einer halben Ellen hoch von der Erden abgeschnitten, mit der Stangen ausgehoben, davon los gemacht, und der Hopffen abgepflückt, auf einen lüfftigen Boden, nicht zu dick übereinander geschüttet, biß er zur Gnüge, doch nicht zu viel getrocknet, alsdann über einen Hauffen geschüttet, und mit Tüchern bedecket, damit er nicht verrauche. Hoburg. Jablonski. Er wird auch aus den Saamen anfänglich erzielet, welcher im neuen Licht im April oder May zimlich tieff muß geleget werden. Nicht weniger vermehren ihn einige durch die abgeschnittene junge Rancken, die auch leicht Wurtzel fassen, und fortkommen.

Usus Medicus.

Non adeo frequens est Lupuli usus in Medicina, cum tamen præstantissima habere perhibeatur vires, quare de ejus infrequenti usu *Baptista Fiera* in epigrammate:

Gratia si magna est Lupulo, tua noxia major
Est *Medice*: hoc sanctum qui malet noris Olus.

Usu autem sunt Folia, Flores & Turiones, omneque quod in Lupulo est multum Olei Salisque essentialis continere asseritur. Flores amari saporis, anodyniique sunt ob principium, quo gaudent, sulphureum, discutiunt & aperiunt. Saporem habent humectantem, incidentem, salivam prolicientem, quare corrigere videntur acidum in primis viis, & sanguinem egregie depurare, & obinde in obstructionibus imi ventris & affectibus hypochondriacis, hepatis præsertim & lienis, propter virtutem aperientem & deoppilativam, cum successu adhibentur. In Decocto cum lacte vermes necant & expellunt. Cient menses & urinam. Extrinsecus sedant dolores, auxiliantur contusionibus, luxationibus, tumoribus. Pediluvia frequenter ingrediuntur. Turiones mundificant sanguinem, adeoque à Scabie præservant. An vero calculo renum & vesicæ comminuendo & expellendo conferat Lupulus? an e contrario ejus generationem & coagulationem promoveat, dubitatur. Nonnulli, inquit *Rajus Catal.* Pl. 191. quoniam calidi sunt & diuretici ejus flores, adversus calculum commendant. Alii eorum usum in cerevisia damnant, eo argumento, quod, ex quo in Angliam introductus sit, calculus apud nos epidemicus esse cœpit, multoque plures quam olim infestavit. Verum falsi sunt, nam quamvis Lupulus frequentioris usus sit hodie, quam unquam antehac in Urbe Londinensi, pauciores tamen inibi nunc dierum calculo laborant, quam superiori seculo, ut observavit *D. Graunt.* vide *Clusius* l.c. *D. Pauli.* 38. Lupuli florum essentiæ usum in Phrenitide vide Ephem. N. C. Cent. III. obs. 8. p. 200.

Man braucht den Hopffen eben nicht häuffig in der Medicin, ob er gleich vortreffliche Tugenden und Kräffte hat, und sowohl Blumen als Blätter und die kleinen Hopffen-Spargen zu nutzen wären, indem sie sämtlich viel Oel und flüchtig Saltz bey sich führen. Die bittern Blüthen des Hopffens stillen und zertheilen den Schmertzen, eröffnen, haben einen befeuchtenden, incidirenden, und den Speichel hervor bringenden Geschmack, weswegen sie das Acidum in den Magen und Gedärmen verbessern, und das Geblüth ungemein reinigen, dahero sie auch in Verstopffung der Leber und Miltz wegen ihrer eröffnend- und resolvirenden Krafft mit Nutzen können gebraucht werden. Sie treiben nicht weniger den Harn, und der Weiber monathliche Zeit, tödten und führen die Würmer ab. Aeusserlich dienen sie den Schmertzen zu stillen, den zerquetschten und verenckten Theilen des Leibes wieder zu helffen, und den Schwulst zu vertreiben. D. Rajus hat untersuchet, ob der Hopffen den Stein vertreibe und zermalme, oder verur-

verursache? Und entscheidet es dahin, daß es vielmehr gegen den Stein sey, und ob man gleich einwirfft, daß der Stein, nach dem in Engelland der Hopffen eingeführet worden, eine Land-Plage und epidemische Kranckheit geworden, so meinet er jedoch, es sey aus der Erfahrung weit leichter zu erweisen, daß seit der Zeit, da man in Londen den Hopffen häuffiger gebrauchet, der Stein nicht so häuffig regieret habe. Womit es auch D. Pauli hält, und den Hopffen in Bädern verordnet.

Usus Domesticus.

Hic Usus toti ferè orbi notissimus, ad condiendam nimirum Cerevisiam, ne cito acescat, aut corrumpatur, sed in longum tempus asservetur. Quod præstant mediante insigni amarore, quem ei communicant, qui tamen ætate paululum evanescit. Lupulus sativus vitis est Septentrionalium, qui patentissimos Lupulo consitos tractus, & lupuleta ad cerevisiam studiosissime colunt. Et certe, si culturam Vitis spectes viniferæ, si analogiam reliquam, fructum, foliaque conferas, utique pleraque egregie conspirant, ut hac nobilissima vite lupulifera Vitis viniferæ defectum providentia divina compensavisse videatur. Hic itaque ut non minori ipsi concentu hymni canantur, quam Viti illiusque Nectari dignissimus est teste *D. Pauli*. Etenim hic cum Polenta facit, ut sæpe diffugiant sollicitudines, spes sint ratæ, inque prælia trudantur inermes, & sexcenta alia. Hic

- - - vel prudentem cantare coegit
Et tenerum videre, pedesque inferre choreis
Atque tacenda loqui, nec idonea dicere dictis

Quo non minus, quam sole, igne & aqua septem subjecti Trionibus, ceu quorum cœlum uvas recusat, carere possumus &c.

Es hat schon Tacitus der Römische Geschicht-Schreiber von den Sitten der Teutschen angeführet, daß dieselbe aus Gerste und Getreyde einen Tranck, welcher dem Wein gleich käme, machten. Diß geschicht nun allerdings vermittelst des dazu genommenen Hopffens, derselbe wird von dem Lobelio in Adversariis stirpium p. 176. gar wohl genennet, Vitis Septentrionalium, der Nordländer Weinstock. Weil diese Völcker des Hopffens gebrauchen, ihr Bier damit zu würtzen, welcher Tranck aus gekochter Gersten oder Weitzen bereitet, ihnen so gemein ist, als der Wein den Süd-Ländern. Und zwar findet sich einige Gleichheit zwischen diesen beyden; so wohl wegen Form der Blätter, und der Fortpflantzung durch einlegen der Wurtzeln, als wegen beyderley Reben, welche so schwach sind, daß sie ohne Pfähle und Stangen nicht steigen können: zu geschweige der Gleichheit der Krafft, dadurch diese beyde Getränke, wann sie zu viel genossen werden, die Menschen truncken und schlaffend machen. Scheinet also der gütige Himmel das durch eine andere Wolthat ersetzet zu haben, welches er durch Ermangelung des Weins entzogen. Alle die jenige, welche von dem Bier sowohl historisch, als medicinisch geschrieben, haben auch des Hopffens und seinen Eigenschafften und Lob-Sprüchen zugleich erwehnet.

Turiones Lupuli velut & Asparagi vulgaris verno tempore coquuntur, cumque butyro & Oleo, communis aceti tantillo & sale mensis adhibentur. Eorum esu sanguis purgatur, scabies præcavetur, alvus solvitur, epar & lien obstructionibus liberantur.

Der wilde und Garten-Hopffen schiebet im Frühling Keile hervor, welche den Spargel ziemlich gleichen, und daher auch Hopffel-Spargel heissen, wiewohl diese an Gütigkeit jenen weit überlegen, doch ist die Zubereitung ihnen in der Küche mit dem rechten Spargel gemein. Man bricht aber gern die ersten Keile im Martio, die andern lässet man in Rancken wachsen, wiewohl man sie biß in den April oder May noch brechen könnte. Bey den Alten wird hievon nichts gedacht, wo man nicht dahin ziehen wollte, was Plinius Libr. 21. c. 15. de Lupo salictario meldet, sonderlich weil er hinzuthut, esse verius oblectamentum quam cibum: Er diene mehr zur Lust als zur Speise, welches von den Hopffen-Spargeln füglich kan verstanden werden: Man isset dieselbigen heut zu Tage abgesotten zum Salat, ingleichen in einer guten Sauce, und hält es für eine Blut-Reinigung, doch haben einige wahrgenommen, daß sie das Haupt beschwehren, wenn man zuviel davon geneußt.

Observatio. Lupulus scandendo perticas motum solis observat, h. e. a dextra ad sinistram, seu ab Oriente per meridiem versus Occidentem flectitur, nunquam in contrariam partem, licet ipse manu volvendo & dirigendo, ut eo tendat, efficere coneris, quod in reliquis Convolvulis ita se minus habere observat D. *Rajus* 157.

Es ist des berühmten Engelländers D. Raji Anmerckung wohl werth, daß man sie beyfüge. Der Hopffen windet sich an die

die Stangen allemahl nach dem Lauff der Sonnen hinauf, nemlich von Morgen durch den Mittag gegen den Abend, und niemahls anders, wenn man gleich mit allen Fleiß suchet ihn dahin zu lencken, dergleichen findet sich an andern Pflantzen, die sich gleichfalls um Stangen winden nicht so beständig.

LUTEOLA.

LUTEOLA, Lutea, Catanance, Unguis milvinus *Græcis* hodie χνμβος, item καλαναγκη. Unge de gatto herba. *Ital.* Ungas de gato Yerva. *Hisp.* Gaude, ou herbe jaune. *Gall.* Woad, Diers vveed. *Angl.* Wouvve. *Belg.* Kámpázurmitosna *Pol.* Streich-Kraut, Stern-Kraut, Waude, Gilb-Kraut. *Germ.*

CHARACTER. Luteola est Planta flore perfecto irregulari seminibus tectis capsula simplici *Rupp.* 232. seu Luteola est plantæ genus flore polypetalo, anomalo, plurimis nempe petalis dissimilibus constante, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum penè globosum, concavum, tricuspidem, seminibusque fœtum subrotundis. *Tournef.* 423. *Boerh.* I. 237. *Linnæus* 447. Herba ex radice simplici, alba, lignosa, paucissimis fibris donata, crassitie minimi digiti, sapore Nasturtii acri, caules emittens bicubitales, teretes, striatos, glabros, viridantes, ramosos, foliis crebris longis, angustis, glabris, non crenatis, verum obiter interdum sinuatis aut crispis, nullo ordines positis, vestiti. Folia antequam caulescat, quod secundo fit demum anno, in orbem spargit nitentia sapore subacri cum lentore. Thyrsi florum prælongi, teretes, magnam caulium & ramorum partem occupantes. Flosculi singuli brevibus stipati pediculis, quatuor petalis laciniatis plerumque componuntur, cum pluribus intus apicibus pallidè luteis, quibus succedunt vascula tripartita, hiulca, tribus loculamentis, quæ vix unquam exacte clauduntur, sed in medio dehiscunt, & semina nigra, rotunda continent, compositos. Ad singulos florum pediculos ligula apposita est; Omnibi fere locorum, in muris, locis ruderatis, in arvis requietis deprehenditur. Seritur autem etiam in agris in usum tinctorum. Floret tota æstate. *Rajus* 1054.

Das Streich-Kraut gewinnet eine lange, weisse, dicke und schlechte Wurtzel, von scharffen Geschmack, schiebet runde, gestreiffte, glatte, grüne, ästige Stengel, die biß zwey Fuß hoch werden; an denselben kommen häuffige, lange, schmahle, glatte, gantze, zuweilen etwas geschweiffte oder krause Blätter, die ohne Ordnung stehen. Ehe aber dieß Kraut einen Stengel schiebet, welches erst im andern Jahr geschiehet, hat es seine helle gläntzende Blätter im Crayse auf der Erde liegen. Alle Blümlein stehen an kurtzen Stielen, sind mehrentheils vierblätterig, mit vielen blaßgelben Fäsergen inwendig, worauf die dreygetheilte, unebene dreyfächerige Saamen Capseln, die niemahlen recht zugeschlossen sind, folgen, die in der Mitte von einander fallen, und schwartzen, rundlichten Saamen in sich fassen, bey jeglichen Stielen der Blumen, die mitten an Stengel kommen, und eine schöne Aehre ausmachen, findet man noch ein Zünglein. Es wächst von selbst in grosser Menge auf den Aeckern, Feldern, Rheinen und Wegen, man bauet es aber auch der gelben Farbe wegen. Es blühet fast den gantzen Sommer durch.

NOTA. Lutea & Luteola appellatur ab usu tinctorio, quod eo panni lanei & telæ, candidæ quidem, colore luteo, virente vero, quæ antea cœruleo tinctæ erant, inficiantur. Luteolam, quia Resedæ notas habet characteristicas, ideo genuinam ejus esse habendam speciem, dictitat quidem *Rajus*, aliter autem alii cum *Knauthio* 254. Reseda & Luteola, inquit, flores sex petalis valde dissimilibus constantes habent, quorum fructus quoque differunt. Reseda enim profert capsulam oblongam & trigonam, quæ ante maturitatem perfecte clausa est: Luteola autem capsula est ferme globosa, brevis & tricuspis, quæ nunquam clauditur, sed in tres carinas dehiscit, in quarum unaquaque duo seminum ordines observantur. Observat præterea *Ruppius* 234. non adeò constantem esse numerum petalorum in floribus Resedæ & Luteolæ, uti inspicienti pateret. Fatetur & *Linnæus* 447. Vix datur ullum genus, pro determinando charactere, difficilius.

Streich- und Stärck-Kraut wird es genennet, dieweil es die Weiber zum Streichen und Stärcken der Betten zu gebrauchen pflegen. Lutea aber und Luteola von der gelben Farbe, wodurch man die weisse wollene und leinene Tücher gelb färbet, und werden auch die Tücher, die vorher mit Weid blau gefärbet gewesen, dadurch

dadurch grün gefärbet. Es hat das Streich-Kraut mit dem Reseda-Kraut, oder Oranth sehr viel gleiches, weswegen es viele in eine Classe bringen. Allein Knauth und andere bemercken, daß sie doch nach den Blättern der Blumen, und der Gestalt der Frucht von einander unterschieden sind. Bey dem Reseda-Kraut ist die Saamen-Capsel länglicht, dreyeckigt, jedoch vor der Reiffe feste zugeschlossen, bey dem Streich-Kraut aber ist die Saamen-Capsel fast rund, kurtz, und dreyzackigt, schliesst sich auch niemahls völlig zu, fällt in drey hohle Stücke von einander, in deren jeden zwo Reyhen Saamen liegen. Ruppius bemercket, daß die Anzahl an den Blumen nicht allemahl gleich wären.

LUTEOLA, herbe jaune, Waude. Siehe die 676. Kupffer-Platte. l. a.

Luteola herba salicis folio C. B. P. 100. Luteola Plinii quibusdam. J. B. 3. 465. Lutum herba *Virgilii*. Reseda Tinctorum, salicis folio, Luteola dicta H. L. Catanance, Antirrhinum *Tragi. Rupp.* 234. perennat.

LUTEOLA MAXIMA CRETICA, Gaude, Gilb-Kraut. Siehe die 676. Kupffer-Platte. l. b.

Luteola Cretica Struthium legitimum Dioscoridis, quæ Κουρὶς in tota Græcia appellatur, qua fullones in tingendo serico luteo utuntur. C. B. P. 100. vide *Belli Epistola* 2. ad *Clusium* p. CCCIV. Totam herbam amaritudine & Aloën & Colocynthidem superare ac colore luteo inficere, idem asserit. Lutea maxima Cretica Honorii Belli *Raj.* 1054. *Catalogus Paris.* 84. Cannabina Cretica florifera. *Tournef. Coroll.* 52. floret in hortis.

Die viele von der dicken und starcken Wurtzel aufschiessende Rangen sind fast Arms dick, und werden 6. 7. und noch wohl mehr Schuh hoch. Die Blätter sind groß in Fittige getheilet, und bestehen aus vielen gekerbten Blättern, sehen dem Hanff sehr ähnlich. Die Blumen sind sehr klein und blat grünlicht, und bestehen aus vielen Fäsern.

Cultura.

Waude gehöret zu den Farb-Kräutern, und verdienet wohl, daß es mit Fleiß gebauet würde. Aus dem abgefallenen Saamen erzielet sich diese Pflantze zwar häuffig, und nimmt so überhand, daß es nicht kan ausgereutet werden. Wenn es aber gesäet wird, ist jedes Erdreich gut dazu, da wird es durch eine mäßige Düngung noch fruchtbahrer gemachet. Die Waude bleibt nur zwey Jahr, und giebt in dem andern reiffen Saamen, aus demselben wird es jährlich gesäet, und zwar im Früh-Jahr. Die andere Candische Waude gibt bey uns keinen reiffen Saamen, vergehet auch nicht so bald, wenn man nur im Winter ihre Wurtzel bedecket, man thut auch nicht übel, wenn man sie zu mehr Sicherheit ins Haus bringt. Sie wird durch die jungen Wurtzeln, welche man im April mit zunehmenden Mond abnimmt, vermehret.

Usus Medicus.

Quæ de hujus plantæ usu medico a *Matthiolo* traduntur, incerta sunt & inexplorata. *Raj.* Cat. 192. Plantam autem excellentem, contra venenata valentem, unde Theriacalis sive Theriacaria dicatur, affirmat *König.* 42. Gustus enim acrimonia & partibus tenuibus, quibus & aliæ plantæ tinctoriæ donantur, virtutem calefaciendi, discutiendi, resolvendi, urinas & sudores movendi demonstrat. Radix contusa febricitantibus in Paroxismo ad brachium alligatur, quæ cessare dicitur *Lemmery*. Ad Philtra demum adhiberi à vetulis testis est *Tabernæmontanus* P. I. p. 305. Calidam & humidam esse scribit *Tragus*, calidam autem & siccam *Flora Francica.* 346. In Officinis autem locum hodie non obtinet, potius ad tingenda linamenta aut pannos laneos, uti supra dictum, ea tinctores utuntur.

Man findet zwar hin und wieder, sonderlich bey dem Matthiolo, daß die Waude auch zur Artzeney gebraucht werde, allein man weiß doch von ihren Kräfften nichtes eigentliches. Wiewohl D. König will, daß sie ein vortrefflich Mittel gegen das Gifft sey, und deswegen auch den Nahmen Gifft-Kraut führe, denn sie zeige durch ihren scharffen und bittern Geschmack auch zarte Theile, welche man auch bey andern Färb-Kräutern findet, daß sie eine Krafft habe zu erwärmen, zu zertheilen und aufzulösen, auch den Urin und Schweiß treibe. Die Wurtzel gequetscht und dem Febricitanten in dem Paroxismo auf den Arm gebunden, soll das Fieber vertreiben: Der alte Tabernæmontanus saget endlich, daß auch dieses Kraut zu Liebes-Tränken gebraucht werde. Es soll warm und feucht, oder warm und trocken vielmehr seyn. Man findet es nicht mehr in den Apothecken, sondern dienet nur den Färbern, damit Leinwand zu färben.

LYCHNIS.

LYCHNIS, Rosa græca, λυχνὶς, στεφανωμάτιον. *Græc.* Lychnide coronarie. *Ital.* Oeillets. *Gall.* Campions, Jenelte, Christus Ooge. *Belg.* Swate Marie. *Bohem.* Fieletkû. *Pol.* Margen- oder Marien-Röslein, Frauen-Röslein, Veil-Rosen, Spiel-Spelten, Rosen-Lychnis. *Germ.*

CHARACTER. Lychnis est Planta flore regulari pentapetalo seminibus tectis capsula simplici *Rupp.* 86. Est plantæ genus flore cariophyllæo, plurimis scilicet petalis constante in orbem positis, plerumque cordiformibus, (duobus aut tribus foliolis donatis, corollam effigiantibus) ex calice tubulato emergentibus. Pistillum autem ex eodem calice surgit, abitque deinde in fructum utplurimum in conum desinentem, apice dehiscentem, calice ipso involutum, sæpe unicapsularem, seminibus fœtum subrotundis vel angulatis, interdum reniformibus, placentæ affixis. *Tournef.* 334. *Linnæus* 380. 381. *Boerh.* I. 210. Lychnides à *Rajo* referuntur ad herbas pentapetalas vasculiferas. Notæ sunt Calix floris integer, striatus, plerumque & tumidior, stabilis, aliquando ampullosus orà angustà. Seminale vasculum plerumque pyriforme, interdum tamen oblongum, & propemodum Cylindriacum, summa parte per maturitatem se aperiente in oras dentatas, seminibus turgidioribus, non latis, compressis, & rugosis, ut in Cariophyllis, in medio sitis ea ambiente undique & protegente vasculo. Florum petala in Lychnidibus sæpissime bifida sunt, raro integra, rarissime laciniata, nunquam, quod sciam, in margine crenata, quo à Cariophyllis distinguuntur. Folia in quibusdam hirsuta, in quibusdam glabra; conjugata. Cum in reliquis characteres non conveniant, singula suis obvenient titulis. *Volckamerus. Clusius* 288. *Rajus* 992. *Chabr.* 443. C. B. P. 204. J. H. 3. 357.

Lychnis oder Margen-Röslein gehöret zu den Pflantzen mit einer regulairen, fünffblätterigen Blume, deren Saamen in einem schlechten Gefässe bedecket lieget. Es treibet dieses Gewächs aus einer schlechten oder zaserichten dicken Wurtzel einen oder sehr viele Stengel, die unterschiedlicher Höhe, rauch oder glatt sind. Die Blätter stehen gegen einander über, sind entweder rauch oder glatt. Die Blume kommt an der Spitze der Stengel, ist nach Nelcken-Art fünffblätterig, welche an der Helffte mit zwey oder drey Spitzen versehen sind, daraus wann man die andern an den übrigen Blättern mit darzu nimt, wie eine kleine Crone mitten in der Blume entstehet. Der Kelch ist gantz, gestreifft, mehrentheils etwas dicke, zuweilen als eine Flasche mit einem engen Hals formiret. Das Saamen-Gefässe oder Frucht ist mehrentheils Birn-förmig, zuweilen aber doch auch als eine Waltze länglicht, theilt sich aber an der Spitze, wenn sie reiff ist, von einander. Der darum enthaltene Saame ist fast rund und rauch, wie bey den Nelcken. Das übrige kommt bey einer jeglichen Sorte besonders vor.

NOTA. Lychnidis nomen accepisse hanc herbam παρὰ τὸ νύκτος ἔχειν σκότος, quod tenebras solvat, vel quod tomentosis ejus foliis veteres ad lucernarum usum pro ellychniis uterentur. Antiquitus enim Gossipii copia non dabatur, ejus ergo vicem quarundam herbarum folia, ut verbasci & Lychnidis præstabant. Innumeræ autem ferè sunt plantæ, quæ Lychnidis nomine apud antiquos recensentur Scriptores. Divisio generalis est in hortensem & sylvestrem; quarum autem si floris colorem & magnitudinem, calicis formam & figuram, foliorumque differentiam spectes, numerus & accurata divisio iniri vix poterit. Differt Lychnis ab Alsine petalis, quæ ad umbilicum quasdam habent appendices seu processus adnatos, quandam quasi corollam efficientes in medio flore, quod in Alsine non conspicitur. Differt a Cariophyllo petalis in margine non crenatis. *Knauth.* 219. nec non calice simplici, ad exortum non squamato, semine reniformi vel angulato, tum & corona, quæ medium florem occupare solet. Cariophyllus autem calice veluti semine donatur, & semine foliaceo, sed corona caret. *Tournef.* Lychnidis differentiam præcipue à Cariophyllo omnium accuratissime monstravit *Heuch.* 39.

Lychnis hat vermuthlich aus der Griechischen Sprache von leuchten den Ursprung, weil entweder die Blume so schön ins Licht fällt, oder welches weit glaublicher, weil die Alten in ermangelung der Baum-Wolle davon wie auch von andern Kräutern, als den wollenen Königs-Kertzen Docht zu den Lampen genommen. Es sind unendlich viel Arten dieser Pflantze, welche alle zwar Lychnis heissen, allein weit von einander unterschieden sind. Uberhaupt unterscheidet man sie in die gebauete und wilde. Bey beyden sind wieder viele Abzeichen, welche unten vorkommen werden.

werden. Sie ist von dem Hünerdarm durch die Blätter unterschieden, welche sie in der Mitte der Blume gleichsam als eine Crone hat, und eben hiedurch, ingleichen durch den einfachen Kelch und besondern Saamen entscheidet sie sich auch von der Nelcke, denn bey der Nelcke findet man die inwendige Crone nicht.

LYCHNIS CHALCEDONICA FLORE INCARNATO, Oeillets de Dieu, Zinober-Röslein mit fleischfarber Blume. Siehe die 677. Kupffer-Platte. l. a.

LYCHNIS CHALCEDONICA FLORE SIMPLICI MINIATO, Jenette, Zinober-Röslein mit Zinober-rother Blume. Siehe die 677. Kupffer-Platte. l. b.

LYCHNIS CHALCEDONICA FLORE PLENO MINIATO, brennende Liebe. Siehe die 677. Kupffer-Platte. l. c.

Variis sub nominibus hæ venire solent Lychnides Chalcedonicæ, seu flos Constantinopolitanus, (sed Heuchero autore malé) flos Hierosolymitanus; quibusdam veterum est Lychnis, aliis Phlox. *Theoph.* Ocymoides peregrina, Lychnis hirsuta. Croix de Malthe ou Jerusalem. H. R. Paris. 103. Colore variat, communiter coccineo colore splendet vel croceo, est floris Calendulæ colore, vel Lilii purpurei, subinde candidi, etiam incarnati C. B. P. 203. Seritur in hortis, floret Junio & Julio. *Ruppius* 81. *Hortus Trebniz.* 91. *Waltherianus* 86. Inter plantas sunt perennes, omnem frigoris eludunt vim.

Diese Gattungen haben mancherley Nahmen, indem sie sehr häuffig bey uns sind, als Zinober-Röslein, brennende Liebe, Studenten-Röslein, Studenten-Näglein, Scharlach-Lychnis, Jerusalems-Blume, Constantipolen. Es ist die Veränderung blos in den Farben der Blumen, die offt so hoch roth spielen, daß sie die Augen blenden. Man findet sie ferner mit einfacher und gefüllter Blume. Sie blühet in den Gärten im Junio und Julio. Man mercket noch an, daß die Stengel und Blätter entweder rauch oder glatt sind; die Blätter stehen ohne Stiel gegen einander über, die Blumen stehen Dolden weiß an einem langen, rauhen, grünlichten Kelch, der daran kommende Saamen ist schwartz.

Multiplicatur ineunte vere per avulsionem adnati ocelli, cum radicis portione aliqua, qui in pinguius solum depangi debet. Lychnis Chalcedonica flore pleno miniato seu aurantiaco ab injuriis brumæ hibernaculis deferenda. *Volck.*

Alle diese Gattungen können durch theilung der Wurtzel, wenn man jedem Stuck drey oder vier Zäserlein lässet, vermehret, und in sandigen Grund gegen den vollen Mond im Frühling oder Herbst versetzet werden. Sie mögen gar wohl im Garten und Land stehen bleiben, weil ihnen die Kälte nicht schadet. Die gefüllte ist zärter, und dienet also im Winter beyzusetzen, oder ins Glas-Haus zu bringen. Heße saget; Wenn man will gefüllte Blumen von Saamen erziehen, so soll man etliche Stöcke erwehlen von den einfachen, und solche in Scherben pflantzen, die andern aber alle abnehmen, wie an dem Leucojo. Solchen Saamen, wann er recht zeitig ist, soll man wieder in den vollen Mond abnehmen, und in oder mit dem vollen Mond, im Frühling oder Zwilling, Löwen oder andern guten Zeichen, als den Steinbock säen und warten. Wann die Pflantzen erwachsen sind, so soll man sie wieder in ein gut Land im vollen Mond, im Löwen oder Stier verpflantzen, und dann wieder sehen lassen, so werden den Sommer gewiß etliche gefüllte Blumen herfür kommen ꝛc.

LYCHNIS CORONARIA ALBA SIMPLEX, Marien-Röslein mit schlechter weisser Blume. Siehe die 677. Kupffer-Platte. l. d.

Lychnis sativa. Rosa mariana sativa. Jovis flos: Flos colore variat: est rubro veluti flammeo fulgente, est dilutè rubente: habetur & floribus albis, lineis vel punctis rubris variegatis, & incarnatis C. B. P. 203. Græcis appellatur λυχνὶς στεφανωματική. Italis Lychnide coronarie.

Folia sunt oblonga, pollicis latitudine aut paulo latiora, molliora, lanosa, cana, Verbasci foliis minora quidem, sed candidiora & lanuginosiora. Caules cubitales rotundi, geniculati, cavi quoque & lanuginosi, in plures breves alas divisi. Flores sunt charactere descripti aspectu quidem pulchri sed inodori, Violæ matronalis floribus majores. Radix subest tenuis, & simplex. Seritur in hortis: Floret Junio, Julio & Augusto. Perennat.

Marien-Röslein, Himmels-Röslein hat Blumen von mancherley Farbe und Schönheit, die aber dennoch nicht riechen und grösser sind als an der Viola Matron: Die Wurtzel ist klein und gering, die Stengel Ellen hoch, rund, knotig, ästig, rauh, und mit weisser Wolle überzogen. Die Blätter sind länglicht, Daums breit, weich, wolligt, grün, und kleiner als an den Königs-Kertzen, aber noch weisser und wolligter. Sie blühen im Junio, Julio und August, werden in den Gärten gesäet, und perenniren.

LYCH-

LYCHNIS CORONARIA FLORE RUBRO PLENO, Marien-Röslein mit gefüllter rother Blume. Siehe die 677. Kupffer-Platte. l. c.

Catal. Hort. Regii Pariſ. 109. Lychnis flore rubro pleno C. B. P. J. B. 3. 341. gefüllte Krantz-Lychnis, volle Morgen-Röslein. Elßholtz.

LYCHNIS CORONARIA RUBRA SIMPLEX, Oeillets, Marien-Röslein. Siehe die 678. Kupffer-Platte. l. a.

Lychnis coronaria rubra C. B. P. 204. Lychnis coronaria ſativa flore rubro *Moriſon.* Lychnis coronaria vulgo. J. B. 3. 341. Perennat.

LYCHNIS VISCOSA FLORE MUSCOSO, Pflaum-Margen-Röslein. Siehe die 678. Kupffer-Platte. l. b.

Lychnis viſcoſa flore muſcoſo C. B. P. 206. Lychnis ſeu Muſcipula muſcoſo flore *Tournef.* 336. Ocymoides Bellidiforme, Muſcipula Salmantica major. Floret Junio ſabuloſis & incultis. Floribus luteo herbaceis perexiguis, cum plúribus intus ſtaminibus prælongis; caulibus ſubter floribus admodum viſcoſis, foliis glabris, ſpiſſis, Bellidiformibus, ab aliis Lychnidum ſpeciebus differt. *Cluſius* 295.

Pflaum-Margen-Röslein wird dieſe Lychnis genannt, weil ſie an den Gipffeln der Stengel weißlichte, runde, geſtreiffte Knöpfflein überkommt, an welchen eine wolligte und pflaumige Blüthe erſcheinet. Elßholtz nennet ſie Kleb-Lychnis mit Mooß-Blumen.

Hæc planta omnino differt à reliquis Lychnidis, Muſcipulæ & Veſicariæ ſpeciebus, ſiquidem flores habet duplicis generis, alteros ſolis ſtaminibus & majores, alteros vero minores & piſtillis embryoni inſidentibus fœtos, adeoque patet, quod hæc planta mereatur ſeparari & diſtingui à Lychnide &c. *Rupp.* 100.

Lychnis ſylveſtris lanuginoſa flore variegato, ſeu maculis rubellis ad nigredinem vergentibus notato *Moriſon.* Lychnis hirſuta minor flore variegato. *Dodart.* Lychnis hirta minor variegato. *Tournef.* 338. *Boerh.* I. 214. Lychnis hirſuta minor variegata. *Cat. H. R. Par.* 112. *Hort. Trebn.* 92. *Hortus Carolsruhanus.* p. 72. n. 895. An Lychnis Hiſpanica viſcoſa minor hirſuta floribus maculis ſanguineis notatis? *Hort. Leyd.* Annua eſt. *Rajus* 997.

Die Wurtzel daran iſt weis, ſchlecht, hat wenig Fäſern, ſchiebet nur einen, ſelten zwey Fuß hohe, runde, äſtige, rauhe, zerbrechliche Stengel, die gantze Pflantze iſt fett und klebricht. Die Blumen ſind ſehr ſchön geflecket, kommen aus den Winckeln der Aeſtlein hervor, und hinterlaſſen ein bauchigtes Saamen-Gefäſſe mit purpurröthlichten Saamen. Es blühet im Sommer und ſtirbt.

LYCHNIS HIRTA MINOR FLORE VARIEGATO. Siehe die 678. Kupffer-Platte. l. d.

Eſt antecedentis varietas ſeu potius ſylveſtris lanuginoſa minor. Lychnis parva flore albicante. Lychnis hirta minima *Cluſii* 289. has quandoque ſatis inepté quinque vulnera Chriſti appellant ob petala quinque, totidem ſanguineis maculis notata. *Rupp.* 93. Propagantur ex ſeminibus menſe Aprili circa plenilunium ſerendis. Florent Junio. *Volck.* 268.

Von dieſer wolligten, klebrigten Gattungen finden ſich unterſchiedliche, man vermehret ſie aus dem Saamen, der im April bey vollem Licht geſäet wird. Sie blühen im Junio.

LYCHNIS NOCTIFLORA ANGUSTIFOLIA, ſchmahlblätterige, bey Nacht blühende Lychnis. Siehe die 678. Kupffer-Platte. l. e.

Lychnis noctiflora C. B. P. 205. Ocymaſtrum noctiflorum flore albo. *Hort. Eyſt.* Ocymoides non ſpecioſum J. B. 3. 344. Ocymoides noctiflorum *Camerar.* Lychnis noctiflora, anguſtifolia odorata *Tournef.* 335. An Lychnis ſylveſtris viſcoſa, peregrina flore noctu, quam die magis odoro *Zanon.* 126. in arvis variisque in locis aliis floret Junio & Julio. Annua eſt. *H. Carolsruh.* Nacht-Marien-Röslein. *Flora Ulmenſis.*

Sie thut nur bey Nacht ihre Blume von einander und zwar im Sommer riechet ſie, im Herbſt iſt ſie aber ohne Geruch, man findet ſie in Feldern und anderen Orten im Junio und Julio blühen. Sie vergehet.

LYCHNIS NOCTIFLORA PERSICA. Siehe die 678. Kupffer-Platte. l. f.

Hanc potius illam, quam Zanoni p. 126. deſcripſit, exiſtimarem, ſub titulo Lichnide ſilveſtre viſcoſa peregrina, confiore piu odorato di notte, ohedi giorno, quam ſeſamoidi magno Salamantico ſimilem deſcribit *Cluſius* 295. figura etiam & icon acuratiſſime conveniunt.

LYCHNIS SYLVESTRIS ANGUSTIFOLIA CAULICULIS TURGIDIS STRIATIS. Siehe die 679. Kupffer-Platte. l. a.

C. B. P. 201. Lychnis ſylveſtris altera incana cauliculis ſtriatis. *Lugd.* Lychnis ſylveſtris anguſtifolia caliculis turgidis, ſtriatis, minoribus pyramidalibus, flore carneo. *H. Walth.* Muſcipulæ majori calice ventriculoſo ſimilis. J. B. 3. 350. *Tournef.* 337. Floret Julio in hortis, perennat. Foliis anguſtioribus dignoſcitur ab aliis. Paſſe fleur. *Gall.* Wilde ſchmahlblätterige Lychnis

nis, deren Kelche sehr schön gestreiffet und ziemlich aufgeblasen sind, oder unten bauchigt. Die Blätter sind zwar haarigt, aber doch weich.

LYCHNIS MINIMA MURALIS, klein an den Mauren wachsende Margen-Röslein. Siehe die 679. Kupffer-Platte. l. b.

Cariophyllus minimus muralis C. B. P. Tunica minima. *Lugd.* Floret Augusto in arenis & siccioribus muris. *Volck.* Betonicæ sive Tunicæ minimæ similis planta J. B. 3. 338. Lychnis annua minima, flore carneo lineis purpureis distincto *Tournef.* Magnitudine florum variat. Floret Julio & Augusto. *Rupp.* 93.

LYCHNIS PRATENSIS FLORE LACINIATO ALBO, Guckucks-Blume. Siehe die 679. Kupffer-Platte. l. c.

Lychnis plumaria sylvestris simplex *Parck.* Lychnis pratensis laciniato flore simplici *Morison.* Cariophyllus pratensis laciniato flore simplici, sive flos Cuculi. C. B. P. 210. Flos cuculi. Odontites quibusdam. J. B. 3. 347. Est Lychnis Dunbrigensis *Raji.* Armerius silvestris *Dodon.* Odontites Plinii simplici flore *Clusius* 292. Flore est plerumque rubello, rarius albo. Floret in pratis & ad ripas Majo & Junio. Perennat. Florum petalis profundissime dissectis facile à cæteris hujus generis discernitur. *Volck.* 269. Girofle des pres. *Gall.*

Guguck-Blume, Fleur du Cocu, Gauck-Blume mit tieff ausgeschnittener Blume, wodurch sie leicht von andern unterschieden wird, ist gemeiniglich röthlicht, und die weisse ist eine Rarität, man findet sie auf Wiesen an den Bächen im May und Junio blühen. Sie bleibt.

LYCHNIS PRATENSIS FLORE LACINIATO PLENO. Gugucks-Blume mit gefüllter Blume. Siehe die 679. Kupffer-Platte. l. d.

In hortis flore pleno occurrens Lychnis *Rupp.* 93. Lychnis pratensis, flore laciniato, pleno, ampliore pupureo *Tournef.* 336. Flos cuculi flore multiplicato purpureo. J. B 3. 348. Odontites Plinii pleno flore *Clusius* 293. floret Augusto. Der Stengel ist so fett als Pech.

LYCHNIS SYLVESTRIS FLORE PLENO RUBRO, wilde Margen-Röslein mit rother gefüllter Blume. Siehe die 679. Kupffer-Platte. l. e.

Colitur in hortis & floret Junio. Perennat. Propagatur per avulsionem adnatæ sobolis, quæ in feracius depangitur solum. *Volck.*

LYCHNIS, VISCOSA, PURPUREA, LATIFOLIA, klebrichte Lychnis. Siehe die 680. Kupffer-Platte. l. a.

C. B. P. 205. viscidæ genus J. B. 3. 355. Lychnis sylvestris prima *Clusii* 288. Muscipula flore rubro. *Hort. Eyst.* Floret Junio & Julio in hortis. Perennat. Floscu-lis plurimis minoribus in caulium supremitatibus simul junctis Centaurii minoris æmulis, ac foliis latioribus, glaucis, à congeneribus differt. *Volck.* 59. deleatur ex titulo lævis.

Es wächst in den Gärten, blühet im Junio und Julio, und bleibt. Es ist zu mercken, daß lævis in dem Titel nicht stehen solle.

LYCHNIS VISCOSA FLORE RUBRO PLENO, Kleb-Lychnis mit gefüllter rother Blume. Siehe die 680. Kupffer-Platte. l. b.

LYCHNIS MONTANA, VISCOSA. ALBA, weisse klebigte Berg-Lychnis. Siehe die 680. Kupffer-Platte. l. c.

Lychnis montana viscosa alba latifolia C. B. P. 205. Polemonium Petræum *Gesneri* J. B. 3. 357. Lychnis sylvestris, seu montana, latifolia, viscosa, florum petalis supra albis, subtus virescentibus, interdiu se contrahentibus M. H. 2. 535. *Boerh.* I. 213. sylvestris alba nona *Clusii.* Floret Junii mensis initio & Maji fine in saxosis. Perennat. *Rajus* 1001. Caule breviore, flore evanido, petalis profunde fissis, caulibus superior flores viscosis à Lychnide sylvestri alba distinguitur. *Volck.* 266.

Die Blätter an dieser Lychnis sind gantz besonders haarigt, schwartzgrün, so wie an dem Wild-Basilien mit weissen Blumen. Man findet es an steinigten Orten und auf Bergen im Anfang des Junii und zu Ende des May blühen, es nennen sie auch einige hoher Steinbrech, Saxifraga elatior, wovon es doch unterschieden, es bleibt und vermehret sich von selbst, und hat nur eine Blume.

LYCHNIS MONTANA VISCOSA FLORE ALBO PLENO PROLIFERO. Siehe die 680. Kupffer-Platte. l. d.

Num Lychnis prolifera flore viridi C. B. P. 204? *Hoffm.* Flor. Altorff.

Klebrichte Berg-Lychnis mit einer weissen gefüllten Blume, aus welcher wieder neue Blumen hervorkommen, ist rar, man findet sie in den Gärten der Liebhaber im Junio blühen, und kommen offt sehr viel junge Blumen nach, welches recht schön anzusehen.

LYCHNIS VISCOSA MONTANA LATIFOLIA FLORE SIMPLICI, hoher Steinbrech. Siehe die 681. Kupffer-Platte. l. a.

C. B. P. 205. Muscipula flore albo. Cum Lychnide montana, viscosa, alba, si fortean folia excipias, pleraque vel omnia communia habere videtur, sed illa flore unico, hæc polyanthos.

LYCHNIS VISCOSA FLORE ALBO MINIMO, Kleb-Lychnis mit kleiner weisser Blume. Siehe die 681. Kupffer-Platte. l. b.

Rajus 996.

LYCHNIS VISCOSA FLORE CARNEO MINIMO, Kleb-Lychnis mit der kleinen röthlichten Blume. Siehe die 681. Kupffer-Platte. l. c.

LYCHNIS SYLVESTRIS ALBA, SIMPLEX, HIRSUTA, CAULICULIS STRIATIS. Siehe die 681. Kupffer-Platte. l. d.

C. B. P. 205. Lychnis hirsuta major perennis flore simplici cariophyllæo bifido, foliis latis, alias ocimoides album, weisser Wiederstoß, Walken-Kraut.

LYCHNIS SYLVESTRIS, QUÆ BEEN ALBUM VULGO, Behen, weisse Been. Siehe die 681. Kupffer-Platte. l. c.

C. B. P. 205. Been album officinarum. J. B. 3. 356. Been album sive Polemonium *Dodon.* 172. Lychnis sylvestris flore albo. *Hort. Eyst.* Papaver Spumeum *Lobelii*, nihil vero minus quam papaver est. Spumea seu Aspergo in hac & aliis quibusdam plantis observabilis juxta *Eghngerum* ortum suum debere dicitur animalculo ex locustarum genere in medio spumæ latitanti. *König.* 116. Lychnis sylvestris perennis, quæ Been album vulgo M. H. 2. 535. Herba articularis *Tabern.*

Lignosa radix, crassa, & alba caules emittit, cubitum & sesquicubitum altos, tenues, teretes, læves, geniculatos, in alas circa summum divisos: Ad singulos articulos folia bina oppositа nascuntur Lychnidis forma sed penitus glabra, cum dulcedine quadam acria affatim, & subamara. Flores ex laxis utriculorum instar habentibus caliculis, quinque partitis, ex rubro, herbidoque & albo versiculoribus, glabris parum prominent, vel albi, vel ex albo purpurascentes, quinque foliis bifidis constantes, seminibus purpurascentibus medium occupantibus. Calyces postea pericarpia continent Lychnidis semine plena. *Rajus* 998. *Chabr.* 446. Floret Julio inter segetes, perennat.

Weisser Been, Schnell-Blumen, oder Wald-Lychnis mit pausenden Kelchen, Splisplettel, hat eine lange und etwan so dicke Wurtzel, wie der kleine Finger, auswendig aschgrau, inwendig von Geschmack in etwas bitter. Die Stengel werden Ellen und anderthalb Ellen hoch, sind dünne, rund, glatt, in Geleiche, und oben in kleine Aestlein getheilet. Bey jedem Gleiche stehen zwey Blätter gegen einander über, zwar wie an der Lychnis, allein völlig glatt, etwas süß, doch scharff und ein wenig bitter dabey: Die Blumen kommen aus dem weiten Kelch, welcher als ein bauchigtes Krüglein gestaltet ist, und von allerley Farben zu seyn pfleget. Diese Blumen sind entweder weiß oder röthlicht. Die fünff Blätter sind allemahl zweyfach getheilet, und in der Mitte finden sich purpurfärbige Fäsern. Der Saame ist wie an der ordentlichen Lychnis. Man findet es im Julio unter der Saat, es perenniret.

LYCHNIS QUÆ BEEN ALBUM FLORE FUSCO, weisse Been mit bräunlichter Blume. Siehe die 682. Kupffer-Platte. l. a.

Est floris saltim varietas. Duum est generum C. B. P. 205. 1) in pratis albicante flore 2) in montibus flore ex viridi purpurascente. Est etiam alia foliis latioribus, alia angustioribus & acutioribus.

LYCHNIS ORIENTALIS VISCOSA OCYMOIDIS FOLIO FLORE VIRIDANTE. Siehe die 682. Kupffer-Platte. l. b.

Num Lychnis, Ocymastri facie flore. viridi? *Boerh.* l. 215. seu Lychnis Orientalis, calice pyramidato, striato longissimo? *Tournef. Coroll.* p. 24. aut Lychnis Orientalis viscosa folio glauco, flore muscoso *Tournef.* ibid.

LYCHNIS SYLVESTRIS CAULICULIS STRIATIS TURGIDIS, Wald-Lychnis mit gestreifften pausigten Kelchlein. Siehe die 682. Kupffer-Platte. l. c.

Lychnis silvestris latifolia cauliculis turgidis striatis C. B. P. 205. Muscipula major calice turgido ventricoso. J. B. Clusii silvestris secunda (quamvis ejus obsoletius rubentes, nostras autem albentes habent flosculos. Floret Junio mense in herbidis pratis, annua est. Foliis latioribus, calice hirsuto tumidiusculo pulchre striato differt à congeneribus.

Elßholtz nennet sie breitblätterige Wald-Lychnis mit gestreifften pausigten Kelchen, wilde Himmels-Röslein mit gestreifften Häuslein *Flora Ulm.* Die gantze Pflantze ist schleimigt und kleberigt anzufühlen, und findet sich auf guten Graß-Wiesen im Junio.

CHARACTER. Multas easque diversas dari plantas, cui Mechoacannæ tribuitur nomen, ex solo *Rechio* Lib. V. p. 165. & Lib. VII. p. 239. constare arbitror. Tres dari hujus, cujus nostra icon imaginem ex *Muntingio* refert, species, *idem* observat. Datur ejus mas & fœmina forma & viribus valde similes. Utraque herba est fundens radicem longam, crassam & lacte manantem, candidumque, & ex ea caules volubiles, tenues & ornatos foliis raris, cordis figura sed minoribus, floribus vero oblongis & coccineis, ac fructu Peponis forma & magnitudine, lanugine obducto condente, ac semine albo referto, tenui, latoque, non sine bombycinis quibusdam filis argenteis & lentis. Hactenus *Rechi.* Cui *Lyncæus* subjungit: Apocyni affines esse descriptas, mediam inter Cucumeraceam & Apocyni familias constituit Mechoacannam, quamvis dubitative *idem* p. 239. Cum his consentit *Monardus Simpl. Med. Hist.* Cap. LI. p. 337. Fructus autem Coriandri sicci magnitudine racematim cohærescente omnino differt. Semen pisi magnitudine esse fusci coloris, verum haud rotundum affirmat ex *Marggravio Rajus* 724. de alia vero Mechoacannæ specie agens. vide *Lugdunensis* 1902. *Lemmery. Munting.* 531. *Chabræus* 120. In multis Indiæ Occidentalis occurrit provinciis, ex insula autem novæ Hispaniæ

Mechoa-

Mechoacan dictæ primum delata, quemadmodum factum sit, ut virtus ejus fuerit cognita, pluribus descripsit *Monardus* l. c. & *Lugd.*

Mechoacanna, weisse Rhabarber ist ein West-Indisch Gewächs, von welchen gar vielerley Sorten vorhanden, es hat den Nahmen von der Insul in neu Spanien, wo es zu erst ist entdecket worden, wächst aber sonst auch in andern West-Indischen Provintzien. Die Wurtzel von unser Sorte ist lang, dicke, fliesset von Milch, ist inwendig weiß, aus derselben kommen viele, lange, schwache Reisige, wie an den Winden, an welchen hin und wieder Hertzförmige Blätter aber kleiner stehen: Die Blumen sind länglicht (wie an der Winde) scharlachfärbig. Die Früchte in Gestalt und Grösse, wie Pfeben, da die Schuppen über einander liegen, mit weisser Wolle überzogen, mit weissen, zarten, breiten Saamen angefüllet, der an weissen seidenen Fäden zusammen hänget.

MECHOACANNA SYLVESTRIS, Mechoacan sauvage, wilde Americanische Stuck-Wurtz. Siehe die 715. Kupffer-Platte. l. b.

Bryonia Mechiocana sylvestris C. B. P. 298. Mechacana ex Promontorio D. Helenæ Mechoacæ sylv. genus *Lugdun.* 1903. Hæc priore minor est per omnia, cujus radix gravia symptomata excitat, quare Scammonea, *Monardo* autore nuncupatur.

Usus Medicus.

Radix Mechoacannæ advehitur magnis fragmentis & parvis, partim in taleas concisis, partim manu confractis. Calida primo gradu, sicca secundo; tenuium enim esse partium, non nihil tamen adstrictionis possidere, ex eo patet, quod absoluta purgatione internarum partium robori nihil adimit, nec eas debilitat, ut reliqua purgantia medicamenta; imo illa purgati robustiores redduntur, quam ante sumptum Medicamentum erant. Hinc fit, ut nulla correctione indigeat. Vinum ejus est præcipuum vehiculum; uti & juscula carnis, cum quibus sumta facilius & efficacius operatur, quam aliis liquoribus, nec vomitione facile rejicitur. *Monard.* Pituitosos, aquosos, serososque humores ex toto corpore, ac inprimis ex capite, nervosoque genere ac pectore blandissime ac sine ulla molestia educit, hinc contra Icterum & Hydropem Symbolum suum confert. Tussi veteri, colicoque dolori plurimum conducit. Infantibus, torminibus inflationibusque ventris & obstructione alvi laborantibus, commodé cum pulticula propinari potest. Eligatur recens, intus albicans, non tamen candida, cortice cinereo tecta, non cariosa. *Lugd. Rajus.* Gustu autem discernitur in Bryoniæ acri radice, quæ etiam in taleas concisa servari solet. Vid. *Marcellus Donatus*, qui integrum de hac planta scripsit tractatum.

Die weisse Rhabarbar ist jetzo ein durchgängig purgirendes Medicament; sie wird in grossen und kleinen Stücken, theils in Scheiben zerschnitten, theils gebrochen zu uns gebracht. Sie ist warm im ersten, und trocken im andern Grad, von zarten Theilen; daß sie aber doch auch etwas anziehendes habe, erhellet daraus, daß sie nach der Purgation den innern Theilen keine Kräffte benimmt, oder schwächet, sondern die Patienten sich stärcker darauf befinden. Folglich braucht es keiner Correction, man muß es vornehmlich mit Wein nehmen, (wiewohl auch mit Fleisch-Brühe) worunter es zum liebsten und stärcksten würcket, und nicht wieder gebrochen wird. Es führt diese Wurtzel alle schleimigte, wässerigte, und zähe Feuchtigkeiten aus dem gantzen Leibe, vornehmlich aus dem Haupt und den Nerven gantz leicht und ohne Beschwehrden ab. Nicht weniger dienet sie gegen die Gelb- und Wassersucht, und widerstehet dem alten Husten und der Colic. Es wird denen Kindern mit ihren Brey füglich gegeben, wenn sie mit Verstopffung oder empfindlichen Grimmen behafftet sind. Man soll die erwehlen, die frisch ist, und seine Scheiblein, die inwendig weiß und an der Rinde graulicht, leicht, und nicht wurmigt sind. Man unterscheidet sie von der gemeinen Stück-Wurtz durch den Geschmack, diese ist bitter, jene hat keinen Geschmack.

MELAMPYRUM.

MELAMPYRUM Triticum vaccinum. μελάμπυρον. *Græc.* Blé noir, de vache, de beuf. *Gall.* Cow-wheath. *Angl.* Paerdsbloem. *Belg.* Krawska pssenice. *Bohem.* Küh-Ochsen-Weitzen, Braud, Braun-Fleisch-Blumen. *Germ.*

CHARACTER. Melampyrum pertinet ad plantas, quæ flore sunt irregulari, monopetalo, clauso & labiato, & semina ferunt pericarpio bicapsulari inclusa. *Rivinus.* Seu Melampyrum est Plantæ genus flore monopetalo, anomalo, personato, in

in duo labia distincto, quorum superius galeatum est, inferius plerumque integrum. Ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum, seu testam subrotundam, bifariam dehiscentem, septo intermedio in duo loculamenta divisam, seminibusque fœtam granorum Tritici æmulis. *Tournef.* 173. *Boerh.* I. 236. C. B. P. 234. *Linnæus* 507. *Ruppius* 193. *Volck.* 283. Radix est lignosa, exigua, paucis consita fibris. Caulis est singularis, quadratus, hirsutus, rufescens, multis alis concavus. Folia ex intervallis ex adverso posita, Linariæ alia, alia lata, & profundè laciniata, aspera, atrovirentia: quæ in superiori thyrso, sunt breviora, latiora, digitata, vario colore tincta, ex quorum alis galeati flores exeunt, subhirsuti. Semina plerumque bina, raro terna, floret inter segetes, in sylvis, ad caudices, Junio & Julio. Annua est. *Rajus* 774. *Clusius* XII. *Chabræus* 477.

Kûh-Weitzen hat eine kleine, holtzige, und mit einigen Fäsern besetzte Wurtzel. Der Stengel wächst etwan Fuß hoch und krum, ist viereckigt, rauch, mehrentheils röthlicht. Die Blätter stehen ziemlich von einander, und zwar allemahl zwey gegen einander über, einige sehen aus als an dem Flachs-Kraut, die andern aber sind breit, starck eingeschnitten, rauch, schwartz-grün. Die, welche an den obern Büschel als wie Haare stehen, sind kürtzer, aber breiter, und von mancherley wohl ins Auge fallender Farbe besetzet. Die Blume ist vollkommen, einblätterig, geschlossen, und Leffzenförmig von mancherley Farbe. Es sind in dem zweyfächerichen Saamen-Behältnisse mehrentheils zwey, zuweilen drey Saamen-Körner, welche länglicht, groß, doch aber kleiner als das Weitzen-Korn, und schwartz sind. Es wächst jährlich unter der Saat, in Wäldern, und an alten Bäumen. Blühet im Junio und Julio.

NOTA. Melampyrum à voce græca composita μέλας & πυρος, quippe nonnulli sibi persuaserunt, ex tritici mutatione Melampyrum nasci, ut ex Melino nigrum fiat: sub judice autem adhic lis est, num ejusmodi specierum transmutatio contingere possit, quod multi quidem affirmant, nec pauci negant. Melampyrum potius dictum existimat *Rajus* 774. quod semen ejus triticeum referat magnitudine & figura, colore vero nigro differat. Triticum vaccinum, quod gratus pastus sit bobus & vaccis saginandis.

Melampyrum heißt eigendlich den zusammen gesetzten Worten nach so viel, als schwartzer Weitzen, immassen viele in der Meinung stehen, daß der Weitzen, wenn er aus der Art schlage, in diese Gattung sich verwandele. Allein es ist noch nicht ausgemacht, ob dergleichen Verwandelung Grund habe, daran viele und vielleicht sehr billig zweiffeln, vermuthlicher ist, daß der Nahme von den Körnern, die dem Weitzen ähnlich sehen, herkomme. Kûh- und Ochsen-Weitzen heisset es, weil das Rind-Vieh sehr wohl damit kan gemästet werden.

MELAMPYRUM PURPURASCENTE COMA, Blé de Vache, Kûhe-Weitzen. Siehe die 716. Kupffer-Platte. l. a.

Melampyrum multis seu triticum vaccinum J. B. 3. 493. C. B. P. 234. Crateogonon flore vario *Parck.* Triticum vaccinum *Dod.* Pempt. 541. Parietaria silvestris III. *Clusii*, inter segetes frequens idem circa Roteburgum ad Tuberam flore albo deprehendit D. *Weinmannus.*

Wachtel-Weitzen, Kûh-Weitzen mit purpurfarbenen Blumen. Kûh-Weitzen mit purpurfarbenen Gipffel. Den Bauers-Leuthen ist dieser Saame nicht lieb, weil er das Meel bläulicht machet. *Ruppius* 193.

MELAMPYRUM COMA COERULEA, Blé de Bœuf, Ochsen-Weitzen. Siehe die 716. Kupffer-Platte. l. b.

Melampyrum sylvaticum *Rivini.* Melampyrum cœrulea coma C. B. P. 234. Parietaria *Lipsiensium.* Melampyro affinis, Parietaria cœrulea quorundam J. B. 3. 440. In sylvis passim floret tota æstate.

Der Strauß oben an diesem Kûh-Weitzen ist offt mancherley Farb, zuweilen Purpur-, zuweilen Violen-blau, zuweilen auch weiß. Wegen dieser Farben Veränderung nennen es die Teutschen auch Tag und Nacht oder Kûh-Weiden, oder Kûh-Weitzen mit blauen Gipffel.

MELAMPYRUM CRISTATUM FLORE ALBO, Wald-Kûh-Weitzen mit Lein-Kraut-Blättern. Siehe die 716. Kupffer-Platte. l. c.

Melampyrum cristatum *Rivini* & J. B. 3. 440. Melampyrum luteum angustifolium C. B. P. 234. Melampyrum luteum Linariæ folio C. B. *Prodr.* 112. Melampyrum cristatum flore albo & purpureo. Floret Junio & Julio, in editioribus silvis nec non inter segetes.

Die unter der Blumen aufwärts stehende Blätter, wovon die Ründung als ein halber Mond aussiehet, ist zart eingekerbt, und siehet als ein Kamm aus. Man findet es in Wäldern, wie auch unter dem Korn, sowohl mit weisser als rother Blume im Sommer blühend.

MELAMPYRUM CRISTATUM FLORE PURPUREO, mit einem Kamm gezierter Kûh-Weitzen mit rother Blume. Siehe die 716. Kupffer-Platte. l. d.

MELAMPYRUM SYLVATICUM LUTEUM, Blé noir, schwartzer Weitzen. Siehe die 717. Kupffer-Platte. l a.

Melampyrum luteum latifolium C. B. P. 234. Melampyrum montanum *Rivini*. Parietaria sylvestris *Clusii* Milium sylvaticum I. & II. *Tabernæm.* Melampyrum sylvaticum, flore luteo, sive Satureja lutea silvestris J. B. 3. 441. Parietaria sylvestris: Cratæogonon vulgare. *Park.* Floret Junio & Julio, & ad earum margines, in quercetis etiam & dumetis umbrosis, juxtaque caudicum vetustarum radices haud raro luxuriat. *Volck.*

Wald-Kûh-Weitzen, Wald-Hirse, gelber Kûh-Weitze findet sich in und neben den Wäldern, unter Eichen und schattigten Hecken, an alten Stauden, blûhet im Junio und Julio alle Jahre. Die Blumen sind zuweilen auch bläulicht, zuweilen röthlicht.

NOTA. Herba Officinalis non est. Colitur à nonnullis florum eorumque elegantiæ causa in hortis, & semel sata satis sese propagat. Seri autem potest Martio adolescente Luna. Vaccis & bobus quod saginandis egregie conducat, supra jam monuimus.

Es ist das Kraut in der Medicin nicht gebräuchlich. Es haben einige dasselbe wegen der schönen Blumen gerne in den Gärten. Wann es einmahl dahin gebracht ist, pflegt es sich genug zu besaamen. Man säet es aber mit zunehmenden Licht im Martio, daß durch den Kûh-Weitzen das Rind-Vieh trefflich gemästet werde, haben wir schon oben gesaget.

MELIANTHUS.

MELIANTHUS, μελίανθος. *Græc.* Melianthe. *Gall.* Honig-Blume, Capische Honig-Blume. *Germ.*

CHARACTER. Melianthus pertinet ad Plantas, quæ sunt flore irregulari seminibus tectis capsula quadripartita *Rupp.* 220. Est autem Melianthus Plantæ genus flore polypetalo anomalo, quatuor nempe petalis, nunc flabelli nunc coni ad instar positis constante. Ex calice autem inæqualiter multisciso surgit pistillum, quod deinde abit in fructum vesicæ æmulum, tetragonum, in quatuor loculamenta divisum seminibusque fœtum subrotundis *Tournef.* 430. Radix Melianthi vivax & perennans, lignosa, crassa, pallida, brachiata, diffusa: Habitus arboreus, scapus enim multiplex supra viri altitudinem multum exsurgens viroris & vigoris est perpetui, pollicem crassus, rotundus, striatus, scaber, geniculatus, ad radicem lignosus, solidus in progressu ex ruffo virens, & ubi in floriferam spicam fastigatur, punicans. Folia pinnata, Pimpinellæ sanguisorbæ, ast sextuplo ampliora, rigentia, nervosa, per ambitum profundius serrata, colore in glauco virente, costa media ad summum usque, cui folia ex adverso strictius adhærent, alata, crenata, parte vero ima & prona contecta folio, digitum longo, concolori, integro, lata sua carinataque basi, qua ad scapi genicula prorumpit, in mucronem porrecto & costæ instar ligulæ incumbente, odore fœtido, narcotico, gravi, sapore herbaceo, parum adstringente. Flos tetrapetalus, utplurimum vero pentapetalus, in spicis atropurpurantes, melleumque succum fundentes; seu inferiori petalo includitur receptaculum cartilagineum carinæ formæ refertum liquore melleo, dilute puniceo, saporis vinosi, jucundissimi. Ex flore profluunt decem stamina (*Linnæus* octo tantum numerat) punicei saturati coloris, quinque longiora & tenuiora, apicibus flavescentibus parvis, totidemque breviora, apicibus robustioribus, levissima concussione deciduis. Semina sunt majora, nigra, ovalia, splendentia, pisi magnitudine, pericarpio membranaceo ventricoso, tetragono, ac quaternis dissepimentis distincto, inclusa. Sponte nascitur hæc planta in paludosis ac uliginosis Promontorii bonæ Spei. Colitur autem nunc in hortis Curiosorum, & floret quandoque etiam eunte vere, aperto sub sole. *Volck.* communiter autem floret æstate. *Ruppius* 220. *Boerh.* I. 300. *Rajus* 1899. *Linnæus* 324. *Ammannus* 471.

Capische Honig-Blume gehöret zu denen Pflantzen, welche eine irregulaire Blume, und ihren Saamen in einem einfachen Saamen-Behältniß haben. Die Wurtzel der Honig-Blume ist frisch, holtzig, dick, blaß, ästig und breitet sich sehr aus. Aus derselben kommen Schaffte, welche viel über Manns Höhe erreichen, allemahl grün, frisch, und in ihrer Krafft bleiben. Ein solcher Schafft ist Daums dick, rund gestreifft, rauh anzufühlen, in Gleichen abgetheilet, an der Wurtzel holtzigt, in der Mitte feste und braun-grün, wenn er

aber

aber zur Blume hinauf gehet, ist er röthlicht. Die als Flügel stehende Blätter gleichen der Pimpernell, allein sie sind wohl sechsmahl grösser, starr, aderigt, im Umkreise tieff eingesäget, gräulicht grün von Farbe. Der gantze Strauch ist mit flügeligten Federn besetzet, dazwischen aber stehen schmählere Blätter aufwärts und tieff eingekerbt, von stinckenden, schlaffendmachenden, und wiedrigen Geruch, von Kraut-Geschmack und etwas anziehend. Die Blumen sind vier oder wie einige wollen fünffblätterig, stehen Aehren-weis, von Farbe purpur schwartz, und geben einen Honig süssen Safft. Oder eine jedwede Blüthe bestehet aus vier Blättern, die eine offene Hand vorstellen, und sitzet in einem Kelche, der biß auf den Grund herunter in fünff ungleiche Theile zerschnitten ist, woselbst ein Safft befindlich, der als wie Honig und roth siehet, einem süssen, weinhafften, und überaus lieblichen Geschmack hat. Dieser Safft findet sich so häuffig, daß er eine gute Zeit auf das kleine Blat, das unter der Blume zu befinden, herab trieffet. Wann aber die Blume vergangen, so trieffet kein Honig mehr herab, sondern der Stempffel wird zu einer Frucht, die als wie eine Blase aussiehet, und so dicke ist, als wie die an der Nigella, häutig, mit vier erhabenen Ecken, und in vierfach zertheilet. Der Saame ist wie eine Erbse groß, schwartz, ovalrund, gleissend. Es wächst diese Pflantze von selbst auf dem Vorgebürge der guten Hoffnung, jetzt aber in den Gärten der Liebhaber, blühet im Sommer.

NOTA. Melianthus a vocibus μέλι Mel & ἄνθος flos, quasi diceres florem mellis, quippe floris calix melle abundat. Quod mel ab Hottentottis & Belgis in Promontorio C. B. S. habitantibus avidissime expetitur *Ammann.* 471. Celeb. ille Botanicorum facile princeps, *Hermannus* primus fuit, qui Europæ illatum feliciter coluit, adeò ut nunc in omnibus fere Curiosorum hortis deprehendatur. In petalorum numero non conveniunt autores, sed flos revera est tetrapetalus. *Rupp.* 220. *Boerhaave Linnæus.*

Man hat dieser Pflantze den Nahmen Honig-Blume beygeleget, weil, wie wir oben gemeldet haben, in dem Kelche ein angenehmer süsser Honig stecket, welches die auf dem Vorgebürge der guten Hoffnung wohnende Hottentotten, und auch die daselbst wohnende Holländer so gerne essen, daß sie nicht leicht diese Pflantze vorbey gehen, ohne davon zu geniessen. Der grosse Botanicus Prof. *Hermann* hat sie zu erst in Europa gezogen, sie findet sich aber jetzt in allen vornehmen Gärten.

MELIANTHUS AFRICANUS MINOR FOETIDUS, stinckende Africanische Honig-Blume. Siehe die 719. Kupffer-Platte. l. b.

Melianthus Africanus minor foliis viridantibus *Boerh.* 300. Num Melianthus Africanus minor? *Tournef.* 431. Melianthus Africanus minor fœtens *Comelini. Gledits ch. Hort. Trebn.* 97. *Hort. Walth.* 33. *Bosianus* 97. *Carolsruhanus* 32.

MELIANTHUS MAJOR SEU PIMPINELLA MAXIMA AFRICANA, die grössere Honig-Blume oder Africanische Pimpernell. Siehe die 717. Kupffer-Platte. l. c.

Melianthus Africanus H. L. *Bot.* Pimpinella spicata, maxima, Africana. *Barth. in Actis Haffn.* Tom. II. 258. Melianthus Africanus, Pimpinellæ foliis amplissimis glaucis. *Boerh.* 300.

Cultura.

Propagatur adnata sobole, quæ verno tempore cum radicis particula avellenda & feraciori solo committenda. Per hyemem ad hybernacula transfertur. *Volckamerus*, qui eodem loco egregie docet, quomodo plantarum exoticarum proventus per surculos aut taleolos propagari possint.

Man vermehret die Honig-Blume durch Abreissung der jungen Ansetzlinge, welche man zu Frühlings-Zeit mit einem Stück von der Wurtzel abtrennen, und in ein fruchtbahr Erdreich bringen soll.

MELILOTUS.

MELILOTUS, μελίλωτος. *Græc.* Melilot. *Gall.* Meliloto. *Ital.* Malloce. *Belg.* Melilot. *Angl.* Amur, Stern-Klee. *Dan.* Wlasnakomonicá. *Pol.* Melote, Stein-Klee, Adler-Klee. *Germ.*

CHARACTER. Melilotus à *Rivino* jungitur Plantis, quæ flore sunt irregulari tetrapetalo, & semina ferunt reniformia, in conceptaculo simplici, brevissimo, rugoso. Seu est Plantæ genus flore papilionaceo, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in capsulam nudam, hoc est in capsula non reconditam, ut in Trifolio, uno vel altero semine fœtam subrotundo. *Tournef.* 406. *Boerh.* II. 29. *Linnæus* 603. *Ruppius* 208. *Ammannus* 182. Leguminosa

nosa, papilionacea, spicata & trifoliata hæcce planta radice nititur simplici, paucis fibris obsita, lignosa, alba. Caulis cubitalis, erectus, in quibusdam etiam procumbens, angulosus, ab imo statim ramosus. Folia cauli alternatim adnascuntur in pediculis longis terna simul, pallide viridia, glabra, circum oras serrata, inferiora in caule breviora, obtusiora, & rotundiora, superiora longiora & acutiora, ut in aliis Trifoliis ferè fit. E foliorum superiorum alis, longis pediculis nixæ egrediuntur spicæ, seu globuli, flosculis papilionaceis (quorum in odore pertinaci præcipua gratia) compositi. Singulis flosculis singula succedunt vascula, duo aut tria intus semina continentia fulva, odorata. Semine ad maturitatem perducto quotannis perit. *Chabr.* 158. *Rajus* 950. *Volck.* 284. Floret Junio atque Julio variis locis, inter segetes, in pratis, in arvis, in hortis &c.

Stein-Klee gehöret unter die Pflantzen, welche eine vollkommene, eintzele, irregulaire, vierblätterige Blume tragen mit bedeckten Saamen, in einem einfachen kurtzen Behältniß. Es hat der Stein-Klee, wie alle Hülsen-Früchte, eine schlechte, holtzigte, weisse, mit wenigen Fäsern besetzte Wurtzel. Die Stengel werden Ellen hoch, stehen bey einigen gerade auf, bey andern liegen sie nieder, sind winckeligt, und gleich von unten an ästig. Es wachsen an den Stengel allemahl drey Blätter an langen Stielen, welche blaß-grün, glatt, an dem Rande eingekerbet sind, wovon die, welche unten am Stengel stehen, kürtzer, stumpffer, und runder, die oberen aber länger und spitziger zugehen, so wie fast bey allen dreyblättertigen Pflantzen. Zwischen den obern Blättern kommen an langen Stielen stehende Aehren, oder runde Häuptlein, welche aus Schmetterlings-Blumen bestehen, die annehmlich riechen, auf jedes Blümgen folget das Saamen-Gefäß, nehmlich eine sehr kurtze, schlechte, schrumpfflichte Schote: in welchen zwey, aufs höchste drey, gelbe wohlriechende Saamen-Körner liegen. Nachdeme der Saame reiff geworden, vergehet die Pflantze. Es blühet im Junio und Julio auf Wiesen, Feldern, in Gärten ꝛc.

NOTA. Melilotus à vocibus Græcis μὲλι Mel & λωτὸς, quasi dicas Lotum mel olentem; odorem enim melleum siccata emittit. Sertula olim appellata & corona regia fuit. Variæ ejus dantur species, variis designatæ nominibus. Differt Melilotus ab Onobrychide capsulis brevibus, pendulis & rugosis *Knauth.* 183.

Das Wort Melilotus soll so viel heissen als Honig-Klee, weil das trockene Kraut einen süssen angenehmen Geruch giebet. Es findet sich, wie bey dem Loto, also auch bey dem Meliloto mancherley Unterscheid, und daher rührende mancherley Benennung. Der Stein-Klee ist von der Onobrychis durch die kurtze, abhangende, und schrumpffigte Schoten oder Saamen-Capseln unterschieden.

MELILOTUS ITALICA FOLLICULIS ROTUNDIS, welscher Stein-Klee. Siehe die 718. Kupffer-Platte. l. a.

Melilotus Italica folliculis rotundis C. B. P. 331. Melilotus magno semine, rotundo, rugoso. J. B. 2. 371. Melilotus Italica. *Camerar.* Melilotus lutea seminis paricarpio magno rugoso, rotundo, albo. *Boerhaav.* II. 29. Melilotus Italica & Patavina.

Dieser Melilot wird bey zwey Ellen hoch; Die Stengel scheinen etwas röthlicht. Die Saamen-Gefässe sind rund, runtzlicht, in der Grösse einer kleinen Erbse, zuweilen trägt es eins, zuweilen zwey Saamen-Körner. Es wächst häuffig in Italien, sonderlich in Padua, blühet im Junio und Julio.

MELILOTUS VULGARIS FLORE ALBO, Melilot, Honig-Klee. Siehe die 718. Kupffer-Platte. l b.

MELILOTUS VULGARIS, Melilot, Stein-Klee. Siehe die 718. Kupffer-Platte. l. c.

Melilotus officinarum Germaniæ C. B. P. 331. Melilotus fruticosa, lutea & candicans, vulgaris vel officinarum *Boerhaav.* II. 29. Flore est communiter luteo aliquando albo, quæ Melilotus major candida. *Dodonæus* hujus differentias quinque recensuit 1) Flore luteo. 2) Candido. 3) Peregrina flore purpuro cœruleo inodoro. 4) Flore luteo longioribus siliquis. 5) Flore luteo foliis per circumferentiam non crenatis C. B. P. 331.

Meliloten, gemeiner Stein-Klee, teutscher gelber und weisser Stein-Klee, geeler Klee, Honig-Klee, Adler-Stein-Klee findet sich auf Aeckern, Wiesen, Weinbergen, im Junio und Julio blühend.

MELILOTUS AGRARIA CAPITULIS LUPULI MAJOR, Feld-Stein-Klee mit Hopffen-Häuptlein. Siehe die 718. Kupffer-Platte. l. d.

Melilotus agraria minor floribus luteis conglomeratis *Volck.* Trifolium agrarium luteum capitulis Lupuli majus. *Morif.* Trifolium pratense luteum capitulo Lupuli vel agrarium C. B. P. 328. Trifolium pratense luteum fœmina, flore pulchriore seu Lupulino J. B. 2. 381. Floret Julio in arvis. Differt hoc Melilotus à congeneribus

ribus, quod flores habeat non deciduos. *Volck.*

Dieser Melilot könnte Hopffen-Klee genannt werden, wie ihn denn auch *Rajus* 949. Hop-Trefoil heisset: doch sind die kleinen Häuptel weit kleiner als an dem Hopffen, man findet es unter der Saat, sonderlich auf sandigten und steinigten Feldern.

MELILOTUS MINIMA HIRSUTA, kleiner rauher Stein-Klee. Siehe die 718. Kupffer-Platte. l. e.

Melilotus capsulis reni similibus in capitulum congestis. *Tournef.* 407. Melilotus, lutea, minima, hirsuta, procumbens, spica breviori, densissime disposita, seminis pericarpio, renali, nigro. *Boerh.* II. 29. Trifolium pratense, luteum capitulo breviori C. B. P. 328. Trifolium pratense, luteum, mas, flore minore, semine multo. J. B. 2. 380. Trifolium Botryoides seu racemosum *Hoffmann. Flor. Altorff.* Medica pratensis lutea, radice perenni, fructu racemoso nigro, non grata jumento *Volck.* floret Majo & Junio in pratis.

Kleiner Stein- und Honig-Klee blühet fast den gantzen Sommer durch auf den Wiesen, hat eine kurtze aber dicht an einander sitzende Aehre oder Häuptlein, daher es auch Trauben-Klee könnte genennet werden. Das Vieh aber frisst es nicht gern.

MELILOTUS COERULEA SEU TRIFOLIUM ODORATUM, Trefle odorifere, Siebengezeit. Siehe die 718. Kupffer-Platte. l. f.

Melilotus major odorata violacea. *Boerhave* 7. Lotus hortensis odora. C. B. P. 331. Lotus sativa, odorata, annua, flore cœruleo. J. B. 2. 368. Lotus urbana. *Hort. Eyst.* Trifolium odoratum alterum *Dodon.* Melilotus flore cœruleo *Rivini.* Colitur in hortis, floret Junio, propagatur & multiplicatur cum reliquis speciebus per semina veris initio terræ committenda.

Wohlriechender Klee, bey den Schweitzern Schabzüger-Kraut, weil die Schweitzer es zu einer Art Käse Schabzüge genannt gebrauchen. Sieben-Gezeit, Sieben-Geruch, Sieben-Stunden-Kraut, weil sich der Geruch dieses Klee täglich viermahl verändern soll. Man ziehet ihn alle Jahr in den Gärten von frischen Saamen, als wodurch der Melilot oder Stein-Klee überhaupt nur kan vermehret werden, welches zu Anfang des Frühlings und zwar im wachsenden Mond des Aprils zu geschehen pfleget.

Usus Medicus.

Herba Meliloti vulgaris seu officinarum Germaniæ cum floribus luteis recepta calida & temperatè sicca primo gradu, efficacissimum Oleum & Sal essentiale secum vehit, seu vires habet ex Sale volatili incisivo blandè in fibras corporis sese insinuante, unde dolores mitigat, discutit, duros tumores digerit & emollit, oculis rubicundis convenit, & in clysteribus nephriticis & cataplasmatibus paregoricis & decoctis locum habet. Prodest præsertim etiam Lotus hortensis, cui *Dale* 295. virtutem alexipharmacam, anodynam, diureticam ac vulnerariam tribuit, cujus odor etiam satis detegit, sal copiosum volatile adesse, cujus ratione hujus herbæ decoctum hydropi incipienti, pleuritidi, stranguriæ, mensibus obstructis medetur, venenumque intra corpus latens discutit. Meliloti albæ cum vino in nodulo sumptos flores tanquam singulare remedium in fluore mulierum albo commendat *Joh. Michael.* In Oper. Prax. clin. P. I. Cap. 30. p. 245. Notabile est, Melilotum flore violaceo seu cæruleo succum præbere expressione viridem, quo, uti dictum, in Saxonia inferiori & alibi tingi solent Casei colore viridi. Exstat in officinis celebre Emplastrum de Meliloto, uti & interdum aqua destillata.

Das gantze Kraut nebst den Blumen von Melilot oder gemeinen Stein-Klee wird in den Apothecken gebraucht, es ist warm im ersten Grad, und mäßig in trocknen, führet viel kräfftig Oel und wesendlich Saltz, oder es hat ein Sal volatile, das sich sehr angenehm in die Fibras des Leibes einschleichet, dahero lindert es die Schmertzen, zertheilet, erweichet die harte Geschwülste, dienet gegen die rothen Augen, wird zu Clystiren besonders in Stein-Schmertzen gebrauchet, auch zu Träncken und Umschlägen genommen. Besonders aber hat auch der wohlriechende Klee oder Siebengezeit seinen Nutzen, inmassen der Geruch dieser Pflantze sattsam ergiebet, daß viel Sal volatile darinnen stecke, in dessen Betracht auch das Decoctum von diesem Kraut die ansetzende Wassersucht, Seitenstechen, schwehren und schneidenden Harn, verstopffte monathliche Zeit heilet, und das innerhalb des Leibes liegende Gifft zertreibet. Melilot mit der weissen Blüthe soll nach dem Zeugniß des Herrn *D. Michaelis* in dem weissen Fluß der Weiber, wenn sie in Kräuter-Wein genommen wird, besondere Hülffe schaffen. Es wird auch der aus der blauen Melilot ausgepreßte Safft zu Färbung der Käse so wohl in Nieder-Sachsen, als anderer Orten gebraucht. Man hat davon in den Apothecken das so berühmte Meloten-Pflaster, und noch zuweilen das davon gebrennte Wasser.

MELISSA.

MELISSA, Melittera, Apiastrum, μελίσσα, μελισσόφυλλον. *Græc.* Meladella, Cedronella, Allegra cuore. *Ital.* Torongil, hierva cidrera, yerva cidreira. *Hisp.* Melisse. *Gall.* Balm, Baume. *Angl.* Melisse. *Belg.* Hierteus-Fryd. *Dan.* Pezelmk. *Mosc.* Melissá. *Bob.* & *Pol.* Mezganchy. *Hung.* Melisse, Bienen-Kraut, Honig-Kraut, Citron-Melisse. *Germ.*

CHARACTER. Melissa pertinet ad Plantas, quæ flore sunt irregulari, monopetalo, barbato & galeato simul, barba tripartita, galea integra, & semina ferunt quaterna, nuda, lævia. *Rivinus.* Seu Melissa est Plantæ genus, flore monopetalo, labiato, cujus labium superius surrectum est, subrotundum, bifidum, inferius vero tripartitum. Ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embrionibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina subrotunda, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita. *Tournef.* 193. *Linnæus* 479. Melissa ex radice oblique per terram acta, lignosa, multifida, terete, fibrosa & perenni emittit Caules cubitales & altiores, quadratos, læves ferè & nitidos, in plures alas ex adverso sitos, divisos, solidos, duros. Folia è geniculis oriuntur opposita pediculis uncialibus appensa, Calaminthæ æmula, cum splendore atrovirentia, brevi lanugine hirsuta, per ambitum serrata, odore Citri, sapore acriusculo. Ex eorum vero alis flores emicant, quorum calix longus, quinque fidus, tubulosus, tribus segmentis majoribus & binis inferioribus sic unitis, ut bilabiatus appareat. Flores non omnino verticillati, sed autore *Rivino* semiverticillati, plerumque seni, in utroque latere terni. Semina sunt nuda, quaterna in perianthio aperto latitantia. *Volck. Boerh.* I. 167. C. B. P. 229. *Chabr.* 417. *Rajus* 570. Colitur vulgo & passim in hortis, & floret æstate. In silvis tamen, montibus, ac aliis neglectis locis sponte etiam nascitur.

Melisse gehöret zu den jenigen Pflantzen, welche eine vollkommene, einzele, irregulaire Blume tragen mit unbedeckten vierkörnigten, und glatten Saamen. Die Blume aber hat einen dreyfachen Bart, und zertheilten Helm. Es schiebet die Melisse aus einer schieff in der Erde gehenden holtzigen, vielgetheilten, runden, fäserigten, und fortwährenden Wurtzel, Ellen hohe und noch höhere Stengel, welche viereckigt, glatt und fast gläntzend, und in viele, allemahl zwey und zwey gegen einander stehende Aestlein zertheilet, fest und hart sind. Aus den Gleichen kommen die zwey und zwey gegen einander stehende Blätter an ziemlichen Stielen, sehen fast aus als an der Acker-Müntze, schwartz-gläntzend grün, mit kleinen kurtzen Haaren besetzet, am Rande ausgezackt, von Geruch als wie Citronen, von Geschmack etwas scharff. Zwischen denselben aber kommen die Blumen, deren Kelch lang, fünffmahl gespalten, röhrigt, und so getheilet sind, daß die drey grossen oberen Stücke, und zwey untere nur zwey Leffzen auszumachen scheinen. Die Blumen hängen mehr auf eine Seite, und machen keinen vollkommenen Würbel aus, mehrentheils sechs, an beyden Seiten drey. Nach vergangener Blüthe folgen vier Saamen-Körner, die bloß in dem kleinern Kelche liegen.

NOTA. Melissam dixerunt à voce Græca μέλι Mel, quod apes mellificantes ea quam maxime delectantur, quare etiam *Plinius* primo loco Apiastrum seu Melissam seri jubet. Melissa alia est hortensis, alia sylvestris, alia peregrina alia vulgaris, datur etiam varietas in floribus atque foliis: sunt enim flore vel albo, vel rubro vel carneo. Folia sunt vel nigricantiora, vel hilariora; quoad odorem, alia est odoratior, alia graveolentior; differt à Mentha florum positu. *Knauth.* 98. Melissa observante *Rivino* id peculiare habet, quod flores, non aliter ac in Satureja sativa, saltem ad unum latus inclinent, ita ut non immerito semiverticillata dici queat. His adde odorem citratum & flores ab initio luteos sed maturitate candidos, tum sane vix quisquam erit, qui non discernere Melissam possit ab omnibus verticillatis.

Melissen werden also von den Honig sammlenden Bienen genennet, welche an diesem Kraut am liebsten saugen, daher es auch einiger Orten Honigsaug heisset, und *Plinius* will, man soll es den Bienen zum besten am ersten säen. Es findet sich erstlich die wilde und Garten-Melisse, hiernächst ist mancherley Unterschied in den Blumen und Blättern, jene sind entweder weiß, roth, oder Fleisch-färbig, diese sind entweder heller oder dunckler grün, auch dem Geruch nach riechet eine lieblicher, eine andere stincket fast. Es ist die Melisse wohl leicht dadurch zu erkennen, daß ihre Blumen nicht gantz um den Stengel gehen, und den Citron-Geruch haben.

MELIS-

MELISSA ROMANA HIRSUTA, Melisse, Bienensaug. Siehe die 719. Kupffer-Platte. l. a.

Melissa Romana molliter hirsuta & graviter olens *Tournef.* 193. Melissa Romana hirsutior. Melissa, foliis Galeopsis. *Boerh.* I. 167. Melissa silvestris hirsutior minus odorata. *Rajus* 571. Floret in hortis curiosorum Julio, sponte oritur in Hetruria circa Liburnum, perennat. *Hort. Trebn.* 98. *Bosianus* 72.

MELISSA MOLDAVICA SALICIS FOLIO, Sommer-Melisse. Siehe die 719. Kupffer-Platte. l. b.

Melissa peregrina folio oblongo C. B. P. 229. Melissa Moldavica flore cœruleo, Melissa Turcica multis dicta Melissophyllon Turcicum. Cedronella Turcica Moldavica *Tournef.* 184. Floret Julio in hortis, sponte luxuriat in Moldavicis oris. Annua.

Cedronella refertur quidem ab omnibus ad Melissam diciturque Moldavica vel Turcica propter natale solum, unde ad nos translata fuit. Si quis vero flores Melissæ novit, ei non obscurum esse potest discrimen inter Melissam veram & Cedronellam hanc. Nimirum odor est, cujus gratia eadem Melissæ adscribebatur; atque ideo non displicet *Gesneri* nomen, qui Cedronellam vel Citraginem Turcicam nominavit, propter odorem citratum, quem cum Melissa communem habet. *Rivinus.*

Moldavica itaque vel Cedronella pertinet ad Plantas, quæ flore sunt irregulari, monopetalo, barbato & galeato simul, barba quadripartita, galea divisa, & semina ferunt quaterna nuda, lævia, nigricantia, oblongiuscula, triangulata, in apice hilo albo notato: Folia sunt longa, angusta, crenata *Volckamer.* 93. *Tournef.* 184. *Boerhaave* l. 168. *Linnæus* 481.

Diese Türckische oder Moldauische Melisse ist allerdings der Blume und anderer Umstände wegen von der gemeinen Melisse unterschieden; Sie gehöret zu denen Pflantzen mit einer irregulairen, einblätterigen, bärtigen und gehelmten Blume, daran der Bart viermahl getheilet, der Helm aber gespalten ist; Nach der Blume folgen vier, blosse, glatte, schwärtzlichte, länglichte, dreyeckigte Saamen-Körner, die einen Flecken haben: Die Blätter daran sind lang, und schmahl. Es wächst diese Melisse wild in der Moldau, wird aber bey uns in den Gärten erzieht, blühet im Julio, wächst jährlich von neuen, und giebt einen sehr lieblichen Geruch.

MELISSA TURCICA SEU CEDRONELLA FLORE ALBO, Türckische Melisse mit weisser Blume. Siehe die 719. Kupffer-Platte. l. c.

MELISSA MOLDAVICA SEU TURCICA FLORE PURPUREO, Türckische Melisse mit purpurfärbiger Blume. Siehe die 719. Kupffer-Platte. l. d.

MELLISSA MOLDAVICA FOLIIS PICTIS, Türckische Melisse mit bunten Blättern. Siehe die 720. Kupffer-Platte. l. a.

MELISSA MOLUCCANA FOETIDA ASPERIOR, Syrische Melisse. Siehe die 720. Kupffer-Platte. l. b.

Molucca spinosa *Dod. Pempt.* 92. Melissa Moluccana fœtida C. B. P. 229. Molucca asperior, Syriaca, & Masculc Turcarum *Lob. Boerh.* I. 173. Stinckende Melisse von Molucko. Elßholtz. *Annua.* H. Bosianus 128. *Trebniz.* 101. Floret Junio.

MELISSA MOLUCCANA LÆVIS ODORATA, wohlriechende Melisse von Molucko. Siehe die 720. Kupffer-Platte. l. c.

Molucca lævis *Dod.* 92. Melissa Moluccana odorata. C. B. P. 229. Molucca. J. B. 3. p. 2. 234. Molucca Syriaca lævis: *Boerh.* I. 173. Floret Junio & Julio in hortis, quotannis cum antecedente serenda. *Hort.* Walth. 153. *Trebniz.* 107. *Bosianus* 128. *Carolsruhanus* 118. *Volckamerus* voce Molucca.

CHARACTER. Molucca seu Melissa Moluccana est Plantæ genus flore monopetalo labiato, cujus labium superius cochlearis ad instar est excavatum, inferius vero tripartitum. Ex calice autem surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus stipatum, qui deinde abeunt in totidem semina angulata, in capsula campaniformi, quæ floris calix fuit, recondita. *Tournef.* 187. Molucca omnino ad verticillatas pertinet, quæ acetabulis sunt prædita, calix enim amplissimus, expansus, campaniformis, quasi membranaceus est. *Boerhav.* I. 173. *Linnæus* 489. Calix hicce in aliis dentibus longis, spinæformibus, in aliis vix conspicuis instruitur, cujus magnitudo maxime essentialis est. *Knauth.* 100. Molucca inter omnes verticillatas excellit amplitudine Perianthii, quod ob notabilem capacitatem acetabulum dicitur: *Rivinus. Chabr.* 417. *Rajus* 568.

Diese beyden Gattungen der Molluckischen Melisse sind allerdings nach der Blumen Gestalt von der gemeinen Melisse unterschieden. Sie schieben aus einer holtzigten, und zaserigten Wurtzel, starcke, bey nahe viereckigte, anderthalb Fuß hohe Stengel. Die Blätter gleichen den Melissen, sind aber starck eingekerbt, riechen angenehm, und schmecken bitter. Die Blume ist irregulair, einblätterig, hat einen Bart und Helm, diese ist als ein Löffel ausgehöhlet, jene aber untenher drey oder viermahl getheilet. Der Kelch ist

das

das ansehnlichste daran, der als ein offenes, Klockenförmigtes, weites Schüßelgen ausstehet. Nach jeder Blume folgen vier blosse dreyeckigte Saamen-Körner, die in dem weiten Kelche fast offen liegen. Der Unterscheid beyder angeführten Gattungen bestehet in dem Kelch, der bey der einen lange Zähne oder Dornen hat, in der andern dieselbe kaum zum Vorschein kommen. Es ist diß Gewächs entweder aus den Molucktischen Insuln gekommen, oder wie andere wollen, aus Syrien unter diesem Nahmen nur eingeschicket worden. Es ist eine jährige Pflantze, und blühet im Junio und Julio, wird jährlich aus dem Saamen erzogen.

MELISSOPHYLLON, Wald-Melissen. Siehe die 720. Kupffer-Platte. l. d.

Melissophyllum *Rivini*. Melissa humilis, latifolia, maximo flore, purpurascente. *Tournef.* 193. Melissa *Tragi*. Lamium montanum Melissæ folio C. B. P. 231. Melissa adulterina quorundam amplis foliis & floribus non grati odoris J. B. 3. p. 2. 233. Melissa montana seu sylvestris. *Ammann.* 472. Lamium Pannonicum *Clusii* flore versicolore. Floret Junio & Julio in silvis in altioribus montibus. *Rupp.* 187. *Volck. Boerh.* I. 167.

NOTA. Melissophyllum nihil commune cum Melissa officinarum habet præter odorem nonnihil citratum. Quoniam vero à *Fuchsio* aliisque id genus Melissophylli pro genuino habetur, itaque ad differentiam Melissæ officinarum dici Melissophyllon potest, cum non necesse sit, ut Melissam credamus eandem cum Melissophyllo. *Rivinus* p. 9. Nota generica subalterna, qua planta hæc ab aliis verticillatis *Labio* gemino integro præditis differt, consistit in florum numero & situ. Flores enim ex singulis foliorum alis terni & quaterni prodeunt, omnes antrorsum spectantes & dependentes, adeoque planta rarius verticillata dicitur. Solus itaque modus florendi Melissophyllum à Lamio & Melissa segregat. *Knauth.* 94. *Volckamerus* 286. *Linnæus* Melitis 480.

Es ist zwischen der Melisse und der Wald-Melisse viel Unterscheid wegen der Blume und der Art zu blühen, welches *Linnæus* am allergenauesten angemercket. Man findet aber die Wald-Melissen auf hohen Bergen und in Wäldern in Junio und Julio blühen. Die Wurtzel bleibt, das Kraut und Blume wachsen jährlich.

Cultura.

Die ordentliche Melisse und auch die Wald-Melisse zeuget man durch Zerreissung der Stämme, und auch durch den Saamen, welchen man im April säen und abreissen kan. Die Türckische und Molucktische Melisse bleibet nur ein Jahr, man ziehet die jungen Pflantzen davon auf dem Mist-Bette. Wenn die jungen Pflantzen im Junio oder May etwas in die Höhe kommen, und etwan einer Quer-Hand hoch gewachsen, kan man sie gegen den vollen Mond, und nach einen gefallenen Regen entweder in die Garten-Bethe hin und wieder, oder auch in Geschirre und Töpffe versetzen, sie zur rechten Zeit begiessen, und vor Unkraut rein halten.

Usus Medicus.

Herba cum floribus Melissæ vulgaris calida secundo & sicca primo gradu efficacissimi Olei volatilis aromaticique Salis multum habet, ususque magni est in affectibus cephalicis, cardiacis, uterinis, hinc & in stomachicis, adeoque in Melancholia, in somnis turbulentis, Paralysi, Apoplexia, Epilepsia, Vertigine, Lipothymia, cruditate ventriculi, remoratis mensibus ac Lochiis puerperarum, suffocationeque uteri, emendatque fœtorem anhelitus. *Schræder.* Virtute quoque excellit carminativa; commendatur cum fructu in fluore albo mulierum, restagnatione sanguinis hæmorrhoidalis, aliisque ex motus tonici debilitato robore emergentibus noxis. Externus etiam ejus usus est in balneis, cataplasmatibus, in ictibus venenatis apum & vesparum, pediluviis, fotibus, clysteribus, sacculis cephalicis & cordialibus, folia etiam in infuso & vino medicato ad purificandum sanguinem adhiberi possunt; quam maxime observatum est, Melissam abigere Melancholiam ex malo hypochondriaco ortam. Exstat in officinis 1) Aqua Melissæ cum & sine vino 2) Oleum Melissæ destillatum 3) Spiritus Melissæ, & nonnunquam etiam Conserva, Essentia, Extractum, Salia, quibus autem vix amplius uti solemus.

Melissen-Kraut ist warm im andern und trocken im ersten Grad, es enthält viel kräfftig Oel und flüchtiges aromatisches Saltz, dahero es unter die vortrefflichste Mittel für das Haupt, Hertze, und Mutter gerechnet wird. Folglich dienet es auch den Magen zu stärcken, in der Melancholey, gegen unruhige Träume, Schlag, Lähmungen schwehre Noth, Schwindel, Ohnmacht, verdorbenen Magen, bey ausbleibender monathlicher Zeit, zu Reinigung der Kindbetterinen, in Mutter-Erstickung; es verbessert auch den stinckenden Athem. Ferner treibet es sehr wohl die Blähungen, dienet im weissen

Fluß,

Fluß, und Verhaltung der göldnen Ader ꝛc. Aeusserlich braucht man das Kraut zu Bädern, Clystiren, Haupt- und Hertz-Kissen, zu Umschlägen, gegen die Stiche der Bienen und Wespen. Man kan die Melissen-Blätter auch als Thée anbrühen und trincken, oder zum Kräuter-Wein gebrauchen, welche eine Geblüths-Reinigung sind. Vornehmlich hat man angemerckt, daß der rechte Gebrauch des Melissen-Krauts die Melancholey, wann sie aus dem Malo hypochondriaco entstanden, vertreibe. Man hat in den Apothecken Melissen-Wasser, destillirtes Melissen-Oel, und Melissen-Geist. Es kan aus den Melissen ein Zucker, Extract, Essentz, und Saltz bereitet werden, welche man aber meistentheils schwehrlich mehr gebraucht.

Usus Domesticus.

Daß die Bienen sehr gerne sich auf Melissen und Thimian setzen, ist bekannt, daher sie die Haus-Wirthe gerne nicht weit von den Bienen-Stöcken pflantzen. Ferner pflegen es die Haus-Mütter fleißig im Hause zu haben, weil für die Mutter-Zustände von ihnen nichts trefflicher gehalten wird. Drittens ist das bekannte L'eau des Carmes Carmeliter-Wasser vieler Orten gebräuchlich, von dessen eigendlichen Wehrt oder Unwehrt wir unser Urtheil suspendiren: In der Küche hat die Melisse fast keinen andern Nutzen, als daß die zarten Blätter mit unter andere Salat-Kräuter vermenget werden; dem Getränck aber giebt sie beydes eine Anmuth und zugleich eine Blut-reinigende Krafft.

MELO.

MELO, Pepo, Melopepo, *πέπων. Græc.* Melone. *Ital.* Melon. *Hisp.* & *Gall.* & *Angl.* Meloenen. *Belg.* Måloni. *Pol.* Dûne Amelauny. *Bohem.* Melonen, Pfeben. *Germ.*

CHARACTER. Melo pertinet ad Plantas flore regulari monopetalo seminibus tectis bacca polypyrena. *Ruppius* 41. Est autem plantæ genus floribus monopetalis, companiformibus, patentibus, multifidis, Cucumeris flores omnino referentibus: ex iis autem alii steriles sunt, nulli embryoni adhærescentes, alii vero fœcundi, insidentes embryoni, qui deinde abit in fructum utplurimum ovatum, glabrum aut rugosum, in terna loculamenta divisum, quæ bifariam secari videntur, seminibus fœtum oblongis. *Tournefort.* 104. *Boerh.* II. 77. *Linnæus* 737. C. B. P. 310. Sarmentosis asperisque & longis caulibus per terram se spargit: foliis asperis, angulosis, sed minus quam Cucumerum, quorum respectu rotunda dici possunt, quibus magnitudine videntur cedere, è quorum sinu flores emicant lutei, Cucumerinis similes, floribus Pomorum amoris pares, imo majores, indidem plures, una cum intortis capreolis, quos excipiunt fructus ventricosi, varia figura, majores & minores, torosi & caniculati, in superficie aliquas velut à tineis corrosas semitas reticulatas habentes, colore virente cinereo & flavescente, cortice duriore quam Cucumeris. Caro subest per maturitatem coloris Melini, mucilaginosa, humida, defluens ubi nimium matura, sapore suavi, moschum subinde redolens aut saccharum resapiens. Meditullium occupat mucilaginosa quædam substantia, cui immerguntur semina, strobilis quodammodo similia, minora, candida, sapida, numerosa. Floret Julio in hortis, in quibus summo studio colitur. *Ckabr.* 134. *Rajus* 644. *Volckamerus.*

Melonen gehören zu denen Pflantzen, welche eine vollkommne, eintzele, regulaire, einblätterige, Klockenförmige Blume tragen mit bedeckten Saamen in einem grossen, weichen Behältniß. Es haben aber die Melonen lange, rauche Rancken oder Stengel. Die Blätter sind rauch, winckeligt, doch nicht so wie an den Cucumern, denn in Vergleich mit diesen können sie vielmehr rund genannt werden, sie sind auch viel kleiner als an jenen. Die Blüthe ist gelb, der Cucumern-Blüthe gleich, oder so groß als an den Liebs-Aepffeln; sehr viele zusammen, wovon einige fruchtbahr, andere aber unfruchtbahr sind. Die Früchte sind alle bauchigt, von mancherley Gestalt, grosse und kleine, mit Rinnen und Streiffen, obenher mit Netzen, Rinnen und Schmarren, als wenn sie angefressen wären; sie sind mit einer ziemlich harten und dicken, grünen aschfärbigen, gelblichten Schale überzogen. Das Fleisch ist zart, körnigt, feucht und schleimicht, gelblicht, oder röthlicht, süß und sehr lieblich von Geruch und Geschmack, zerfliesset aber, wenn es gar zu reiff wird. Diese Frucht ist in drey Haupt-Fächer eingetheilet, welche wieder andere Eintheilungen haben, in welchen eine grosse Menge schier oval-runder, breitlichter, weisser Kerne liegen, die inwendig

weiß, öligt, und schmackhafft sind. Melonen blühen im Julio (oder auch zeitiger) und werden mit grossen Fleiß in den Gärten gebauet. In Ungarn wachsen sie fast wild, und werden daselbst wenig geachtet, bloß die Wein-Melonen speiset man; Italien aber scheinet der Melonen eigendliches Vaterland zu seyn.

NOTA. Melones quasi μῆλωνες i. e. pomeos à Malorum figura vel ab odore appellavit *Palladius*. Differunt Melones à Peponibus & Melo Peponibus fructuum, & seminis figura. Distinguuntur ratione odoris & saporis in Moschatellinos, & Saccharinos, nec non ratione loci atque temporis.

MELO VULGARIS, Melon, Pfeben. Siehe die 721. Kupffer-Platte. l. a.

C. B. P. 310. J. B. 2. 242. M. H. 2. 29. Melopepo, Cucumis Galeni *Dod.*

MELO PYRIFORMIS MACULOSUS, Birnförmige, fleckigte Melone. Siehe die 721. Kupffer-Platte. l. b.

Insignes dantur Melonum varietates, quoad figuram, odorem, saporem, colorem discreta. *Volck.*

Es sind von der gemeinen Melon mancherley Arten als 1) nach der Form länglichte, rundlichte, platte, wie Aepffel oder Birne gestaltet. 2) Nach der Grösse, gar grosse, mittelmäßige, kleine. 3) Der Rinde nach glatte, rauhe, streiffichte, knoberichte. 4) Der Farbe nach grüne, gelbe, aschfarbe, bunte. 5) Dem Fleisch nach weisse, gelbe, röthlichte, wie auch süsse, Bisamrtechende, wässerige. 6) Der Jahr-Zeit nach, frühe, oder späte. 7) Dem Vaterlande nach, Welsche, Spanische, Frantzösische ꝛc. Elßholtz 288.

MELO RETICULATUS MAJOR ANGULOSUS VIRIDIS. Siehe die 722. Kupffer-Platte. l. a.

MELO RETICULATUS MINOR ET ROTUNDIOR. Siehe die 722. Kupffer-Platte. l. b.

MELO VIRIDIS STRIATUS ET MACULOSUS. Siehe die 723. Kupffer-Platte. l. a.

MELO PEPO CROCEUS, Melone. Siehe die 723. Kupffer-Platte. l. b.

MELO PEPO CORTICE OBSCURE VIRESCENTE. Siehe die 723. Kupffer-Platte. l. c.

NOTA. MELONI sunt semina compressa, acuminata utrinque, Cucumerinis similia, pericarpio carnoso majori, quandoque etiam minori inclusa. Peponi autem sunt semina rhomboidea, linea alba elatiori in ambitu cincta, pericarpio carnoso vel majori vel minori mox rotundo mox oblongo, inclusa. Melo Pepo differt à cæteris Cucurbitaceis fructu subrotundo, carnoso, striato, angulato, in quinque partes secto, seminibus fœto compressis, placentæ spongiosæ affixis. *Tournefort.* 106. *Boerh.* II. 78. 79. *Volckamerus. Knauth.* 64.

Die neueren Botanici unterscheiden Melonen, Pfeben, und Melon-Pfeben durch die Gestalt der Früchte und des Saamens von einander, ob sie gleich in den mehresten Stücken sonst einerley Art sind. Melonen haben flachen an beyden Seiten spitzigen Saamen, so wie die Cucumern. Pfeben sind rundlichter und mit einer weissen erhabenen Linie oder Ringung eingefasset. Melo Pepo oder Pfeben-Melonen unterscheidet sich durch die fast runde, fleischigte, gestreiffte, winckeligte, in fünff Theile getheilete Frucht.

Cultura.

(Notabel sind, schreibet Meister p. 81. sind ihre grosse und breite Blätter, welche von der rechten grossen, unter zwey biß dreyen dieser Feigen-Blätter die Indianer-Könige statt eines Himmels oder Sonnen-Schirmes, Taffel halten können: welches ich ohne allzufreye Feder sage, daß die, so in einem guten feuchten Lande wachsen, ein Blat sechs bis sieben Ellen lang und zwey Ellen breit ist) Zwischen diesen Blättern wächst ein starcker, drey oder vier Finger dicker, und wohl Ellen langer Stiel, und an demselben die Blüthen, aus welchen nach und nach die Frucht hervorkommet. Diese wird von den Portugiesen Figa, von den Niederländern aber insgemein Pisangh genannt, haben die Gestalt eines Tannen-Zapffens oder Fichten-Apffels, sehen Anfangs grün, wenn sie aber mit dem Stiel, an welchen je zuweilen 100. auch 200. solcher Pisang hangen, vom Stamm abgehauen, und etliche Tage hingeleget werden, so bekommen sie gelbe Farbe; der Geschmack ist gar lieblich und süsse, es läst sich die Frucht, wann die Schaale davon gescheelet ist, mit der Zunge zerdrücken, und können dahin Leute von hohen Alter, ob sie gleich keinen Zahn im Munde haben, dieselbe geniessen, und dienet kräfftig in Obstructionibus. Es trägt aber dieser Baum, wie Meister p. 87. schreibet, mehr nicht als einmahl Frucht, und dauret ungefehr ein Jahr, alsdann verfaulet er, jedoch aus seiner Wurtzel kommen zwey oder drey junge herfür, also wachsen sie fort ungepflantzet, Winter und Sommer, in Regen und dürrer Zeit.

NOTA. Optimam Musæ descriptionem dedit *Oviedus* nomine improprio, *Platanum* appellans, quam *Clusius* Pl. Exot. Hist. Libr. II. c. X. p. 230. excerpsit. Fructus in diversas species distinguunt Lusitani, Cenorios, Chiniapannes & Inninga dictos. Varias autem esse Musæ species & differentias & varia etiam nomina, ex Horto Malabarico constare potest. Legitimum nomen apud Arabes & Persas est *Mous* aut Amusa, arboris vero *Daracht Mous*. *Clusius* 281.

Der gelehrte Ludolff hält davor, daß diß Gewächs die Dudaim sey, wovon *Genes.* XXX. 14. 15. 16. und Cant. VII. 13. geredet wird. Die Portugiesen, ingleichen die Christen in Syrien stehen in der wunderlichen Meynung, als ob diese Frucht Pysang die jenige, wovon unsere erste Eltern genaschet hätten, gewesen sey, weil man sie in der Heyden Landen Paradieß-Aepffel heisset, daher sie die Frucht Adams-Aepffel oder Adams-Feigen nennen. Der oberwehnte Meister schreibt p. 81. Nach meiner Meynung wollte vielmehr sagen, daß diese Feigen eine grosse Art der Wein-Trauben sey, welche der Kundschaffter des gelobten Landes als ein frohes Zeichen, in das Lager auf einer Stange getragen brachte, weil sie Trauben weiß an einem Stiel ineinander gewachsen seyn. (Allein nach obiger Beschreibung wurden zween Männer unmöglich solche Traube haben tragen können) Zu verwundern aber ist, daß die Natur auch an dieser Frucht, also schreibt Vogel l. c. p. 198. ein Bild und Zeugniß des Leidens und Sterbens unsers Heylandes und Seeligmachers JEsu Christi blicken lässet, denn wann man dieselbe mit einen Messer gleich, nicht aber der Länge nach, durchschneidet, so präsentirt sich in selbiger ein recht Crucifix, an welchen ein menschlich Bildniß hanget? Es leiden daher die Portugiesen an ihren Orten, wo sie die Jurisdiction haben, nicht, daß man solche Frucht mit den Messer durchschneiden solle, weil sie es für Sünde halten. Eben dieses bestättiget auch Meister und andere. (Vermuthlich ist hiebey die Einbildungs-Krafft sehr lebhafft, weil so wenig in unserer Figur als bey dem Englischen sehr deutlich gezeichneten Kupffer dergleichen wahr zu nehmen ist.)

Usus Medicus & Domesticus.

De facultatibus Musæ ejusque usu medico jam veteres dissensere Medici. *Serapio* ex aliorum autoritate Musam in fine primi calefacientium & humectantium ordinis esse asserit, & utilem esse adversus pectoris & pulmonum ardores, eisque, qui liberalius hac vescuntur, stomachum prægravari: augere tamen fœtum in utero, renibus opitulari, urinas ciere, & venerem exstimulare. Præscribunt Medici Indi hunc fructum in febribus aliisque morbis. *Clusius* l. c. p. 230. *Dale Supplem.* 265. Nonnulli interiora, tenerioraque, antequam explicentur folia, florumque thyrsum, pipere, Zingibere recenti, allio, sale & aceto condiunt, & capparum modo edunt. Folia vero quoniam amplissima, mollia, frigidaque sunt, substernere ad accumbendum in æstu solent, & ambustis nonnunquam imponunt *Clusius* p. 283. Arbor ipsa cum fructibus vehementer ab Elephantis expetitur, & truncus amputatus in domesticorum Elephantorum pabulum cedit.

Man schreibt nach Meisters Bericht diesen Indianischen Feigen viel Virtutes zu. Sie sollen gut seyn für Hitze der Brust, treiben den Urin ab; die Indianischen Medici ordnen sie auch wieder das Fieber; dem Pisang oder Figos de Cores von den Por-

Portugieſen genannt, welche eine beſondere Art von Kernen iſt, dieſe ſind gut, gleichwie jene, ſo man ihrer zu viel iſſet, und darauf trincket, den Durchfall zu erwecken, dieſe aber haben die Natur, wie die Granat-Aepffel, daß ſie ſtopffen; andere ſagen, daß ſie ſollen die Veneriſchen Lüſte erwecken. Die Blätter inſonderheit, die oben im Gipffel, ſind ſehr zart, und einer Seiden, oder andern dünnen Leinwand gleich, werden von den Indianern abgeſchnitten, auf warmen Sand an die Sonne geleget, und getrucknet, darnach in Stücke, jedes etwan ein Octav-Blat groß, zerſchnitten, darein Taback gerollet, und alſo an ſtatt der Tabacks-Pfeiffen gebraucht. Dieſe mit Taback gefüllte und zuſammen gerollte Blätter nennen die Indianer Bongos, (oder Buncas) und wird man wenig Indianiſche Frauenzimmer finden, daß nicht eine Perſon dergleichen Bongos täglich ein dutzend oder Mandel conſumiren ſollte. Die Elephanten freſſen die Früchte ſamt den Stämmen ſehr gerne, und laſſen, wo ſie ſolche finden, wenig davon ſtehen. Vogel p. 199. Weil die Blätter ſehr breit, weich und kalt ſind, werden getrocknet, und ſchlaffen die Indianer darauf. Andere machen auch den Blumen-Stengel mit Imber und Pfeffer ein, und eſſen ſie als Cappern.

MUSCUS.

MUSCUS. *βρύον, σφάγνον, ὕπνον. Græc.* Moſco, Musgo. *Ital.* Muſco. *Hiſp.* Mouſſe, Uſnée. *Gall.* Moſſe. *Angl.* Mosh. *Belg.* Muß. *Dan.* Moch. *Moſc.* Mech. *Pol.* Somanos. *Lith.* Mech. o Krechen. *Bob.* Mooß. *Germ.*

CHARACTER. Muſcus pertinet ad Plantas flore carentes, vel ſaltem flore minus conſpicuo *Rupp.* 283. ſeu Muſcus eſt Plantæ genus, floribus carens, foliis vero formæ ſingularis. *Tournef.* 551. quam definitionem *Dillenius Nov. Pl. Gen.* p. 77. frigidam appellat. Eſt autem illi, Muſcus Plantæ genus ſemine prorſus carens, floris vero loco in plerisque Muſcis cernuntur capitula, farinam floridam continentia, cujus beneficio folia extrema germinandi & ſe propagandi facultatem acquirere videntur, cui eximie favent ramuli & folia perennantia, atque humore quovis reviviſcentia. *Boerhaavii* Characteres Muſci ſunt: Radiculæ tenues, capillaceæ, ſæpe Paraſiticæ. Foliola multa, tenella, absque ordine, cauliculis circum poſita. Flores vix unquam apparent, niſi una fortè ab aliis diſtincta valde ſpecie. In fine pedunculi fructus, qui conſtat vaſculo oblongo, cylindriaco, vel quadrangulo, tecto operculo conico, per maturitatem deciduo, intra vaſculum ſemina multa, minutiſſima l. 19.

Mooß iſt ein Gewächs, welches zu den Pflantzen gehöret, die keine, wenigſtens keine kennbahre Blume haben, und woran die Blätter gantz beſonders ſind; an ſtatt der Blumen aber finden ſich bey den mehreſten Gattungen von Mooß kleine Häuptel, die ein grünes Mehl in ſich faſſen, wodurch das Aeuſſerſte der Blätter die Krafft ſich zu vermehren und zu verbreiten ſcheinet empfangen zu haben, welcher Meynung ſehr zu ſtatten kommt, daß die Aeſtlein und Blätter beſtändig bleiben, und durch jegliche Feuchtigkeit wieder aufleben. Der berühmte *D. Boerhave* giebt folgende Stücke an: die Wurtzeln ſind zart, haarigt, und offt als die Pflantzen, welche Paraſiticæ genennet werden; die ſich nemlich an andere anhängen, und davon ihren Nahrungs-Safft ziehen, z. E. die Cuſcuta. Es hat viele, zarte ohne Ordnung an den Stengelgen ſtehende Blätterlein. Die Blumen erſcheinen kaum jemahlen, wo nicht bloß bey einer Gattung, die von andern ſehr unterſchieden iſt. An dem Gipffel des Stielgens kommt die Frucht, welche aus einem länglichten, Waltzen-förmigen oder viereckigten Gefäßlein beſtehet, mit einen als ein Kegel geſtalteten Deckel, der, wenn er reiff iſt, abfällt. Innerhalb dieſes Saamen-Gefäßgens ſind viele, und ungemein kleine, ja als der ſubtileſte Staub ausſehende Saamen-Körner.

Diviſio. Optimum omnino ordinem iniiſſe videtur *Cel. Dillenius* in Catalogo Plantarum circa Giſſam ſponte naſcentium p. 210. ff. breviter autem in novis Plantarum generibus p. 77. ſic habet: Duo ſunt, ut Fungorum etiam, *Muſcorum* ſuperiora genera, quorum alterum capitulis floridis deſtitutum eſt, alterum vero iis gaudet. Priores vel Peltis & tuberculis donantur, vel iis carent; Poſteriores vel capitulis ſunt durioribus vel mollioribus, hinc vel nudis prorſus, vel membranis ſeu capſulis incluſis &c. (Hunc quidem ordinem, prout viri docti monuere, libenter ſequeremur, ſi res nobis eſſet integra, jubemur enim ad tabulas reſpice-

re æneas, & methodum imitari alphabetariam, claſſiumque & nominum ſemel à Collectore conſtitutorum habere rationem, quod ſemel monere voluimus.) *Ruppius* in Flora Jenenſi p. 283. Muſcos melioris diſtinctionis gratia in apocarpas (h. e. petiolis verſus capitula deſtitutos ſive quorum capitula nullis petiolis inſident; à particula privativa Græcorum α, & voce Græca πὲς pes & καρπος fructus, quaſi dicas fructum gignens, ſeu gerens ſine pediculo) & pediculis donatos dirimit. Hos vero poſteriores in terreſtres repentes & erectos ſeu Polytricha dictos diviſit. Dividitur præterea à loco & ſubjecto, cui inſidet, in arboreum, terreſtrem & ſaxatilem. Infinitæ autem præterea ſunt Muſcorum differentiæ & ſpecies. Optandum foret, ſcribit celeb. *Buxbaumius*, cujus inopinatam mortem acerbe lugemus, ut omnes Plantarum periti Muſcos diligenter conferant & examinent, ego enim credo, plusquam dimidiam partem in catalogis Plantarum recenſitarum eſſe fictam & ſolum varietates, mirum enim quam pro diverſo anni tempore & loco natali varient: *Centuria* I. p. 42.

Der berühmte *Dillenius* hat auſſer Streit die allerbeſte Ordnung und Claſſification deß Moos gemachet. Die beyden Haupt-Geſchlechte ſind der Mooß, der keine grüne Häuptlein hat, und der damit verſehen iſt. *Ruppius* machet zwo Claſſen, in die erſte ſetzet er den Mooß, der keinen Stengel und Früchte hat, und in die andere, welcher Stengel träget. Sonſt theilet man den Mooß nach den jenigen Stücken ein, woran er wächſet, und ſo iſt ein Baum-Erd-Stein-Mooß. Von dieſen ſind noch unzählbahr viele Veränderungen, nach des neulich zu Petersburg abgelebten berühmten Herrn Burbaums Rath ſoll man dieſe viele Gattungen zuſammen halten und unterſuchen, ſo würde ſich finden, daß die Zahl ſich verringern müſte, weil nicht zu ſagen, wie ſehr ſich der Mooß nach der Jahrs-Zeit und nach ſeinem Platz ändere.

Origo. De vegetatione atque ortu Muſcorum varii generis variæ quidem circum feruntur eruditorum opiniones. Nos de Muſcis ita ſentimus, inquit D. *Dillenius* N. P. G. p. 77. Quod hic ſit primus gradus, quo ſe Natura vegetabilis oſtendat, & ad ſeminalem propagationem accingat. Facit tamen id ſatis adhuc imperfecte, ſemen enim omne deeſt, & verus etiam flos deſideratur, quin in Conferva & Lichenoide, quod in aliis floris uſum præſtat, nullibi comparet. Et in *Plant. Giſſ.* p. 231. eandem jam proferens opinionem, quam pluribus confirmavit in *Ephem. Nat. Cur.* Cent. 5. & 6. ſcribit: Exiſtimamus nempe utrumque genus ſemine omni deſtitui, flore & fungis carere, Muſcorum autem partem plurimam ejus parte præcipua, polline nempe florido, qui ſpermatis inſtar maſculini ſe habet, donari. Flore enim & ſemine omni, quantum quidem notum eſt, carent Conſervæ & Lichenoides: reliqui Muſci & capillares etiam plantæ ſemen verum non obtinent, ſed ſui propagationem dicto polline celebrant, ita quidem, ut cum ſemen fœcundandum deſit in Muſcis, iſtis vis ſuper eorum extremitates & ramulos affundatur, in capillaribus vero radicibus germinandi facultas communicetur, &c. *Muſci* inquit *Rajus* Meth. Em. p. 6. quamvis unicuique etiam è medio vulgi primo ſtatim aſpectu cognoſcantur, eos tamen exacte definire, ne Philoſophis quidem ipſis facile fuerit: parvitate ſua, vel ſubſtantia ſicciore & minus ſucculenta, vel poſtquam fere exaruerint immiſſione in aquam facili reviviſcentia, ad modum Thlaſpeos Roſa Hierochuntina dicti vel locis natalibus, ſqualidis ſiccis, immodico frigore, aut calore peruſtis, arboribus, lignis, petris, ubi aliæ plantæ vivere aut durare non poſſunt, vel fructum denique præferendi modo ab aliis plantis dignoſcuntur.

Es iſt bey einen ſo kleinen, geringen und faſt verächtlichen Gewächs als der Mooß iſt, dennoch ſo viel beſonders, was deſſelben Urſprung betrifft, ingleichen wachſen, treiben, Saamen, Ort, Zeit, und dergleichen, anzumercken, daß die Welt-Weiſen hier allerdings ihre Unwiſſenheit bekennen müſſen. Es iſt nicht ohne, daß es eine unvollkommne Pflantze, nemlich in unſern Augen, die wir nicht fähig ſind, die vollkommne Würckung der Natur bey dieſen Gewächs zu erkennen. Die oben angeführte Meinung des Herrn D. *Boerhavens* hat auch Herr *Dillenius*, denn daß auf das grünende Mehl, welches oben auf den Häuptlein einiger Arten des Mooſes gefunden wird, das Vornehmſte ankomme, iſt wohl die allerwahrſcheinlichſte Meinung; wiewohl man auch nicht in Abrede ſeyn darff, daß diß kein wahrer Saame, und auch an dieſer Meinung noch ſonſt etwas auszuſetzen ſeyn könte.

MUSCUS CLAVATUS, LYCOPODIUM, Pied de Loup. Johannis-Gürtel. Siehe die 737. Kupffer-Platte. l. c.

Muſcus terreſtris repens clavatus vel clavellatus. C. B. P. 360. Muſcus vulgaris repens à Trago pictus. J. B. 3. 766. Lycopodium

dium ſeu pes lupi, Picaria Spira celtica quorundam. Lycopodium clavatum pediculis folioſis: Muſcus terreſtris repens, pediculis foliaceis, binis clavis in altum ſe erigentibus *Pluk.* Septembri clavas habet. *Dill. Pl. Giſſ.* 230. & *Nov. Gen. Ill.* 87. Flos minimè ſtamineus, ſed capſulis, ut reliquis Muſcis farinoſis conſtans, nudis tamen & aggregatis, ſub folioſis nempe ſquamis in ſpicam digeſtis, occultatæ. Capſulæ vero incurvæ & lanatæ ſunt, per maturitatem ſecundum longitudinem ſe aperientes & pulverem tenuiſſimum effundentes. conf. *Ruppius* 280. Bär-Lapp, Gürtel-Kraut, St. Johannis-Gürtel-Kraut, Seil-Kraut, Wein-Kraut, Neun-Heil, Neun-Gleich, Teuffels-Klauen, Trutten-Fuß, Zigeuner-Kraut, Wolffs-Fuß, Kräen-Fuß, Haar-Schaar, Läuſe-Kraut ꝛc. Man findet diß mit vielen Kätzlein aus der Erden kriechende Kraut auf Hügeln, Bergen, Felſen, und hat dieſe Kätzlein im Auguſt und September.

MUSCUS TERRESTRIS CUPRESSI FORMIS, Wein-Kraut. Siehe die 737. Kupffer-Platte. l. d.

Muſcus Cupreſſiformis *Tournef.* 554. Muſcus cupreſſiformis ramoſus C. B. P. 361. Muſcus cupreſſiformis *Prodr.* 152. Muſcus terreſtris clavatus Cupreſſiformis *Park.* Muſcus terreſtris ramoſus pulcher J. B. Chamæcypariſſos. *Tabernæm.* Floret Julio ad arborum truncos & paſſim in ſylvis, ericetis, & editioribus locis.

Wein-Kraut wird diß Mooß genennet, weil es den Wein, wann er zähe geworden, wieder zurechte bringet; man findet ihn in Wäldern, Hecken, an Bäumen im Julio blühen.

MUSCUS CORALLOIDES APICIBUS COCCINEIS, Corallen-Mooß mit rothen Spitzen. Siehe die 738. Kupffer-Platte. l. a.

Muſcus coralloides. Muſcus terreſtris coralloides erectus C. B. P. 361. Muſcus Coralloides. J. B. 3. 741. Variat colore, provenit Octobri & Novembri in collibus & locis arenoſis ac ſiccioribus. *Boerhaave* I. 18.

MUSCUS PYXOIDES PROLIFER. Siehe die 738. Kupffer-Platte. l. b.

Muſcus Pyxioides terreſtris prolifer *Volck.* 295. An Muſcus cornucopioides criſtatus? *Boccon. Muſeum.* Lichenoides tubuloſum pyxidatum proliferum: *Dillen. Pl. Giſſ.* 205. Lichen Pixidatus proliſer. *Tournef.* 549. Pixioides terreſtris C. B. P. 361. Invenitur autumno in ſylvis ad ramos quernos putreſcentes.

MUSCUS STELLARIS ROSEUS. Siehe die 738. Kupffer-Platte. l. c.

C. B. P. 361. n. 12. quibus folia plurima inſtar Roſæ compacta, pallide virentia acuminata in modum ſtellæ diſpoſita inſident. C. B. *Prodr.* 152. Nulla nec ſemina nec floſculos pariens *Volck. Buxbaumius* autem Cent. II. p. 2. reperit illum cum capitulis elegantiſſimis oblongis pendulis, pediculis aureis ex medio ſtellæ egredientibus ſuſtentatis. Invenitur in montibus, & in omnibus fere ſylvis frequens.

MUSCUS ARBOREUS CUM ORBICULIS. Siehe die 738. Kupffer-Platte. l. d.

C. B. P. 361. Muſcus Quercinus fœniculaceus *Park.* Muſcus arboreus peltatus & ſcutellaris. J. B. Muſcus ramoſus floridus *Tabernæm.* Muſcus Quernus fruticoſus *Volckamer.* oritur in Quercubus. Muſcus arboreus τριχόφυλλος.

MUSCUS RAMOSUS LATIFOLIUS. Siehe die 738. Kupffer-Platte. l. e.

Num Muſcus erectus ramoſus pallidus? C. B. P. 361. Muſcus terreſtris ramoſus, foliis latioribus, longioribus criſpis, capitulis cylindriacis, nutantibus major & minor *Boerhaav.* 21.

MUSCUS TERRESTRIS VULGATISSIMUS. Siehe die 738. Kupffer-Platte. l. f.

Muſcus vulgatiſſimus C. B. P. 360. Muſcus terreſtris & hortenſis J. B. P. 360. Muſcus terreſtris & hortenſis J. B. 3. 764. Muſcus ſquamoſus major ſeu vulgaris *Tournef.* 553. Muſcus terreſtris vulgaris. *Boerh.* I. 19. In Pomariis & Pratis paſſim *Ruppius* 291. in udis & uliginoſis *Volckamer.* 294. confer inſignes ejus varietates & hinc orta diverſa nomina apud *Buxbaum.* Cent. II. p. 67. Sphagnum cauliferum & ramoſum paluſtre, molle, candicans, reflexis ramulis foliis latioribus. *Dillenius.* 294. Semper occurrit, rarius capitula gerit.

MUSCUS PULMONARIUS TERRESTRIS. Siehe die 738. Kupffer-Platte l. g.

Muſcus Pulmonarius. C. B. P. 361. Variat laciniis latioribus & anguſtioribus ibid. adnaſcitur arboribus præcipue Quercui, Sorbo, Aucupariæ & aliis.

MUSCUS PYXOIDATUS. Siehe die 738. Kupffer-Platte. l. h.

Muſcus Pyxioides terreſtris C. B. P. Muſcus Pyxidatus J. B. cujus inſignes varietates vide apud *Dillenium* Pl. Giſſ. 204.

MUSCUS FILICINUS ADIANTHI AUREI CAPITULIS. Siehe die 739. Kupffer-Platte. l. a.

Muſcus filicinus major C. B. P. 360. Muſcus filicinus J. B. 3. 764. Naſcitur in humidioribus præcipue ad arborum radices in ſylvis, producitque capitula Adianthi ſed ſterilis eſt.

eſt. *Volckamer.* 294. *Ruppius* 290. Fahr-mooß.

MUSCUS FILICINUS RAMOSUS. Siehe die 739. Kupffer-Platte. l. b.

Num Muſcus Filicifolius ſive pennatus minor pinnulis plurimis ad mediam coſtam annexis *Raj.* Suppl. *Buxb.* II. Tab. I. p. 3. Machleber Boruſſis dictus.

MUSCUS FILICINUS NON RAMOSUS. Siehe die 739. Kupffer-Platte. l. c.

Hypnon repens filifolium non ramoſum pediculis & capitulis longioribus *Dill.* 218.

MUSCUS QUERNUS BARBATUS. Siehe die 739. Kupffer-Platte. l. d.

Muſcus arboreus ramoſus barbatus. J. B.

MUSCUS CORNUTUS. Siehe die 739. Kupffer-Platte. l. e.

Muſcus coralloides ſeu cornutus montanus C. B. P. 361. Muſcus Corallinus, ſeu Corallina montana. Muſcus tubuloſus ramoſiſſimus. *Raj.* 113. in ericetis ſqualido & ſpongioſo ſolo oritur.

MUSCUS ARBOREUS, USNEA. Siehe die 739. Kupffer-Platte. l. f.

Muſcus arboreus Uſnea officinarum. C. B. P. 361. Muſcus arboreus villoſus J. B. Muſcus arboreus vulgaris & quercinus *Park.* Muſcus arboreus *Matth.* Privatim Uſnea dictus. Oritur in quercu, populo, ulmo, betula, pomo, pyro, pinu.

MUSCUS PULMONARIS PROLIFER. Siehe die 739. Kupffer-Platte. l. g.

Uſus Medicus.

Variæ Muſcorum ſpecies uſui inſervire ſolent medico. Primo obvenit Muſcus clavatus ſeu Lycopodium, de quo Planta integra, Flos ſive pulvis clavarum citrinus Sulphur vegetabile dictus in uſu ſunt. Planta ipſa multum ſalis eſſentialis atque phlegmatis continens terreſtri, amaricante, ſicco, adſtringente eſt ſapore, refrigerat & exſiccat. Uſus præcipue eſt in urina & calculo expellendo, in fluxu alvi. Eſt temperatiſſimum remedium pectorale, & florum ſulphuris loco ſumitur in tuſſi & phthyſi. Extrinſecus in laxitate dentium, in conſolidatione & ſiccatione vulnerum. *Schræd.* Lycopodium autem vulnera non modo exſiccat inſperſum, ſed & datur interne infantibus cardialgia & torminibus ventris laborantibus flatulentis *Ephem.* N. C. Dec. I. A. I. obſ. 79. p. 228. De pulveris efficacia contra Plicam Polonicam *Rupp.* 280. *Eph.* N. C. Dec. I. A. II. p. 94. In ephemeridibus reperitur etiam ejus uſus epilepticus & diureticus D. I. A. III. obſ. 15. p. 20. in Iſchuria infantum D. III. A. V. & VI. *App.* 98. Uſus in hæmorrhagiis uteri, narium & paſſione hyſterica D. I. A. II. obſ. 52. Sch. p. 96. Lycopodii uſus externus antipodagricus D. I. A. IV. & V. *App.* p. 36. n. 47. efficacia in intertrigine, excoriatione, ſcabie & ulceribus manantibus Cent. X. ob. 34. p. 316. ſuperſtitioſi ex hac planta circulos efficiunt, & de parietibus ſuſpendunt ad detegendas ſagas; ſiquidem ipſis perſuaſum ſit, ſi ſaga ingrediatur in hypocauſtum illud, tunc lycopodium moveri *Ruppius* 281. Pollen ſeu pulvis colligitur Julio & Auguſto & præterea vim habet fulminantem, officinas ingreditur ſub nomine ſulphuris Lycopodii, cum quo frequenter pilulæ conſperguntur. De uſu ejus apud Moſcos & Perſas vide *Olearii* Itinerarium.

Gürtel-Kraut, Bär-Lapp wird zur Artzeney gebraucht. Es hat viel Sal eſſentiale und Phlegma, und einen irrdiſchen bitterlichen, trocknen und anziehenden Geſchmack, erfriſchet, und trocknet, und wird ſonderlich zum Stein treiben und Durch-Fall gebraucht. Es iſt ein ſehr temperates Bruſt-Mittel, und wird öffters ſtatt der Schwefel-Blumen in der Huſten und Lungen-Sucht gebraucht. Aeuſſerlich dienet es, die wacklende Zähne feſt zu machen, und die Wunden ſowohl zuſammen zu ziehen als aus zutrocknen. Auſſer dem finden ſich in den Ephemeridibus N. C. viele Erfahrungen, daß es nicht nur die Wunden austrockne, ſondern daß auch das Pulver den Kindern in Hertz-Weh und Reißen gegeben werden. Gegen den Weixel-Zopff, Plica genannt, iſt es ein Specificum. Es dienet auch wieder die Schwere-Noth, treibt den Urin, und iſt gut gegen das ſchwere Harnen der Kinder. Nicht weniger gegen Blut-Flüſſe der Mutter, der Naſen und in Mutter-Zuſtänden; auch wird es äuſſerlich gegen das Podagra gebrauchet, gegen den Wolff, Streiffung der Haut, Krätze, und gegen rinnende Geſchwäre. Die Aberglaubiſchen machen aus dieſem Mooß Circkel oder Kräntze, welche ſie zu Entdeckung der Hexen an die Wände hängen, welche Kräntze ſich bewegen ſollen, wenn eine Hexe in die Stube gehet. Das ſubtile Meel oder Pulver wird im Julio und Auguſt geſammlet, wenn man es durch ein Licht bläſet, giebt es eine ſtarcke Flamme oder Blitz von ſich. In denen Apothecken iſt es unter den Nahmen Sulphur Lycopodii, und werden damit zum öfftern die Pillen überſtreuet. Die Ruſſen und Perſen brauchen es zu ihren Freuden-Feuern.

Muſcus Pyxidatus oder Kelch-Mooß wird in den ſtarcken Huſten der Kinder für ein Specificum gehalten. Das Baum-Mooß Uſnea hat mit dem Bär-Lapp faſt gleiche

gleiche Kräffte alle Blut-Flüsse zu stillen. Von dem Lungen Mooß ist droben schon etwas gesaget, siehe *Ephemerides* N. C. Dec. I. Ann. III. Obs. 200. da es in Bier oder Wasser gesotten wieder die Gelb-Sucht dienen soll.

MYOSOTIS.

MYOSOTIS, Auricula muris, μύος ὦτις, Maus-Oehrlein.

CHARACTER. Refertur Myosotis a plerisque ad Echium Scorpiodes. In illa autem omnia sunt ut in Alsine. Flos major, fructus cornu bubulo similis apice dehiscens *Boerhaave* I. 215. *Tournefort.* 244. Cui Myosotis est plantæ genus, flore rosaceo, plurimis scilicet petalis in orbem positis constante, ex cujus calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum cornu bovili æmulum, apice dehiscentem, seminibusque fœtum exiguis, plerumque subrotundis, placentæ affixis. Heic autem nobis de unica singulari planta sermo est à *Celeb.* Dn. *BURMANNO* communicatus, cujus titulus est:

MYOSOTIS, ALSINE, CARYOPHYLLOIDES AFRICANA. Siehe die 740. Kupffer-Platte. I. a.

Brevissculus ad hanc plantam est D.D. *Burmanni* commentarius, referentis se ad *Pluknet.* Phyt. Tab. 12. fig. 9. Dit gevvas vviens vvortel en stam uyt een brosse substantie sonder onderscheyd vverd gevonden op veele plaatsen der Namaquas: de Stam met de vvortel ant vier gebraden is angenaam om te eeten, vvord by de Namaquas als een gemeen kostie t' geheele jaar long doorgegeten en van haar *THUMMA* genaamt. Num Alsine, Myosotis dicta hirsuta perennis, Africana, in *Catalogo plantarum Africanarum P. Hermanni?*

Diese Pflantze ist nach dem Leben gemahlen von den berühmten Herrn *D. Joanne Burmanno* communiciret, er berufft sich aber auf *Pluknet.* Phytographie Tab. XII. fig. 9. und schreibet dabey, daß sie an vielen Plätzen der Namaquas gefunden werde. Der Stamm mit der Wurtzel am Feuer gebraten sey angenehm zu essen, und werde bey den Namaquas als eine gemeine Kost das gantze Jahr durch gegessen, von denselben aber Thumma genennet.

MYROBALANUS.

MYROBALANUS, *Arabibus* & *Mauritanis.* Myrobalanes. *Gall.* Myrobalanet *Angl.* Myrobalaen. *Belg.* Halig, Deligi. *Arab.* Myrobalanen. *Germ.*

CHARACTER. Myrobalani referuntur à *Rajo* p. 1530. ad arbores pruniferas, quarum fructus à reliquis prunis differunt costis aliquot elatis secundum longitudinem ductis, & osticulis majoribus crassioribusque nucleis minoribus *confer Dale* 390. & 399. Nec arbor nec fructus veteribus sunt cogniti, recentioribus vero seculis ab Arabibus inventi, nunc in omnibus existunt officinis. Cæterum de fructificatione harum arborum pauca deprehendere potuimus; sunt singulæ arbores pruni magnitudine, omnesque sylvestres & sponte nascentes, non domesticæ *Lugd.* 1687. In Officinis habentur Myrobalanorum quinque species, quæ disticho hoc comprehenduntur:

Myrobalanorum species sunt quinque bonorum,
Citrinus, Chebulus, Bellíricus, Emblicus, Indus.

Ex sententia autem Arabum quatuor duntaxat eorundem genera sunt. Hujus sententiæ sunt, qui Chebulas & Citrinas verissimè ex una & eadem arbore esse affirmant, Citrinas immaturas, Chebulas maturas. *Cordus* autem scribit, Arabibus recentioribus tres tantum species Myrobalanorum esse cognitas, videlicet 1) Indas, Chebulas & Citrinas, quos ab una eademque arbore desumantur. 2) Bellericas ex peculiari arbore esse, & 3) Emblicas peculiare genus dicit. Quibus se opponit *Garcias ab Horto* inquiens: Falluntur tam ii, qui omnia Myrobalanorum genera in eadem arbore nasci putant quam qui Citrina & Chebula tantum. Nam quinque sunt (quibus cum & nos consentimus) diversa arborum genera, in regionibus 60 aut 100. leucis inter se distantibus nascentia *Dale* 399. *Chabræus* 13. 14. *Clusius* Exot. Lib. II. c. 27. p. 194. ff.

Die Myrobalanen werden von *Rajo* zu denen Bäumen gerechnet, welche Pflaumen-Früchte tragen, deren Früchte aber von denen Pflaumen dadurch unterschieden sind,

sind, daß sie nach der Länge erhabene Rücken oder Streiffen, auch grössere und dickere Steine und kleinere Kerne haben. Die Alten haben so wenig von denen Früchten als Bäumen etwas gewust, und sind jene zu erst von den Arabern bekannt gemachet worden: von den Bäumen selbst, ihrer Art, Wachsthum, Blüthe, und dergleichen haben wir wenig zuverläs-siges erfahren können, indem die neuere Autores gar nichts davon melden. Es sollen aber diese Bäume die Grösse eines Pflaum-Baums haben, wild und von selbst wachsen. Es finden sich aber fünff Sorten derer Myrobalans in denen Apothecken, nemlich gelbe, grosse schwartz braune Bellerische, Aschfärbige und Indianische oder schwartze. Es will aber Cordus ein alter Scribent behaupten, daß derselben nur drey recht unterschiedene wachsen, indem die schwartze, gelbe und braune von einen Baum herrühreten, und nachdem sie eher oder später abgethan, reiffen oder im reiffen seyn, bald klein bald groß, bald schwartz, bald gelb anzusehen wären. Hergegen versichert Garcias ab Horto, daß diese fünff species gantz unterschieden wären, indem ihre Bäume wohl sechzig biß hundert Meilen von einander seyn. Mit welchen es auch die meiste Gelehrte halten so gar, daß Jacob Bontius noch der sechsten gedencket (allein man findet bey Jo. Bauhino und *Rajo* zwölff verschiedene Sorten) *Valentini* p. 339. Pomet. 286.

MYROBALANI BELLIRICÆ, Myrobolanen. Siehe die 740. Kupffer-Platte. l. b.

Myrobalanus Bellirica *Offic.* Lauri folio subcineritio. *Jonsius* D. Myrobalani rotundæ Bellericæ. C. B. Bellericæ rotundiores. I. B. Bellericæ rotundiores. I. B. Hæc altera parte sunt sessiles, altera turbinatæ & in apophysin definentes, magnitudo eadem quæ Citrinis, Gallas æmulans, ac sapor etiam idem: at Bellericæ rotundiores sunt, & earum superficies lævior ac minus rugosa. *Chabr.* 13. nonnunquam terreo, alias ferrugineo colore *Rajus* 1532. includentes osſiculum durum sub putamine carnoso, saporis subacris & adstringentis *Dale* 401. ab incolis *Gotim* appellantur. *Lugd.* 1687. idem addit Bellericæ arbor est foliis Lauri sed pallidioribus & subcinericiis.

Bellerische Myrobalanen sind runde zuweilen auch eckigte Früchte, so groß wie ein Gall-Apffel, auswendig Licht-braun (andere dunckel Rost-färbig) inwendig gelblicht mit einem harten Kern, haben einen scharffen und etwas anhaltenden Geschmack, deren Baum solche Blätter, wie die Loorbeer-Blätter haben soll; doch blasser und etwas aschfärbigt. *Valentini.* 340.

MYROBALANI EMBLICÆ, Purgier-Pflaumen. Siehe die 741. Kupffer-Platte. l. a.

Myrobalanus Emblica. *Park.* Myrobalani Emblicæ in segmentis nucleum habentes, angulosæ. J. B. Myrobalani Emblicæ C. B. P. Allegatur a *Dalenio Jacobus Zanoni* sub titulo Canna arborea Orientale Cap. 36. p. 65. cujus quidem icon accurate cum nostra consentire videtur. Addita etiam est descriptio: Canna Indica arborea, à Lusitanis Marbelanes dicta habet folia oblonga multum divisa, fructum producit rotundum, osſiculum pariter rotundum, ut Cerasa, conditur cum saccharo, & sic valde refrigerat, fortificat, corroborat & solvit. Fructus rotundi, nigri, sessiles, sex angulares, includentes sub pericarpio carnoso, in sex partes per maturitatem dehiscente, osſiculum turgidum, hexagonon, senis cellulis insignitum, saporis acerrimi. *Dale* 401. Arbor est, inquit *Rajus*, Palmæ magnitudine, foliis minutim incisis, & nonnullæ fructu minimæ nascuntur. - - - Hic fructus Myxæ seu Pruni multi nuclei species est, & ad hunc locum non pertinet; verum ob nomen commune, & quia ab omnibus Botanicis Myrobalanis annumeratur, non separandum duxi. *Chabræus* p. 13. appellatur incolis *Anuale. Lugd.* 1687.

Aschfärbigte (oder vielmehr schwärtzlichte) Myrobalanen, schreibt *Valentini* p. 340. bestehen aus kleinen aschfärbigten Schnitzlein, welche äusserlich gantz krauß, wie Schagreen aussehen, und einen ziemlich sauren Geschmack haben. Sie wachsen auf grossen Bäumen, welche lange und gekerbte Blätter haben, an welchem die Myrobalanen an Grösse eines Gall-Apfels rund und glatt wachsen; und weil sie zur Zeit der Zeitigung von sich selbsten in vier bis sechs Theile aufspringen, wie *Tabernæmontanus* solches artig zeiget, so kommen sie insgemein in kleinen eingeschrumpfften Schnitzlein ohne Kern heraus, welche doch fleischicht, schwehr, und groß, mit sonst keinem Unrath vermischet seyn müssen, wann sie vor gut passiren sollen.

MYROBALANI CHEBULÆ, MYROBALANUS CHEBULUS. Siehe die 741. Kupffer-Platte. l. b.

Myrobalani maximi oblongi angulosi pituitam purgantes C. B. P. 445. Arabibus Quebolia & Quebulgi. Chebulæ Citrinis similes nigricantes J. B. Myrobalanifera Perficæ folio *Jonst.* Chebulæ magnæ sunt & rotundæ, oblongiores tamen cum ad perfectam maturitatem pervenerunt,

runt, & angulosæ. Arboris folia Persicis similia. *Lugd.* 1687. *Chabræus* p. 13. Fructus oblongi, in quinque costas elevati, rugosi, cæterarumque specierum omnium maximi, includentes sub putamine carnoso, extus colore ad fuscum inclinante, osticulum, oblongum, crassum & cavernosum, saporis subacris. *Dale.* 400.

Grosse schwartz-braune Myrobalanen sind wohl noch so lang wie die gelben, äusserlich schwartz-braun, schwehr und etwas runtzelicht anzusehen, und haben inwendig einen langen löcherichten Kern. Sie wachsen in Bengala wild auf einem Baum, so groß, wie ein Apffel-Baum. Die besten sind groß, schwer und vollkommen: Je weniger Runtzeln sie haben, je besser sind sie, absonderlich, wann sie mehr braun als schwartz, auch gleichsam hartzigt inwendig sind, an Geschmack anziehend, und etwas bitter. *Valentini* 340. von dieser Gattung aber saget noch *Lemery*, der Baum sey so groß, als wie ein Pflaumen-Baum, wächst in Indien ohne Wartung um Decan, und in Bengala. Seine Blätter sehen aus, als wie Pfirschen-Laub, die Blüthen sehen, als wie Sterne und röthlicht. Von allen diesen aber ist *Pomets* Beschreibung p. 287. gantz unterschieden.

MYROBALANI CITRINÆ, Myrobalans Citrins, gelbe Myrobalanen. Siehe die 742. Kupffer-Platte. l. a.

Myrobalanus citrina & flava *Offic.* Myrobalani teretes, citrinæ, bilem purgantes C. B. P. 445. Myrobalanifera Sorbi foliis. *Jonst.* Expendat Lector, inquit *Jo. Bauhinus*, an forte à Chebulis differant tantum maturitate, unde coloris diversitas fortean pendeat. *Rajus* 1531. Fructus oblongi, rotundi, pentagoni, rugosi, Chebulis minores, coloris citrini, qui tum in superficie, tum in substantia penitiore conspicitur, nucis Myristicæ magnitudine, includentes sub putamine carnoso osticulum angulosum. *Dale* 400.

Gelbe Mirobalanen sind länglicht, rund, schwehr, vollkommen und auswendig mit tieffen Furchen gezieret, einer gelblichten Farbe, inwendig unter der fleischigten Haut mit einem harten Kern versehen, werden von den Holländern und Portugiesen meist trucken, zuweilen aber auch mit Zucker eingemacht, und in Fäßlein geschlagen aus Indien gebracht; und wenn sie fein groß, schwehr, nicht leicht brüchig, auch auswendig rothgelb, und in gewisse Theile gefalset sind, werden sie vor gut gehalten, und muß man Achtung geben, daß sie mit den braun- und aschfärbigten nicht vermenget seyn. *Valentini* 338. Sie wachsen auf einen Baum, der dem Pflaumen-Baum gar ähnlich siehet, doch aber Laub hat, wie der Horltzgen-Baum. Er wächset ohne Wartung, sonderlich um Goa.

MYROBALANI INDICÆ, Myrobalans Indiens, schwartze Myrabalanen. Siehe die 742. Kupffer-Platte. l. b.

Myrobalanus Inda & nigra *Offic.* Indica *German.* Myrobalani nigræ & octangulares C. B. P. 445. Myrobalanifera salicis, folio *Jonst.* D. Myrobalani Indæ, nigræ, nullo intus nucleo manifesto J. B. *Cordus* fructum ideo nucleum nullum habere scribit, quod immaturus est, & adhuc adolescens, sed quoddam cavitatis secuturum nucleum excepturæ rudimentum; quod verum est, Nuclei enim rudimentum nos etiam in nonnullis observavimus, & quivis facile observare potest. *Rajus* 1531. Fructus oblongi, reliquis Myrobalanis tenuiores, superficie octangulari, rugosi, solidi, duri, intus & extus coloris nigri, Bituminis instar Judaici, saporis subacidi, acerbi & adstringentis. *Dale* 400. Arbor foliis est Salici similibus. Incolis appellatur *Rezenuale Lugdunensis* 1687.

Die Indianischen oder schwartzen Myrobalanen bestehen aus kleinen, länglicht-runden Früchten, so etwan einen Dattels-Kern groß, auswendig schwartz und runtzelicht, inwendig aber schwartz, und glänzend, wie Ebenholtz anzusehen sind, haben aber gantz keinen Kern, wovon sie von den andern können leicht unterschieden werden, obwohl sie am Geschmack (welcher säuerlich und anhaltend) den vorigen sehr gleich kommen. Sie wachsen in Ost-Indien auf einem grossen Baum, dessen Blätter, wie die Weiden, anzusehen sind, die besten sind, welche dick und vollkommen, recht schwartz, schwehr, und doch recht trucken sind, und einen säuerlichten, anhaltenden Geschmack haben. *Valentini* 340. Es halten aber einige dafür, daß diese Myrobalanen deswegen keinen Kern haben, weil sie unreiff und jung abgebrochen werden, indem sich eine Hölung inwendig, als der Ansatz des Kerns darinn befinde, welches man auch leichte spüren könne. *Lemery.* besiehe aber *Pomet* 287.

Usus Medicus.

Myrobalani omnes multum Olei & Salis essentialis, cum principio terreo adstringente & Phlegmate continentes frigidæ sunt in primo & siccæ secundo gradu, in eo etiam omnes conveniunt, quod manifestam possideant qualitatem viscera & naturam roborandi, & simul formali polle-

ant

ant facultate alvum solvendi & supervacua purgandi. In specie tamen opinione veterum asseritur a plurimis Chebulas, Bellericas & Emblicas pituitam, citrinam bilem flavam, Indam atram purgare. Tria autem sunt, quæ in Myrobalanis corrigenda sunt. 1) Vis adstrictoria nimia. 2) Acrimonia 3) quod corrugent substantiam ventriculi & intestinorum. Aliàs ad alvi procidentiam, diarrhœam & sanguinis fluxus commendari solebant.

Die Myrobalanen enthalten viel Oel und Sal essentiale, auch anziehende Erde und Phlegma; sie sind kalt im ersten, aber trocken im andern Grad, und haben offenbahr das Vermögen zu laxiren und abzuführen, so aber daß nach Meynung der alten Medicorum die Chebulæ, Emblicæ und Bellericæ den Schleim, die Citron-gelbe die gelbe, die Indianische aber die schwartze Galle abführen. Man gebrauchte sie vor Zeiten in Ausfallen deß Mast-Darms und Stillung der Durch-Brüche und Blut-Flüsse. *Zorn.*

MYRRHA.

MYRRHA σμύρνα. *Græc.* Myrrha. *Ital.* Myrrhe. *Gallis.* Myrrhen. *Germ.*

CHARACTER. Myrrha refertur à *Dalenio* p. 434. ad arbores bacciferas ex quorundam sententia. Duas arbores lachrymiferas aculeatas depingit & describit eximius ille Botanicus D. *Leonardus Plukenetius* in Phytographia *Tab.* 145. Fig. 2. & 3. ad quas *Dalenius* Lectorem amandat. Reliqua de ipsa arbuscula incognita sunt, vel mirifica Autorum deprehenditur discrepantia; quod autem in Arabia felici, Egypto, Abyssinia & Æthiopia & apud Trogloditas frequens sit, omnes consentiunt. Fertur eandem arborem spinæ Ægyptiacæ esse similem, qua incisa in substratas tegetes destillat Lacryma seu gummeus succus concretus, pars vero circa caudicem concrescit. *Dioscor.* L. I. c. 77. scribit: Arborem esse minorem Thuris arbore, & fruticosiorem, caudice duro, contorto, cortice lævi: aliis Thuris folium laurinum & læve, Myrrhæ autem aculeatum non læve, ulmeo simile crispum, extremo spina horridum, Ilignei modo: Alii terebinthino. *Dioscorides* Lentisco æquat. Myrrhæ arborem spinosam, foliis Acaciæ se vidisse testatur *Bellonius*. C. B. P. 502.

Es ist recht blut wenig, was man abermahl von dem Myrrhen-Baum weiß. *Dale* zählet ihn einiger Meynung nach zu denen Beeren-tragenden Bäumen. Darinn kommen alle überein, daß der Baum in dem glücklichen Arabien, in Egypten, in Mohren-Land, in Abyßinien, bey den Trogloditen zu finden sey. Er soll dem Egyptischen Dorn gleich kommen, welcher nachdem er eingeschnitten worden, den gummischen Safft oder Myrrhen ausgiesset, ein Theil bleibe an dem Stamm. *Dioscorides* schreibt, es sey ein Baum der kleiner, und mehr Strauch-Werck habe als der Weyrauch-Baum, von harten gewundenen Stamm, glatter Rinde, die Blätter wären stachelicht, und nicht glatt, den Ulm-Blättern gleich krauß, und am Ende mit einem Dorn versehen, wie an der Stein-Eiche. *Dioscor.* vergleichet es mit den Blättern an dem Mastix-Baum.

Von dem Hartz oder Gummi, Myrrhen genannt, dessen auch in Heiliger Schrifft erwehnet wird, sind abermahl verschiedene Meynungen, und ist vornemlich die Frage, ob wir die wahre Myrrhen haben, wovon *Pomet* und *Valentini* nachzulesen. Die Kräffte desselben findet man bey dem *Schræder* und andern. Man braucht diese resinöse, balsamische, trockne, harte, dunckel-rothe, scharff, bitter und aromatisch schmeckende und wohl riechende Substanz in Mutter-Verstoffungen, Beförderung der Gebuhrt, Flüssen, Husten, Hals-Beschwehrden, Seiten-Stechen, Colic, gegen die Bauch-Würmer, in Blattern, äusserlich in faulen Geschwüren, in der Ruhr, gegen den Krebs, in Geschwülsten, Wunden, und dergleichen. Siehe *Dale.* 434. *Zorn. Rajum.* 1841.

MYRR-

MYRRHIS.

MYRRHIS, μύῤῥις. *Græc.* Myrrhide, Mirrade finochiella. *Ital.* Cerfefevil musque, Cicutaire, Perſic d'ane. *Gall.* Svvetechervil. *Angl.* vvildbergkervel. *Belg.* Körfvel. *Dan.* Myrha-Bilnia. *Bohem.* Mirchis dicti Kervel. *Moſc.* Myrrhen-Körffel, Welſcher Körffel, wilder Körbel, Eſels-Kerffel. *Germ.*

CHARACTER. Myrrhis eſt planta flore perfecto irregulari ſeminibus nudis gemellis *Ruppius.* 227. ſeu Myrrhis eſt plantæ genus flore roſaceo & umbellato, plurimis ſcilicet petalis conſtante inæqualibus, in orbem poſitis, & calici inſidentibus. Is autem abit in fructum ex duobus ſeminibus compoſitum, roſtri avium æmulis, ſtriatis, hinc gibbis, inde vero planis *Tournef.* 315. Differentiam autem ejus facit *Boerh.* 169. 1) Semine magno, longo, ſulcato, lævi, & 2) ſemine minore, lævi vel villoſo *Linnæus.* n. 227. De hac poſteriori Myrrhidis ſpecie cum nobis ex præſcripto tabulæ pictæ ſit agendum, reliquus abs Autore ad alias ſpecies relatas heic miſſas facimus brevitati ubique ſtudentes.

Myrrhen-Körbel oder wilder Körffel iſt eine Pflantze mit einer irregulairen vollkommenen Blume, die zweykörnigten Saamen hinter ſich läſſet, oder es iſt eine Pflantze mit vielen Blumen, die Dolden und Cronen weiß ſtehen, die Blumen haben mehrentheils fünff irregulaire Blätter, die Roſenförmig an den Kelch ſitzen: dieſer Kelch aber wird nach abgefallener Blume zur Frucht, die aus zwey Saamen-Körnern beſtehet, welche den Vogel-Schnäbeln gleich ſehen, geſtreifft, an einen Ende erhaben, an dem andern aber flach ſind. Es machet *D. Boerhaave* den Unterſcheid unter wilden Körffel, welcher groſſen, lang-gefurcheten und glatten Saamen haben, und den wilden Körffel, welcher kleinern glatten oder zottigten Saamen hat. Von dieſer letzteren Gattung wird hier nur gehandelt, weil ſie auf der Kupffer-Platte vorgeſtellet iſt, weswegen wir aus Liebe zur Kürtze die erſtere Gattung mit Stillſchweigen übergehen.

NOTA. Myrrhis ut ajunt à Myrrha, quia ejus odorem ſpirat. Myrrhis eſt vel annua vel perennis, vel montana, vel paluſtris, vel noſtras vel peregrina. Myrrhis perennis non adeo infrequens eſt vel in hortis Curioſorum vel ſylveſtris in ſepibus, paſcuis &c. *Dillenius Fl. Gieſſ.* p. 84. *Tournefortius Alſaticus* p. 42. *Volckamer.* 296. Genuina Myrrhis, inquit *Rivinus* Ord. Pl. *quæ ſunt flore irregulari pentapetalo* eſt, quæ à Tabernæmontano, vel C. *Bauhino* Chærophyllum ſylveſtre dicitur, quia ſemina gerit longa ſtriata: item quæ Cicutaria bulboſa vulgo audit, mihi fœtens, cujus eadem ſed paulo majora ſunt ſemina. Hæ binæ, poſtquam ſemen ſuum pepererunt, moriuntur, at perennes ſunt latifolia caule viridi, & quæ folio Angelicæ *Triumfeto*, mihi Podagrariæ caule ſpadiceo, item paluſtris & Canadenſis trilobata. *conf. Knauth.* 209. & 210.

Myrrhis hat den Nahmen von dem Geruch, der denen Myrrhen gleich kömt. Die Myrrhis iſt entweder eine beſtändige oder jährlich wachſende Pflantze, ſie findet ſich entweder auf den Bergen oder an den ſumpffigten Orten, ſie wächſt entweder hier zu Lande, oder iſt eine ausländiſche. Die oben angeregte erſte Gattung, Myrrhis perennis iſt eben ſo raar nicht, man findet ſie in den Gärten, vornehmlich aber an vielen Orten wild. Der berühmte *D. Rivinus* machet ſehr umſtändlich aus, daß die von unſerm Seel. Collectore gegebene wilde Myrrhis allein die wahre Myrrhis ſey.

MYRRHIS ANNUA MINOR SEU CICUTARIA, wilder Körbel. Siehe die 743. Kupffer-Platte. l. b.

Myrrhis annua, ſemine ſtriato lævi, tuberoſa, nodoſa radice, Coniophillon, *Volck.* 296. Cicutaria bulboſa C. B. P. 161. Cicutaria Pannonica *Cluſ. Hiſt.* CC. Cicutaria odorata bulboſa. J. B. 3. 2. 83. Bulbo caſtanum, coniophyllon *Camerarii Hort.* p. 31. Cerefolium ſylveſtre. *Tab.* Myrrhis ſylveſtris *Tournef. Alſ.* 94. *Boerhaave* II. 69. p. 1. floret Majo & Junio in vepretis, & collibus. Perennat radice bulboſa.

Dieſe wilde Körffel hat eine knotigte Wurtzel, der Stengel treibt offt einen Schuh hoch, jedoch iſt der gröſſere noch höher, man findet ſie in Hecken, Hügeln, auch einiger Orten auf den Wieſen im May und Junio blühen.

MYRRHIS CANADENSIS TRIFOLIA, drey blätteriger Myrrhen-Korffel aus Canada. Siehe die 743. Kupffer-Platte. l. c.

Myrrhis, trifolia, Canadenſis, Angelicæ facie. *Tournef.* 315. Angelica Canadenſis quorundam: *Id. Boerh.* I. 69. n. 12. *Gleditſch.* Hort. Treb. 103. Canadenſem trilobatam Myrrhidem à *Rivino* ad perennes eſſe re-

latam supra meminimus. Floret Augusto in hortis Curiosorum.

Cultura eadem est cum Carvo, ex semine enim propagatur, radix autem bulbosa per tres annos herbam emittere solet; de usu medico hactenus nihil constat.

MYRTILLUS.

MYRTILLUS, seu Vaccinia nigra, Vitis Idæa, ἄμπελος πυρὰ ἴδις, ἄμπελος ἰδαῖα. *Græc.* Uva dolce, uva del orso, Baccola. *Ital.* Airelle. *Gall.* Whortleberries, Blacke Whortel. *Angl.* Crake besien, Bestel besien, Hamer besien. *Belg.* Bolier Bolle-Nyß, Blau-Bär. *Dan.* Serbentas. *Lith.* Heidel-Beer, Schwartz-Beer, Bulgraven, Staudel-Beer, schwartze Besinge. *Germ.*

CHARACTER. Myrtillus seu Vaccinium, & Vitis Idæa dicta est frutex, pertinens ad Plantas flore regulari monopetalo bacca polypyrena. *Ruppius.* 39. seu est Plantæ genus flore monopetalo, campaniformi, globoso, ex cujus calice surgit pistillum, postiæ floris parti ad instar clavi infixum; calix autem deinde abit in fructum mollem, seu baccam umbilicatam, succi plenam, seminibusque fœtam plerumque exiguis. *Tournef.* 607. *Boerhaave* II. 71. *Linnæus* n. 313. Radice nititur Myrtillus tum recta, tum obliqua, quaqua versum acta, e supina etiam parte stolones emittens. Virgultis fruticat plerumque pedalibus, vel altioribus, angulosis, & fractu contumacibus, in multos ramos divisis. Folia crebra, tenera, virentia, caduca, acuminata, glabra, per ambitum crenata, sapore partim acido, partim austero. Flores in singulis pediculis hærent inter folia, bullati, sive urceolum, aut campanulam referentes, colore ex albo punicante, stylo croceo. Succedunt baccæ, singulares quoque, Juniperinis ferè pares, per maturitatem violaceæ potius quam nigræ, sapore grato & acido primulum degustatæ, sed dulciores postea, succi purpuro-violaceo plenæ, cui grana immerguntur multa, parva, rubentia. Nascitur ferè omnibi locorum in vastis, desertis, vallibus, aliisque humectis locis. Floret Majo, fructumque perficit Julio & Augusto. Perennat. *Rajus* 1488. *Chabræus* 41. *Lugd.* 192.

Heydel-Beer ist eine mittelmäßige Staude oder Strauch, der selten über ein biß zwey Schuh hoch wächset. Die Wurtzel ist theils gerade, theils schieff, und treibet aller Orten Sprossen. Die kleine Staude ist winckelicht, lässet sich nicht leicht biegen, und vertheilet sich in viele kleine Aeste. Es stehen daran viele zarte, grüne, spitzige, glatte, am Rand eingekerbte Blätter, die im Herbst abfallen, von etwas säuerlichten und scharffen Geschmack. Die Blüthen sitzen einzeln zwischen den Blättern, sind wie Knöpffe, oder kleine Klocken und Krüglein gestaltet, von Farbe röthlicht-weiß an einem gelben Stiel. Die Beeren stehen auch einzeln, ähnlichen denen Wacholder-Beeren, sind, wann sie recht reiff, vielmehr dunckel violet, als gantz schwartz, von angenehmen, erstlich etwas säuerlichten hernach aber süßlichten, lieblichen Geschmack, sind voll von Purpur-violfärbigen Safft, und haben viele, kleine, röthlichte Saamen-Körner in sich. Diese Staude findet sich fast aller Orten auf Bergen, Heyden, Wüstenenen, Thälern ꝛc. sie blühet im May, und hat im Julio und August reiffe Früchte, der Stamm perenniret.

NOTA. Myrtillus fortean dicta, quia foliola ad Myrtos proxime accedunt, & baccarum datur quadam similitudo. Vitis autem Idæa, quia in parte montis Idæ, quam Phalacras vocant, frequentissime nascitur. Variæ ejus dantur differentiæ, est enim vel nigra vel rubra. An veterum Vitis Idæa cum nostra Myrtillo eadem sit planta, dubium adhuc esse videtur. Differt Myrtillus ab uva Ursi seu vite Idæa foliis carnosis, & veluti punctatis sive Idæa radice *Dioscoridis* flore & bacca. Flos enim Uvæ ursi basi fructus cohæret, & marginem habet in quinque parvas crenas divisum, flos autem Vitis Idææ margine est integro, qui summo fructui insidet, & in quolibet pediculo ex alis foliorum egrediente existit unicus. *Knauth.* 52. & 53.

Heidel-Beer wird die Frucht genennet, weil sie auf Heiden und wüsten Heiden wächst. Z. E. Die grosse Lüneburger Heide ist fast durchgängig besetzet, wovon gantze Schiffe voll nach Hamburg, und sonst abgefahren werden. Es findet sich bey diesem Gewächse mancherley Unterscheid, es sind aber schwartze oder rothe Beeren, diese letztere werden eigentlich Preüssel-Beer, rothe Stein-Beer, Grtffel-Beer, Bick-Beere genennet, lat. Vaccinia rubra.

MYR-

MYRTILLUS, SEU VACCINIA NIGRA, AIRELLE, Heidel-Beer. Siehe die 744. Kupffer-Platte. l. a.

Vitis Idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. C. B. P. 470. Vaccinium *Rivini.* Vitis Idæa *Tournef.* Vitis Idæa seu Myrtillus *Tabernæm.* Vaccinia nigra, Vaccinia nigra Pannonica, Germanica &c.

Usus Medicus.

Usu sunt baccæ nigræ, frigidæ secundo gradu, saporem habent modice adstringentem, subdulcem, acidiusculum; hinc refrigerant, siccant, subadstringunt, sitim sedant, febrium calores mitigant, alvum & hæmorrhagias parcé comestæ reprimunt, vomitum sistunt, adversus choleram prosunt. Baccæ autem exsiccatæ in dysenteria & diarrhoea cum successu adhibentur. Prostat adhuc in nonnullis officinis 1) Oleum Myrtillorum, 2) Sirupus Myrtillorum.

Die Heidel-Beeren sind kalt und trocken im andern Grad, und haben einen mäßig anziehenden, süßlichten, säuerlichten Geschmack, sie kühlen, trocknen, ziehen etwas an, stillen den Durst, löschen die Hitze in Fiebern, stopffen etwas (hingegen viel gegessen laxiren sie) stillen das Brechen, dienen gegen den Gallen-Fluß. Die aufgetrockneten Beere braucht man gegen Durchfall und Ruhr. In denen Apothecken ist vorhanden Heidel-Beeren-Oel, und Heidel-Beeren-Syrup.

Usus Domesticus & Mechanicus.

Nasturtium hortense multum salis essentialis, parum autem Phlegmatis aut Olei continet. Semen & herba calida & sicca est gradu quarto. Sapor Nasturtiorum, inquit *Kœnig.* p. 45. est acris, subsalsus, valde penetrans, minus tamen quam Aronis folia linguam mordicans, convenit ferè cum Barbareæ sapore, quæ & Nasturtium hybernum ab aliquibus habetur, quapropter vis operandi consistit in sale volatili summè incisivo, unde calefacit & siccat, aperit, attenuat, abstergit, adeoque urinam, menstrua & fœtum mortuum provocat, tumores in hypochondriis aperit, maximeque scorbuticis prodest, ceu alias observatur, eas plantas, quæ in locis putridis, quasi uliginosis crescunt, scorbuto, in quo sanguis vitiatus & sale peregrino inquinatus est, convenire: præcipue autem observatum est, referente D. *Ettmüllero*, quod eos, qui scorbuto laborant, ut & lumbricis latis & longis sæpe conflictantes, juvet, quosque hinc succus Nasturtii feliciter expellit. Semen Nasturtii quam maxime in scorbuto & hydrope conducit. *Dale* 272. *Schræderus* Idem in Dysenteriâ conferre *Weickardus* Thes. Pharm. l. 1. c. 14. asserit. Succus ait *Ettmüllerus*, optime sæpe infantibus in lacte propinatur, qui ita vomitum movet, & in Variolis & Morbillis egregie prodest. Externe in crustosa puerorum scabie adhibetur. *D. S. Pauli.* Succus irritatione sua Lethargicis prodest, naribus eorum affrictus &c.

Die Garten-Kresse führet viel wesendliches (und wie andere sagen, aromatisches, und durchdringendes) Saltz, wenig Phlegma und Oel bey sich. Der Saamen und das Kraut sind warm und trocken in vierten Grad. Der Geschmack des Kresses überhaupt, sagt *D. Kœnig* ist sehr scharff, etwas saltzig, sehr durchdringend, doch beißt sie nicht so sehr auf der Zunge als die Blätter von Aaron, es kommt fast mit der Barbarea nach dem Geschmack überein; als welches auch von einigen für den Winter-Kreß gehalten wird. Die medicinische Kräffte desselben bestehen darinn, daß es durch sein flüchtig und sehr incidirendes Saltz vornemlich würcket, und daher erwärmet, trocknet, öffnet, abführet und verdünnet, treibet folglich den Urin, die monathliche Zeit, und tode Frucht, löset die Geschwulst bey den Hypochondriacis auf, und zeiget seine meiste Würckung bey dem Scorbut: Man hat angemercket, daß die jenige Pflantzen, welche an faulen, moosigten Orten wachsen, im Scorbut am meisten dienlich sind. Vornemlich giebt die Erfahrung, daß der Safft so wohl in dem Scorbut, als den von breiten und langen Bauch-Würmern geplagten grosse Dienste thue. Der Saame von Garten-Kresse ist ebenfalls dienlich im Scorbut und der Wassersucht. Der Safft wird den Kindern in der Milch gegeben, welche: also Erbrechen macht, und Blattern und Masern ungemein austreibet. Aeusserlich dienet er in grindichten Ausschlag der Kinder. Der Safft, wenn er den Schlaffsüchtigen unter die Nase gerieben wird, macht sie ermuntert.

Usus Culinaris.

Daß so wohl der Brunnen- als Garten-Kresse unter die Salate genommen werde, ist eine bekannte Sache, und wird sonderlich im Frühling für eine fürtreffliche Blutreinigung gehalten. Wann die Brunn-Kreß noch recht jung ist wird sie von einigen des Morgens auf dem Butter-

Brod gegessen. Im Februario ist die letztere am besten, weil sie alsdann noch zart, und von den läichenden Fröschen und andern Ungezieffer noch nicht verunreinigt worden. Die Vermischung der frischen Garten-Kresse mit der jungen Lactucke ist die beste, weil die Kälte der Lactuck durch die Hitze der Kresse verbessert wird. Elßholtz p.282.

Cultura.

Die Garten-Kresse wächst zwar an einem jeden, jedoch schwerlich in heiß- und trockenen, lustiger in etwas feuchten, oder sonst fetten Grunde. Bey der Aussaat richtet das Erdreich wohl zu, darnach streuet den Saamen (welchen einige wohl in einem Topffe mit Wasser und weissen Sand vermischet ein wenig vor der Aussaat weichen lassen) ohne Wahrnehmung des Monaths, dick über und über, und klopffet ihn mit der Spate fein gerade unter: oder macht in guter Ordnung runde Grüblein, und leget ihn ziemlich dick hinein, darnach bedecket alles mit gesiebten Erdreich, so wächst er wie Ballen hervor, und lässet sich gar bequem abschneiden. Oder an statt der Grüblein macht lange Reihen nach einander: oder zeichnet die Buchstaben eines Nahmens, oder andere Figuren auf dem Stücke ab, und streuet den Saamen darein, so habt ihr neben dem Nutzen zugleich einige Zier. Die Aussaat muß, wo ihr stets Junge haben wollet, alle vierzehen Tage, oder öffters wiederhohlet werden. Von dem erstgesäeten lasset etwas schiessen, und sammlet den Saamen aufs künfftige Jahr zu brauchen; noch besser ist es, wenn ihr im Frühling ein Bettlein zusammen gantz dünne besäet, so wird er viel vollkommner.

NASTURTIUM CARDAMINE DICTUM SEU MYRIOPHYLLON, Passerage sauvage, Wald-Kresse. Siehe die 751. Kupffer-Platte. l. c.

Nasturtium spurium, seu Pseudonasturtium, flore simplici magno. *Volck.* 300. Cardamine pratensis magno flore purpurascente *Tournef.* 224. Nasturtium pratense magno flore C. B. P. 104. Iberis Fuchsii sive Nasturtium pratense silvestre. J. B. 2. 889. Flos Cuculi. *Dod* Cardamantica Nasturtii folio. *Thalius:* Cress, Cocokbloem. *Belg.* Ladies smok. *Angl.* Gau-Blühen, Kukucks-Blume. *Germ.*

CHARACTER. Siliqua tenuis, cujus valvæ per maturitatem infernè sursum circumvolvuntur instar helicis, & semina orbiculata cum impetu ejiciunt. *Boerh.* II. 16. *Tournef.* 224. floret Majo in rivulis pratorum & perennat;

Treibet einen fast Fuß hohen Stengel, an der Wurtzel aber kommen viele länglichte, vorn runde und gekerbte Blätter, an dem Stengel aber sind Flügel weiß, und länglicht gleich wie an dem Senff. Die Blume bestehet aus Creutz weis gestellten Blättern, nach dem folgen kleine Schotten, die runden Saamen in sich schliessen. Sie wächst an Wässern und Bächlein, blühet im May.

NASTURTIUM PETRÆUM FOLIIS BURSÆ PASTORIS, Stein-Kresse mit Täschel-Kraut-Blättern. Siehe die 752. Kupffer-Platte. l. a.

Nasturtium Petræum *Tabernæm.* C. B. P. 104. Bursa Pastoris minor foliis incisis *ejusdem Tournef.* 214. Bursa Pastoris parva folio glabro spisso. J. B. 2. 937. Pastoria. Bursa minor. Floret in solo arenoso & petræo Majo & Junio. Stein-Kreß. *Flora Ulm.* 113.

NASURTIUM PRATENSE FLORE ALBO, Wiesen-Kresse. Siehe die 752. Kupffer-Platte. l b.

Nasturtium spurium seu Pseudo Nasturtium supinum aquaticum flore albo *Volck.* 300. Sysimbrium Cardamine sive Nasturtium aquaticum. J. B. 4. 884. *Boerhaav.* II. 15. Sysimbrium aquaticum, Wiesen-Kreß mit weissen Blumen gehöret zu dem Brunnen-Kreße, wächst an Bächen, blühet im Julio.

NASTURTIUM PRATENSE FLORE CARNEO, Wiesen-Kresse mit Fleisch-farbiger Blume. Siehe die 752. Kupffer-Platte. l. c.

Est varietas antecedentis.

NASTURTIUM SYLVESTRE OSYRIDIS FOLIO CAPSULIS MINIMIS, kleiner wilder Kreß mit Lein-Blumen. Siehe die 752. Kupffer-Platte. l. d.

Nasturtium sylvestre folio Osyridis C.B.P. 105. Thlaspi augustifolium *Fuchsii.* Nasturtium sylvestre J. B. 2. 914. Blühet im Junio an ungebauten Orten und Zäunen.

NASTURTIUM SYLVESTRE CAPSULIS CRISTATIS SEU CORONOPUS, Corne de Cerf, Krähen-Fuß. Siehe die 752. Kupffer-Platte. l. e.

Nasturtium sylvestre capsulis cristatis T. 214. Nasturtium verrucosum, capsula bivalvi, aspera seu hirsuta. Ambrosia campestris repens. C. B. P. 138. Coronopus Ruellii sive Nasturtium verrucosum. J. B. 2 919. Cornu cervi alterum. *Dod.* p. 110. floret Junio in uliginosis Angliæ, & apud nos in hortis Curiosorum. *Rajus* 843.

Die Saamen-Capsel siehet fast aus als die kleinen Kletten, rund, beschliesset ein schwartzes-Saamen-Korn. In Engelland wächst es an den Wegen, aber auch an andern Orten in Teutschland.

NASTUR-

NASTURTIUM SEU IBERIS HUMILIS VIRGINIANA. Siehe die 752. Kupffer-Platte. l. f.
Iberis humilior annua, Virginiana ramosior. *Rajus* 827. Thlaspi Virginianum, foliis Iberidis amplioribus & serratis *Tournef.* 213. *Boerh.* 118.

NASTURTIUM INDICUM SEU ACRIVIOLA.

NASTURTIUM INDICUM SEU ACRIVIOLA. Nasturtium Indicum. Viola Indica scandens Nasturtii odore & sapore. Acriviola. Cardamindum *Tournefortii & Rivini.* Tropæolum *Linnæi* p. 114. Pelon Mexix quilitl seu Nasturtium Peruinum, & Pelon Chilli *Mexicanis Hernand.* 161. Capucine *Gall.* Indiaans Kress. *Angl.* Capucinen, Indianische Kresse.

CHARACTER. Nasturtium Indicum seu Cardamindum aut Acriviola est plantæ genus flore perfecto irregulari pentapetalo seminibus nudis ternis. *Rupp.* 230. *Tournef.* 430. Cauliculi rotundi, succulenti, scandentes, absque tamen capreolis. Folia alterna, orbiculata, umbilicata, superne glabra, inferne brevi lanugine hirsuta. Flores perfecti, difformes seu irregulares, pentapetali cum calcari longiusculo, posteriora versus protenso, pediculo longiori innascentes. Ovarium fit fructus rotundus, rugosus, constans, ternis capsulis, per maturitatem à se mutuo dissilientibus, monococcis. Semina ad singulum floseulum terna. Peruviana est planta in Europam advecta, floret per totam æstatem & in multum autumnum. Perennat radice. *Rajus* 487. *Volckamer. Boerhaave.* I. 244.

Die wegen ihrer besonderen Gestalt den Capuciner Cappen fast ähnliche Pflantze, Indianische Kresse, gehöret zu den Gewächsen, welche eine vollkommene, irregulaire, fünffblätterige Blume, und drey bloß liegende Saamen-Körner tragen. Die Stengel schiessen häuffig, sind lang, dünne, safftig, und winden sich an die nahe stehende Gewächse oder Stecken und Fäden ohne dergleichen Häckeln als man sonst bey denen Winden findet. Die Blätter sind insgemein fast Circul-rund, bißweilen eckigt, grün, untenher ein wenig weißlicht, rauch. Die Blumen sind vollkommen, irregulair, fünffblätterig, mit einem langen Sporn, der hinten ausgehet, an einem langen Stiel. Das Saamen-Gefäß wird eine runde, runtzlichte Frucht, die aus drey Fächern bestehet, und wann sie reiff ist von einander springt, nach jeder Blume folgen drey Saamen-Körner. Die Pflantze ist aus dem Königreich Peru in West-Indien kommen, findet sich jetzt häuffig bey uns. Blühet im gantzen Sommer biß späte in den Herbst.

NOTA. Singularis & sui generis Planta est, nec quicquam cum Nasturtio præter saporem commune habens; sed cum sapor in diversissimis plantis idem esse potest, character inde nequicquam desumitur. Ad Violam vel Jaceæ dictæ speciem referendam esse Nasturtium Indicum existimat *Hernandez* 162. cui adstipulatur *Ammannus* 485. & Violam scandentem Nasturtii sapore & odore esse appellandam dictitat *Nebelius: Joanni Baubino* appellatur Nasturtium Indicum folio peltato scandens. *Knauthius* autem contra nititur, non esse Violam aut Violæ speciem, etiamsi florem pentapetalum caudatum habeat, capsula enim ab illa differt. Multo minus audit Convolvulus, quia florem non gerit monopetalum. Cum *Tournefortio* Cardamindum appellare maluit *Rivinus* Ordine Plantarum, quæ sunt flore irregulari pentapetalo. Varias ejus differentias esse ex omnibus constat autoribus.

Es ist in der That eine eigene Art von Pflantzen, und hat mit der Kresse ausser dem Geruch und Geschmack nicht das allergeringste ähnlich. Der berühmte *Hernandez* meinet, sie müsse zu den Veilgen gebracht werden; ob sie nun gleich eine fünffblätterige Blume hat, so ist doch die Saamen-Capsul unterschieden. Zu den Winden kan sie gar nicht gebracht werden, denn diese sind einblätterig, die Capucinen aber fünffblätterig. Es sind vielerley Gattungen davon, sonderlich nach den Farben.

NASTURTIUM INDICUM MAXIMUM SEU ACRIVIOLA, Capucin, Indianische Kresse. Siehe die 753. Kupffer-Platte. l. a.
Acriviola maxima odorata *Boerh.* I. 244. Cardamindum ampliori folio & majori flore, *Tournef.* 430. Viola indica scandens, Nasturtii sapore, maxima odorata. *Volck.* Pelon *Clusii* seu Nasturtium Peruvianum. *Hernandez Rajus.* 1896.

NASTURTIUM INDICUM MAXIMUM FLORE SULPHUREO, Capucinen mit Schwefelgelber

gelber-Blume. Siehe die 753. Kupffer-Platte. l. b.

Volckamer. p. 12. Eadem est. *Boerh.* n. 2.

NASTURTIUM INDICUM FLORE PLENO, Capucine mit gefüllter Blume. Siehe die 753. Kupffer-Platte. l. c.

Gleditsch. Hort. Trebn. p. 31. Cardamindum flore pleno. Num Cardamindum ampliore folio & flore pleno? *Hort. Carols.* p. 12.

NASTURTIUM INDICUM FLORE HERBACEO, petite Capucine, Capucinen-Blume. Siehe die 753. Kupffer-Platte. l. d.

Cultura.

Multiplicantur seminibus mense Februario in hibernaculo terræ concreditis, ubi facile propagantur, vel etiam surculis, circa autumni principium in feraciorem terram depactis suborto frigore ad hibernacula referendis.

Man vermehret die Capucinen aus den Saamen, welchen man 4. Finger breit weit voneinander steckt, und zwar an Hecken, an Mauren, oder Kübeln, wormit man gantz grüne Wände ziehet, daher man sie auch gerne vor die Fenster setzet. Es muß eine gute Garten Erde mit etwas trocknen Mist darzu genommen werden. Die aufgehenden Pflantzen muß man fleißig begiessen. Die Aussaat kan im Februario und auch später geschehen. Hernach vermehret man sie auch durch die Ableger oder Aestlein, die man gegen den Herbst in ein gut Erdreich stecket, und den Winter über in Glaß-Haus hat.

Usus Medicus & Domesticus.

Herba & flores usui medico destinari possunt; ventriculo enim ex frigida causa imbecilli aut ex flatu dolenti subvenit flos. Acetariis & in oleribus adhibetur. Adversus contumacem & malignam scabiem, itemque vulnera recentia commendatur. *Dale Supplement.* 105. Calida & sicca herba est ordine fere quarto, saporeque & viribus nostras Nasturtium indistincta æmulatur similitudine, adeo ut inter Nasturtii species, etsi longè forma differt, possit impune recenseri. verba sunt *Recchi* Lib. V. C. 36. Viridaria, pergulasque & figulinis vasibus sata, senestras, atriaque ipsa exornat.

Es können Blumen und Kraut der Capucinen zur Artzeney gebraucht werden. Die Blume stärcket einen schwachen, verkälteten und von Winden gequälten Magen. Das Kraut braucht man in Salat, es ist warm und trocken. Wie man jetzo die Gärten und die Fenster mit artigen Spalieren von den Capucinen aufputzet, ist bekannt genug.

LIGNUM NEPHRITICUM.

LIGNUM NEPHRITICUM. Coatli seu aqueus serpens *Mexicanis.* Tlapalezpatli seu medicina sanguinis coccinea *aliis. Hernand.* 119. Nephriticum cœruleo & flavo tingens. J. B. *Chabr.* 37. Lignum peregrinum aquam cœruleam reddens. C. B. 416. Lignum ad renum affectiones & urinæ incommoda. *Monardi* apud Clusium. 325. Lignum ad Nephritidem. *Lugd* 1817. Bois Nephritique. *Gallis.* Nephritickvvord for eth Reins. *Angl.* Nephritickof Nierenzucht. Batav. Grieß Holtz. *Germanis.* Siehe 754. Kupffer-Platte. l. a.

CHARACTER. Lignum Nephriticum ex India Occidentali in Officinas nostras illatum creditur ex frutice magno stipitem ferente enodem, crassum, materiæ Pyri & folia Ciceris, minora tamen, rutaceave, sed majora, flore luteo, elanguescente, parvo & longiusculo, composito in spicas. *Hernand.* 119. Hunc Ligni Nephritici verum esse existimant caracterem reliqui, qui *Rechium* sequuntur. At enim vero B. *Weinmannus* provocat potius ad arborem *Rechio* p. 91. Tlapalezpatli nuncupatam, arborem mediocrem, folia ferentem Origani, florem parvum & candidum racematim dependentem, fructumque, ut ferunt, nullum habentem. Hujus icon, cum illa, quam *Pometus* Fig. 99. & *Valentini* p. 267. habent, comparata, magis cum illa convenire videtur, quæ ænea depicta est tabula. Ex genere leguminum esse colligitur, non tantum ex foliis Ciceris (sed folia Ciceris desidero quam maxime nisi ad Cicer sylvestre multifolium respicere velles) flore luteo, sed & ex eo, quod apud nos Genistæ vim habeant ad calculum pellendum, ut reliqua ferè omnia leguminum genera: *Hernandez* 119. Provenit in India Occidentali, maxime in Regno Mexicano, regionibus moderate calidis, & interdum etiam fervidioribus.

Grieß-Holtz kommt aus West-Indien, und vornehmlich aus dem Königreich Mexico. Es ist ein Baum von mittelmäßiger Grösse, welcher in Betracht des Holtzes dem Birn-Baum gleich kommen soll. Die Blätter sollen den Zäser-Erbsen ähnlichen, die Blumen

gelbe seyn, und der Baum überhaupt zu den Hülsen-Früchten gerechnet werden. C. B. P. hat es unter die Eschen gesetzet, welches auch in Betreff der Blätter nicht uneben wäre, immassen kaum abzusehen, was die Blätter, wie doch fast alle wollen, mit den Küchern-Blättern für Aehnlichkeit haben, die vielmehr mit dem Wohlgemuth übereinkommen, und mit der Figur, welche Hernandez Tlapalezpatli nennet. Schröder beschreibt den Baum: Es ist eine grosse Staude, die unterweilen so groß als ein Baum wird, hat einen dicken Stamm, sonder Knospen wie ein Birn-Baum, traget Blätter, die bald den Rauten-Blättern gleichen. Die Blümlein sind länglicht, gelb, zart und Aehren weis zusammen gedrungen: Er wächst wie gemeldet an warmen Orten in dem Königreich Mexico.

Usus Medicus.

Lignum nephriticum aliàs etiam Santalum cæruleum dictum ex America nostris illatum officinis frequentes ad usus medicos adhibetur. Hoc autem lignum ex flavo fuscum, durum, grave, saporis subacris amaricantis & aromatici calefacit & siccat primo gradu; usus ejus receptus est ad renum vitia, urinæ difficultates & incommoda. Hinc & in Epatis & Lienis obstructionibus convenit, unde etiam denominationis supra adductæ ratio facile patet. Notabile est, quod Lignum hoc aqua infusum pro lucis & oculi diverso situ cæruleum, flavum, viridem, rubrum pluresque colores fistat curioso satis spectaculo, idquod à Sale volatili resinoso alcalino & Sulphure copioso contingere, rationalis docet Chimia. Vid. *Rud. Jac. Camerarius* Diss. Schematismus colorum Infuso Ligni nephritici propriorum. Quemadmodum ab Ebeno quodam seu Granadillæ ligno sit discernendum nephriticum, docet *Pometus* 134. *Valentini.*

Weil diß Holtz, das sich gegenwärtig in allen Officinen findet, und blaues Sandel-Holtz genennet wird, die Schmertzen in den Lenden, und gegen Sand und Grieß so bewehrt befunden worden, hat es daher den Nahmen Grießholtz, es wärmet und trocknet im ersten Grad. Man gebraucht es gemeiniglich in Nieren-Beschwerungen, und Verhaltung deß Urins, weil es den Stein, Sand und Gries forttreibet.

Es ist der wunderbahre Effect bekannt genug, daß dieses in Brunnen-Wasser infundirte und macerirte Gries-Holtz eine schöne blaue, wie auch eine gelbe, grüne, rothe, und andere Farben giebet, man hat es auch deswegen blau-Sandel genennet; wie gantz besonders sich die Farbe davon ändere, nachdem man das Glas nach Licht und Schatten drehet, oder gewisse Spiritus dazu schüttet, hat *Schottus, Boyle, Jac. Rud. Camerarius,* und andere Natur-Lehrer mit fast unglaublichen Experimenten dargethan.

NERIUM.

NERION, Nerium, Rhododendron, Rhododaphne, Oleander seu Laurus rosea. *Lat.* νήριον, ῥοδόδαφνη, ῥοδόδενδρον. *Græc.* Oliandro, Rosalauro, Leandro. *Ital.* Adelpha, Eleandro. *Hisp.* Laurier, Rose, Oleandre, Rosage, Rosaigne. *Gall.* Rosetree, Oleander. *Angl.* Oleander-boom. *Belg.* Nir. *Mosc.* Plochowiec. *Polon.* Oleander, Unhelden-Kraut, Rosen-Blumen, Lorbeer-Rosen. *Germ.*

CHARACTER. Nerion est Planta flore regulari monopetalo, capsula seminali bipartita. *Rupp.* 21. Est Plantæ genus flore monopetalo, velut infundibuli formi multifido, ex cujus calice surgit pistillum posticæ floris parti adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum teretem ex duabus veluti filiquis compositum, semine fœtis pappis instructo. *Tournef.* 604. Totius plantæ habitus est arboreus. Radix longa, lignosa, lævis, & gustu salsa; Caudex rectus, rectis, ac firmis ramis brachiata, croceis seu ex viridi pallescentibus. Folia oblonga, acuminata, splendentia, terna plerumque ad eundem exortum. Calix parvus tubulosus, quinque fidus. Flos monopetalus, quasi infundibuli formis, ora ampla, atque ibi in quinque segmenta lata & magna profunde divisus: ad centrum divisionis nascuntur quinque laciniæ, ut in Lychnide, Caryophyllo & Apocyno; stamina quinque. Ovarium ex centro calicis fit fructus teres, ferè cylindricus, compositus ex duabus thecis per maturitatem à se invicem abscedentibus, semina papposa continentibus. *Boerhaav.* I. 316. *Linnæus* n. 181. *Volckamerus* 302. Nascitur variis locis præcipue maritimis sponte sua, apud nos autem in hortis medicis & curiosorum. Floret Majo, Junio & Julio. Perennat & semper viret: *Rajus* 1767. Elßholtz 163. C. B. P. 464.

Olean-

Oleander oder Lorbeer-Rosen gehöret zu denen Pflantzen, welche eine vollkommne, regulaire, einblätterige Blume, und ihren bedeckten Saamen in einem zweyfachen Behältniß tragen, die gantze Gestalt dieses Gewächs sieht einen Baum ähnlich. Wie denn derselbe nach Elßholtzen Aussage in Creta so starck wächset, daß er zu kleinen Balcken gebraucht werden kan, auch pflegt der Stamm bey uns Arms dick, und offt Manns hoch zu werden. Die Wurtzel davon ist lang, holtzigt, glatt, und saltzig von Geschmack. Der Stamm schiesset gerade auf, und hat auch solche gerade gelblichte oder grünlicht-blasse Aeste. Die Blätter sind länglicht, spitzig, gleissend, kommen mehrentheils drey an einem Knoten, sind gröſſer denn die Blätter des Mandel-Baums, dick und hart, und siehet das Laub fast so aus als an dem Lorbeer-Baum. Der Kelch ist klein, röhrigt und fünffmahl getheilet. Die Blumen sind sehr schön, groß, und sehen wie Rosen roth oder weiß. Eine jede derselben ist ein Röhrlein, das oben ausgeschweifet ist, auf Art eines Schencks- oder Credentz-Tellers und fünffmahl zertheilet. Hernach folgen gerade aufstehende Schoten oder Hülsen, die sind schier gantz cylinder förmig, des Fingers lang, und enthalten vielen Saamen, welche mit Bärten oder Bürstlein oben auf versehen sind. Dieser kleine Baum wächset an vielen Orten wild, sonderlich an solchen, die an dem Meer liegen; er ist aber jetzt in Teutschland in Lust-Gärten sehr gemein, blühet im May, Junio und Julio, er perenniret nicht nur, sondern behält sein Laub auch beständig.

NOTA. Nerii vox unde derivanda sit, anceps & infructuosa est quæstio. vide *Raj.* 1768. Rhododaphne dicitur à flore Rosæ simili & foliis Laurinis. Rhododendrum i. e. Rosea arbor, quod alicubi in magnitudinem arboream excrescat & flore roseo sit. Nerium esse Apocynum dictitat *Nebelius* ad *Ammannum.* p. 488. cum *Hermanno.* Parad. Bat. p. 20. a quibus tamen, quamvis character in omnibus ferè conveniat, ob florum structuram & divisuram distinguit. *Knauthius.* p. 47. At inprimis Nerion ab Apocyno differt 1.) Floris structura, qualis in nulla Apocyni specie reperitur. 2.) Foliorum positione & situ; tria enim sibi mutuo imposita ramos circumplectuntur in Nerio, quæ non nisi duo conjunctim provenire in Apocyno solent. 3.) Denique constanti τριχοτομία trunci ramorum & surculorum, quæ semper in Nerio, nunquam in Apocyno observatur. Nerium duplex est flore albo & rubro, & hoc iterum vel simplici vel composito. *Chabr.* 120.

Lorbeer-Rosen heisset diese Pflantze, weil die Blumen in der Farbe die Rosen, die Blätter aber dem Lorbeer-Laub ähnlich sind. Unholden-Kraut wird es in Teutschland genennet, weil die durchgängige Meynung ist, daß der Saame ein tödtliches Gifft sey, und sowohl Vieh als Menschen tödte. Mit dem Hunds-Kohl hat der Oleander allerdings fast das allermeiste nach dem Character gleich, doch kan man sie durch die Gestalt der Blume, und derselben Ausschweiffung wohl von einander unterscheiden. Nach der Farbe der Blumen ist der Oleander entweder weiß oder roth, und zwar entweder mit einfacher oder gefüllter Blume.

Exstat MICHAELIS FRIDERICI LOCHNERI Archiatri Cæsarei NERIUM sive Rhododaphne veterum & recentiorum, quæ in Heptade dissertationum variarum ad historiam naturalem potissimum administrandam conscriptarum tertia est. Nerii originem Græcam determinat; νηρὸν enim atque νερὸν aquam antiquioris Græciæ incolis denotat, & νερὼν locum aquis irriguum; maritimis autem locis & juxta flumina Nerion nasci, Dioscoridis constat testimonio & multis exemplis p. 4. allatis comprobatur. Vide etiam ibidem eruditissimam reliquorum nominum rationem & derivationem, nec non homonymiam; quicquid enim abs humano ingenio ad rem aliquam ornandam & illustrandam proficisci potest, id quidem Nerio non affusum, sed superfusum esse abs immortalis nominis Viro existimamus. Quot Nerii sint species atque differentiæ vide p. 34. Celeberrimus *J. Burmannus* in Thesauro Zeylanico multas recensuit Species p. 166. Nerium rosam non esse sed mentiri p. 39.

NERIUM FLORE ALBO, Laurier rose, Rosen-Lorbeer. Siehe die 754. Kupffer-Platte l. b.

Nerion floribus albis C. B. P. 464. Nerion sive Rhododendron flore albo J. B. I. 141. Laurier-rose a fleur blanche *Tournef.* 605. Oleander boom mit zuivre vvitte Bloem. *Munt.* 145. floret Julio.

NERIUM INDICUM FLORE CARNEO, Oleander, Unholden-Baum. Siehe die 755. Kupffer Platte. l. a.

Nerium Indicum angustifolium floribus odoratis simplicioribus. *Hort. Lugd. Bat. Hort. Reg.* Paris. p. 292. *Boerh.* I. 316. n. 3. *Carolsruhanus* p. 34. n. 387. *Trebnizensis* p. 105. *Bosianus* 37.

Nerium angustifolium, flore rubente, odorato, roseo *Burm. Thes. Zeyl.* p. 166.

Foula Mystica *Lusitanis* Nerium Indicum, angustifolium, flore incarnato, odorato, simplici. Par. Bat. Pr. p. 356. Belutta-Avelli. H. *Malab.* P. IX. Tab. 2.

NERIUM INDICUM LATIFOLIUM, FLORE ROSEO PLENO, Rosage double, wohlriechend gefüllter Oleander. Siehe die 755. Kupffer-Platte. l. b.

Nerium Indicum latifolium floribus plenis odoratis. *Boerh.* 4. flore & variegato, odorato pleno. Nerium latifolium Indicum flore variegato, odorato pleno. Tsiovanna-Areli. *Hort. Mal.* Nerium Zeylanicum, floribus roseis, amplis, plenis. *Thes. Zeylanicus.* p. 167. *Hort. Amst.* Tom. I, p. 45. Fig. 23. Foliis utplurimum tricompositis, floribus numerosis, nec fugacibus, umbellatimque dispositis, quæ quindecim petalis constructa, quorum intima & minora & magis crispa: Oleander Sinicus, Bodilo Tsjena. *Rumph. Herb. Amb.* Flos Mysticarum vulgo *Mus. Zeyl.* p. 46. illis enim Mysticæ ornant caput, collum & brachia, ut ibi notatur. Floret Julio & Augusto in hortis curiosorum, *Volckameriano* p. 302. *Bosiano.* p. 37. *Carolsruhano.* p. 34. *Waltheriano.* p. 35. &c.

Diese schöne Blume ist von den Malabarischen Küsten, wo sie sehr häuffig zu finden ist, und zum Zierath der heiligen Frauen dienet, nach Europa gebracht, und findet sich jetzo in den Gärten der Liebhaber in Teutschland häuffig. Sie blühet im Julio und August, und hat viele Büschel-weiß stehende schöne Blumen, die mehrentheils 15. Blätter haben, woran die inneren kürtzer und kräuser sind.

NERIUM INDICUM ANGUSTIFOLIUM, FLORE RUBESCENTE PLENO, Rosaigne, Rosen-Oleander. Siehe die 756. Kupffer-Platte. l. a.

NERIUM SIVE RHODODENDRUM FLORE RUBRO, Rosage, Oleander. Siehe die 756. Kupffer-Platte. l. b.

Nerion floribus rubescentibus C. B. P. 464. Nerion sive Rhododendron flore rubro I. B. 2. 141. Oleander, Laurus rosea. *Tournef.* 605. Rhododendron *Dod.* p. 851. Laurier-rose a fleur rouge. Floret Julio in hortis, sponte provenit in montosis Italiæ & Siciliæ. Perennat, & semper viret. *Volckamer.* 302.

NERIUM SIVE LAURUS ROSEA FOLIIS VARIEGATIS, Oleander mit bunten Blättern. Siehe die 756. Kupffer-Platte. l. c.

NERIUM ALPINUM, Alp-Rosen. Siehe die 756. Kupffer-Platte. l. d.

Chamæ Rhodendros. *Germ.* Ledum Alpinum foliis ferrea rubigine nigricantibus. C. B. P. 468. Nerium Alpinum quibusdam, aliis Ledum, quod est vel glabrum vel hirsutum. J. B. 2. 21. Ledum Alpinum *Clusii* Hist. 81. Chamæ Rhodendros *Tournef.* 604.

CHARACTER. Nerium Alpinum seu Chamæ Rhodendron est planta flore monopetalo in quinque lacinias diviso cum tubo oblongo & fundo perforato; capsulas profert quinque simplices & univalves, quæ matura secundum longitudinem se aperiunt, repletæ seminibus minutissimis. *Tournef.* 604. *Linnæus* 151. voce *Azalea.* Odoratus & elegans appellatur à *Clusio* frutex, multis cubitalibus lignosis, duris, humi ut plurimum diffusis, cinereoque cortice tectis ramis præditus, quorum extremi ramuli confuse nascentibus foliis sunt obsiti, Chameleæ Italicæ foliorum æmulis, duris, superne viridibus & splendentibus, inferne dilutiore colore conspicuis mucrone interdum rotundiore & obtusiore, in ambitu villosis hirsutisque, sunt autem & glabra, adstringentis saporis - - - - capitula seminalia quinque cellulis constant, in quibus semen fulvum, minutissimum scobis instar: flores suaviusculi sunt odoris &c. Invenitur in Alpium montibus. Est vel glabrum vel hirsutum, utrumque floret Junio & Julio, semina sub Augusti finem aut paulo serius matureseunt. Hujus ramis Gallæ nonnunquam adnascuntur. *Clusius* C. B. P. 468.

Alp-Rosen, Berg-Rosen, Barm-Blust, Hüner-Laub ist eine kleine Staude, die auf den Alpen Gebürgen wächset. Sie ist zweyerley Gattung, mit glatten oder mit rauhen Blättern. Die Wurtzel ist bey beyden holtzigt, hart und lang; daraus sen viele holtzigte, knorperigte Rancken, die auf der Erden liegen bleiben, und auch offt so Wurtzel schlagen. Die Blätter sind entweder glatt oder rauch wie an der Italiänischen Eberwurtz gestalt. Die Blume ist einblätterig, theilet sich in fünff Stücke, mit einem länglichten und durchgebohrten Boden. Die Saamen-Capsel ist fünfffach, worinn eine gantze Menge sehr feinen gelben, Saamen-Staubes lieget. Die Blumen riechen angenehm, und blühen im Junio und Julio. Der Saame wird im August oder später reiff. An den Aestlein finden sich offt angewachsene Knöpffe oder Gallæ genannt, die voll weicher Feuchtigkeit sind. Man findet diß Gewächs auf vielen Schweitzer-Gebürgen.

Cultura.

Die Oleander-Bäume lieben einen fetten Grund und müssen offt begossen werden.

Die

Die Vermehrung geschiehet durch die Bruth und durch abgebrochene Zweiglein. Diß geschiehet im April. Es kan auch durch den aus Italien zu uns gebrachten Saamen geschehen, welcher aber bey uns selten reiff wird, die beste Art ist durch das Angeliren. Im Garten gehöret er mit zu den Spalier-Bäumen, und weil man ihn bey guter Saison in das Winter-Haus bringen muß, so setzet man ihn gerne in Scherben und Kübeln. Im Winter-Haus stellet man ihn gerne nahe an das Fenster, begiesset ihn aber selten, damit ihn kein Frost angreiffen möge. Diß ist die Art sowohl die gemeine als Indianische Oleander-Bäume zu besorgen. Man wendet auf die gemeine Oleander-Bäume selten sonderlichen Fleiß, weil die Blumen nicht riechen: Dahuron 305. Elßholtz 161. Volckamer, Munting 345.

Usus.

Omnium fere autoritate Nerium seu Rhododendrum venenis annumeratur. Rododaphne tota sua essentia venenum est, inquit *Galenus* apud S. *Pauli* p. 453. nec tantum homini sed plerisque pecoribus. At temperie sane est, tertii ordinis ex calefacientium, incipientis utique, primi autem desiccantium. An hoc per se venenum? dubitatur ex *Galeno* à *Gregorio* à *Turre* p. 116. cum *Dioscorides* asinis, mulis, canibus, aliisque quadrupedibus permultis exitiale venenum esse dicat, homini vero prodesse contra serpentum morsum. Experimentum tamen docuit etiam hominibus lethale esse; quin imo & sola umbra nocere: hinc statuendum, ipsum Nerium quidem venenum esse, sed etiam particulare antidotum particulari veneno. *Ruellius* L. II. c. 124. *Plinius* enim cum aliis plerisque quadrupedibus venenum esse tradit; hominibus vero contra serpentium morsus conferre e vino potum & magis Rutâ addita *Rajus* 1768. *Lochnerus* p. 42. Folia præterea contusa extrinsecus vim habere digerendi, Galenus, & cum eo omnes, autor est *Dale Suppl.* 310. Nerium, ejus venenum expugnamus, scribit à *Turre* p. 122. decocto dactilorum, vel ficuum, decoctione radicum althææ, malvarum, fœni græci, seminum lini: adhæc commendantur baccæ juniperinæ, & castoreum; sed ejus virulentiæ efficacius adversari tradunt rutam, & Agni casti semen cum aceto &c. De interno usu hodie ad unum pœne omnes silent, & diligentissimo *Bauhino* subscribunt: Consulimus omittendum usum internum medicamenti dubii, ne in jactura vasis artem figulinam faciamus. De externo usu vide *Lochnerum* p. 44. In Hispania Nerii succo sagittas suis temporibus infici, scribit *Camerarius* H. M. 106. ut lethalia inde vulnera fiant, à multis audivi. Palladius jubet Nerio aditus murum sylvestrium claudi, qui hoc flore, dum exire conantur, pereunt: Utroque Nerio Alpino & glabro & hirsuto Tinctores, qui montium Sneeberg & aliorum vicinia inhabitant, ubi provenit, utuntur ad linteas penulas nigro colore inficiendas, Autore *Clusio* D. *König* 248. Frichonibus Athletarum olim commendatum erat.

Es kommen fast alle darinn überein, daß Nerium, oder Oleander ein Gifft sey, welches auch in Teutschland so durchgängig ist, daß man den Baum nur den Unholden-Baum nennet. Galenus saget, daß der Rosen-Laurier seinem gantzen Wesen nach Gifft, und nicht nur den Menschen, sondern auch den meisten Vieh tödlich sey, doch möchte man einiger massen daran zweiffeln, ob es an und für sich ein Gifft wäre, weil *Dioscorides* saget, der Oleander sey zwar den Eseln, Maul-Eseln, Hunden und andern vierfüßigen Thieren ein tödliches Gifft, allein den Menschen sey es heilsam gegen die Schlangen-Bisse. Gr. à *Turre* schreibet, die Erfahrung habe gelehret, daß der Oleander ein tödliches Gifft sey, und daß auch so gar dessen Schatten schade; folglich müsse man urtheilen, daß es zwar an sich selbst ein Gifft, aber für eine andere Art von Gifft ein besonderes Gegen-Gifft. Ob die Erfahrung, worauf sich Gr. à *Turre* berufft, so weit gegangen, daß auch wie *Zornius* schreibet, Leute gestorben, so nur von dem Brod, daß mit demselben Holtz gebacken gewesen, und das andere von einem Haasen gestorben, der mit Oleander Blättern ausgestopffet gewesen, lässet man dahin gestellet seyn. Indessen behauptet doch *Plinius* nebst andern, daß Nerium mit Rauten aus Wein getruncken den Menschen für den Schlangen-Gifft behüte, das Vieh aber, wenn sie allein das Wasser trincken, worinn die Blätter gelegen, ums Leben bringe: *Galenus* schreibet auch, daß diese Blätter äusserlich übergeleget die Krafft zu zertheilen haben. Die Mittel wieder dieses Gifft sind süsses Mandel-Oel, frische ungesaltzne Butter, abgekochter Tranck von Feigen oder Eibisch-Wurtzeln ꝛc. Die Medici wiederrathen sämtlich den innerlichen Gebrauch eines so zweydeutigen Medicaments. Vor dem haben die Spanier damit ihre Pfeile ver-

vergifftet, um sie tödtlich zumachen. Oben ist schon erwehnet worden, daß diese Stauden so starck auf der Insul Candia würden, daß man kleine Balcken daraus schnitte. Palladius räth, man solte die Oleander-Blätter und Blumen vor der Feld-Mäuse Löcher stecken als welche von dem Geruch der Blumen verrecketen. Endlich mercket man noch an, daß die Färber in der Schweitz, wo die Alp-Rosen wachsen, mit dem Holtz die Leinwand schwartz färben.

NICOTIANA.

NICOTIANA Tabacum, Tabaco, Petum, Herba sanctæ Crucis, Herba reginæ matris, Herba Catharinæ seu Medicæa, Sana Sancta, Tornabona, Hyosciamus Peruvianus, Symphytum Indicum, Vulneraria Indica, Pycielt & Quauhielt ipsis Americanis. Tabaco. *Ital.* Nicotiane, Herbe de la Reine Mere, Herbe de l' Ambassadeur, du Tabac. *Gall.* Tobako. *Angl.* & sic ferè in reliquis linguis omnibus. Taback, Heil aller Welt, das heilsame Kraut ꝛc. Siehe die 757. Kupffer-Platte. l. a.

CHARACTER. Nicotiana seu Tabacum pertinet ad plantas flore regulari monopetalo capsula seminali bipartita. *Rupp.* 19. Est plantæ genus flore monopetalo, infundibuliformi & multifido, ex cujus calice surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, quod deinde abit in fructum membranaceum, oblongum vel subrotundum, septo intermedio in duo loculamenta divisum, pluribus seminibus fœtum placentæ affixis. *Tournef.* 117. Radix annua, alba, fibrosa admodum, insigni acrimonia prædita. Caulis tres, quatuor, aut plures cubitos altus, pollice crassior; teres, subhirsutus, copiosa medulla albicante plenus. Folia Helenio & Hyppo-Lapatho æmula; numerosa, longa, ampla, carnosa, pinguia, aliquantum hirsuta, colore viridi dilutiori, jucundo sed paululum gravi odore, acri admodum gustu cum quodam lentore. Calix longus, tubulosus, quinque fidus in longa, acuta segmenta, vel brevis amplus, in segmenta obtusa. Flos perfectus, monopetalus, in quinque angulos, quoad marginem divisus, ac summitati plantæ insidens, staminibus quinque præditus, ex albo dilute purpurascens. Fructus membranaceus, oblongus, vel subrotundus, septo medio in duos loculos divisus, quibus continentur semina plura subfusca, minora. In India Occidentali & Orientali in Europam adlata omnibi locorum tanto colitur studio, quanto frumenta vix. Floret æstate in arvis. Annua est. *Volckamerus* 302. *Linnæus* n. 137. *Boerhaave* l. 230. *Monardi Simpl. Medic. Hist.* p. 307. *Lugdunensis* 1895. *Chabræus* 526. *Rajus* 713. *Recbi.* Libr. V. C. LI. p. 173.

Taback gehöret zu den Pflantzen, welche eine vollkommene, einzele, regulaire, einblätterige, Trichterförmige Blume tragen mit bedeckten Saamen, in einem zweyfachen und kurtzen Saamen-Behältniß. Diese Pflantze wird zu fünff biß sechs Schuh hoch. Die Wurtzel ist weiß, faserigt, von sehr scharffen Geschmack. Der Stengel ist gerade, Daums dick, etwas rauch, mit weissen Marck oder Kern angefüllet. Die Blätter gleichen dem Aland und Lapathien am besten, es kommen an dem Stengel viele, lang und breite fleischigt, fett, etwas rauch, bleich-grün von Farbe, klebrigt, wenn man sie anrühret, von nicht unangenehm, doch etwas starcken Geruch, aber von scharffen und brennenden Geschmack. An dem obern Theil des Stengels kommen viele Sprossen, an welchen die blaß-rothe, Trichter-förmige, einblätterige, aber fünffach getheilte und gemeiniglich an den Seiten zurück geschlagene Blumen stehen: der Kelch ist lang, röhrigt, fünffmahl getheilet, bey etlichen aber auch kurtz aber weit, hat stumpfe Stücke. Das Saamen-Behältniß ist eine häutige Frucht, die länglicht, und in zwey Fächlein abgetheilet ist, worinnen sehr kleine röthlichte Saamen-Körner sich befinden. Es ist diß Kraut bekannter massen erst aus West-Indien, und hernach auch Ost-Indien nach Europa gekommen, woselbst es jetzt aller Orten mit dem aller größtem Fleiß gebauet wird. Es blühet im Sommer, und ist ein jährliches Gewächs.

NOTA 1. Brasilianis, à quibus Nicotianæ semen primum in Europam delatum, hæc Planta appellatur Petum. Communissimum vero est nomen & omnibi ferè gentium receptum, Tabacum, ab insula quadam ejus nominis Floridæ adjacente in India Occidentali, in qua frequentissimum reperitur. Galli, quod *Joannes Nicotius* regius aliquando in Lusitania Orator semen Nicotianæ vulgaris seu primæ a Belga quodam e Florida allatum in hortulo suo servis-

seruisset, & ob eximiam vulnerariam suam virtutem ad Reginam Matrem, Catharinam Mediceam misisset, Nicotianam appellarunt herbam, unde ex hac denominatione, herba Nicotiana, purissimum fluit anagramma, *in bona charitate.* Virtutem ejus continua experientia comprobabat Regina, mater Francisci II. Galliæ Regis, suo ipsius nomine Plantam continuò vocari voluit, hinc herba Reginæ matris, herba Medicea, quippe ex Medicea familia orta Catharina erat: *Torna bona* appellatur ab Italis, quia a Torna bona missa Planta in Italiam, eademque ratione *Herba, crucis* quia a Cardinali de Sancta Cruce, Romanæ Ecclesiæ in Lusitania Nuntio Romam illata. Diu etiam herbæ legatorum obtinuit nomen, quippe *Nicotius* primus omnium ejus divinam virtutem vulnerariam demonstravit. Taceo reliqua plantæ hujus & Synonyma & Encomia, e. g. Sanæ sanctæ Panaceæ, quæ ab hominum dependent voluptate: Nicotianam satis apposite *Nepenthes* vocari posse, exinde liquet, quia est Anodynum seu Narcoticum, & dolenificum medium summum &c.

Lassen sich die Grillen
Sonst nicht leichtlich stillen
Nur Taback geraucht,
Welcher diß Nepenthe braucht,
Hat wie des Homerus Gäste
Lauter Freuden-Feste.

Der vortreffliche Hochfürstl. Saarbrückische Leib-Medicus und unvergleichliche Poet Herr D. Triller Part. III. seiner Poetischen Betrachtungen im Lob des Tobacks p. 121. welcher auch des Homeri Moly-Kraut für den Taback hält.

Nicotiana heist der Taback von Joanne Nicotio des Königs von Franckrich Abgesandten zu Lissabon; dieser empfieng den Saamen des gemeinen Tabacks von einem aus Florida zurücke kommenden Holländer, welchen er in seinen Garten glücklich aufzoge. Es geschahe von ungefehr, daß man desselben wundernswürdige Krafft die Wunden zu heilen aus vielen Exempeln sahe. Deswegen schickte der Gesandte den Saamen davon an die Königliche Mutter Catharina von Medicis nach Paris. Wie man nun gleichfals die gantz ungemeine Heilungs-Krafft dieses Krauts funde, wollte die Königin, daß es künfftig nach ihren Nahmen Herbe de la Reine Mere, oder der Königlichen Mutter Kraut sollte genennet werden. In Italien hat es von zwey Männern den Nahmen empfangen Tornabona von einem Mann gleiches Nahmens, und Herba Sanctæ Crucis heiligen Creutzes-Kraut, von dem Cardinal gleiches Nahmens, welcher zu Lissabon Päbstlicher Nuntius war, und diese Pflantze nach Rom schickete, der allergemeineste Nahmen aber, welcher fast bey allen Völckern gänge und gebe ist, heist Taback von der Insul Tabago, welche in West-Indien an Florida lieget, wo er zum häuffigsten gebauet wird. Es wäre überflüßig alle übrige Benennungen und Ehren-Titel dieser Pflantze zu benennen, weil diß von den Geschmack dependiret. Allein die Nahmen heilig Wund-Kraut, Panacee ꝛc. scheinen dieser Pflantze mit Recht zu zukommen, woferne man den Taback auch weder rauchte noch schnupffete.

NOTA. II. Botanici nonnulli ob virtutem narcoticam ei cum Hyosciamo communem, Hyosciami speciem faciunt, & Hyosciamum Peruvianum appellant. Verum cum facie externa distet, & partium præcipuarum, floris puta & seminis, ejusque conceptaculi figura, quantumvis viribus conveniat, ab Hyosciamo distincta & sui potius generis planta censenda est. *Rajus* 713. A Nicotiana differt Priapea seu Nicotiana minor, quæ laciniis obtusis absque angulis mucronatis & plicantibus prædita est. *Knauth.* 57. *Ammann.* 187.

Es finden einige Botanici zwischen dem Bilsen Toll oder Schläff-Kraut und dem Taback einige Gleichheit wegen der Schlaffmachenden Krafft, und haben den Taback deswegen auch Peruanisches Bilsen-Kraut genennet. Allein beyde Pflantzen gegen einander gehalten, haben eine gantz andere Gestalt, über dem ist die Blume, der Saame, und das Saamen-Behältniß gantz anders an dem Taback als an dem Bilsen-Kraut; der klein blätterige Taback Priapea genannt wird unten lit. p. vorkommen.

NOTA. III. Nicotiana distinguitur à plerisque in majorem minorem & minimam. Major est vel latifolia, vel angustifolia. At quia, scribit *Recchi* p. 173. majoris minorisque Tabaci differentia pusilla est (consistit enim in magnitudine & longitudine ac cohærentia foliorum sine pediculis cauli, ut in majori observatur, in minori vero folium est paulo minus, longo pediculo ramis inhærens, ac florum positura, &c.) non immerito duo tantum sunt species, quæ observantur in nova Hispania, Quorum alteram Pycielt, alteram vero Quahyelt appellant. Discrimen etiam aliud in sexu observatur, Masque existimatur Tabacum majus latifolium, Fœmina majus angustifolium. Estque fœmina omnibus partibus Mari minor; foliaque in eo, non ut in Mari, cauli apprimuntur, sed pedi-

pediculis hærent satis longis, magisque sunt acuminata & minus hirsuta. *Cbabræus.* 527. Variæ hodie observantur differentiæ, Virginianum & Brasilianum præstantius reliquis habetur; apud nostrates Tabacum nigrum & flavum obtinet, quod variis formis venale exponi solet.

Man unterscheidet überhaupt den Taback in grössern, kleinern, und den kleinesten. Dieser Unterscheid aber ist nur bloß von der Gestalt, Forme und Grösse der Blätter genommen. Recchi macht zwo Haupt-Gattung, davon die erste Pycielt, die andere Qvahielt genennet wird. Die Einwohner in West-Indien und in der Insul Tabago heissen ihn Petum, und bauen viererley Sorten davon, den grünen, den Zungen-förmigen, den Verinet, und den Amasoner, welche mehrentheils nur an der Grösse und Gestalt der Blätter unterschieden. Doch ist der Zungenförmige der austräglichste, der Verinet aber der lieblichste, und derbey den andern an statt einer Würtze gebraucht wird. Jablonsky. Man unterscheidet ferner den grossen Taback in breit und schmahl blätterigen, jenen nennet man das Weiblein, diesen das Männlein, in welcher Benennung doch nicht alle Autores gleicher Meynung sind, die schmahl blättrige Taback-Blätter hängen an ziemlich langen Stielen, die breit-blätterige schliessen sich aber dichte an den Stengel. Man hat sonst noch sehr viele andere Arten des Tabacks; ob er gleich in Europa so häuffig gebauet wird, so hat dennoch der Virginianische und Brasilianische vor allen andern den Vorzug, und der daher kommende Knaster wird von vielen Liebhabern nicht unbillig des Lebens-Pflaster und die Panacee genannt. Sonst hat man Spicent Knaster, Cardaus, Krülcken, Brieff; Roll-Toback ꝛc. Zum Rauchen, zum Schnupffen aber wieder viele andere Gattung: der Unterscheid unter schwartzen und gelben ist bey uns bekannt.

Cultura.

Constat inter omnes quanta cura nobilissima hæc Planta omnibi locorum colatur; paucis itaque cum & culturam ejus persequi fas sit, illam saltem referemus Tabacum plantandi rationem, qua in Germania, circa Hanoviam & in Franconia, ubi tot agros hac consitas conspicies herba, ruricolæ utuntur: Dieses Gewächs, schreibet *Valentini*, wird allhier zu Giessen, wie auch zu Butzbach um Hanau sonderlich und häuffig aus einem sehr kleinen Saamen auf folgende Art gezogen. Der Saame wird um Peters-Tag gegen den Frühling ein paar Tage in Bier eingeweichet, in einen Hafen voll guter schwartzer und fetter Erde gemischet, und so lange in eine warme Stube gestellet, biß der Saame aufzuplatzen beginnet. Hierauf wird er alsdann mit solcher Erden auf eine wohl zugerichtete Mist-Kutsche gesäet, welche mehr aus Pferds-Dung, als Küh-Mist bestehen soll, damit es besser treibe, und die Pflantzen desto eher aufgehen, und groß wachsen möchten: Zu welchem Ende auch noch einige Hüner- und Tauben-Mist darüber schütten, und fleißig begiessen. So bald nun die Pflantzlein sich zeigen, müssen sie fleißig begätät und von dem Unkraut befreyet werden, damit sie drunter nicht ersticken. Wann sie aber groß genug seyn, werden sie in ein wohlgebauetes und wohlgedungtes Land also gesetzet, daß jede einen Werck-Schuh von der andern entfernet stehe, und also denen Blättern genugsamer Platz zum Wachsthum gelassen werde; welches doch bey nassen Regen-Wetter geschehen soll, damit die Pflantzlein sogleich begleiben, und nicht so offt begossen werden müssen, denn sonsten verdorren sie, indem sie so jung gantz keine Hitze vertragen können, so gar, daß man sie bey gar dürren Wetter anfänglich mit grosser Mühe öffters mit Mooß zudecken muß. Wann nun selbige etwas gröber worden, so wird auf beyden Seiten mit kleinen und breiten Häcklein die Erde um sie herum gehäuffet, welches man hier zu Land das Ränschen heisset, worauf sie augenscheinlich besser in die Höhe treiben, und täglich ein merckliches zunehmen. Damit aber die Blätter desto breiter und länger werden möchten, so muß man die kleine und schmahle Neben-Schößlein, welche man den Geitz nennet, fleißig abreissen, und wie man redet Geitzen, auch wenn das Kraut oben schosset und blühen will, solche Stengel ausbrechen, und nur etliche Stengel zum Saamen stehen lassen, welcher wohl in Acht zu nehmen ist, indem er wegen einbrechenden Frostes nicht alle Jahr geräth, und alsdenn nicht ums Geld zu haben ist. Wann nun die Blätter fein dick und lederigt sind, einen starcken Geruch von sich geben, an den Spitzen gelb werden, und also zur Zeitigung kommen, so werden sie biß auf die unterste Sand-Blätter (welche a part gesammlet und vor Halb-Gut verkauffet werden) abgebrochen und nach Hause getragen, und nachdem sie einige Tage an den Betten ausgeschwitzet, fein gelb und zähe geworden, so werden sie in gutes und starckes Bind-Garn mit den Tabacks-Nadeln einge-

schnü-

schnüret, und so lang an die Dächer, (wo er offt mit Besemen gekehret wird, damit es kein Brand-Gut gebe) angehänget, biß er recht dürre worden. Worauf er bey feuchten Wetter vor dem Mertz wieder abgenommen, und auf grosse Hauffen geschlagen wird. Auf welche Weise auch mit dem Geitz, so hernach wächst, verfahren wird.

Dieser also gesammlete Taback wird entweder also rohe und ungemacht Centner weiß an die Frembden verkaufft - - - - oder wird zu runden und platten Stangen gebunden und gepresset - - - oder wird in Rollen gesponnen - oder zu Brieff Taback gemachet - der Schnupff-Taback wird wieder auf verschiedene Art zubereitet, und findet sich gleichfalls mancherley Unterschied davon; als Granulirter, Rappe, Spanischer, Cusco, ꝛc.

Usus Medicus.

Varius datur usus medicus herbæ Nicotianæ, qui adeo communis atque universalis describitur, ut abs Medicis etiam Panacea fuerit appellata. Folia autem Tabaci multum Olei, & acris, volatilis & fixi Salis continentia, una cum semine sunt calida primo, ficca autem secundo gradu. Abstergit Tabacum, incidit, resolvit, mundificat, aliquantulum adstringit & resistit putredini. Sternutatoria est ac apophlegmatizans, anodyna, vulneraria, & vomitoria. Commendatur contra varios morbos, quos sequentibus complexus est *Caspar Durantes* apud *Schræderum*.

Nomine quæ Sanctæ Crucis herba vocatur, ocellis
Subvenit, & sanat plagas, & vulnera jungit,
Discutit & strumas, cancrum, cancrosque sanat
Ulcera, & ambustis prodest, scabiemque repellit;
Discutit & morbum, cui cessit ab impete nomen:
Calfacit & siccat, stringit, mundatque resolvit,
Et dentum & Ventris mulcet capitisque dolores:
Subvenit antiquæ tussi, stomachoque rigenti,
Renibus & Spleni confert, uteroque, venena
Dira sagittarum domat, ictibus omnibus atris
Hæc eadem prodest, gingivis proficit, atque
Conciliat somnum, nuda ossaque carne revestit;
Thoracis vitiis prodest, pulmonis itemque:
Quæ duo sic præstat, non ulla potentior herba:

Diese Lateinische Verse sind in folgenden vortrefflichen Strophen des Herrn Leib-Medici Trillers p. 125. ausgedrucket:

Doch die Tabacks-Blätter
Sind bey rauhen Wetter
Eine Panacee
